



1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE


Ex Libris










CLAVDII AELIANI
SOPHISTAE

VARIA HISTORIA
ET
FRAGMENTA.

CVM INTEGRO COMMENTARIO
IACOBI PERIZONII
ALIORVMQVE VIRORVM DOCTORVM NOTIS GRONOVIANA NONDVM COMPREHENSIS EDITIONE.

CVRAVIT EDITIONEM
INDICEMQVE GRAECITATIS ADIECIT
CAROLVS GOTTLOB KVEHN.



TOMVS II.

LIPSIAE
SVMTIBVS ENGELH. BENIAM. SVIKERTI.
M D CC LXXX.



ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

Ὅτι Ἱέρων καὶ παιδείαν ἠγάπησε, καὶ εὐεργέτης ἦν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐν ἀγάπῃ ἐβίω.

Ἱέρωνά, φασι, [1] τὸν Συρακούσιον φιλέλληνά γενέσθαι, καὶ τιμῆσαι παιδείαν ἀνδρειότατα. Καὶ ὡς ἦν [2] προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας λέγουσι· προθυμότερον γάρ φασιν αὐτὸν χαρίζεσθαι, ἢ τοὺς αἰτοῦντας λαμβάνειν. Ἦν δὲ καὶ [3] τὴν ψυχὴν ἀνδρειότατος· ἀβασανίστως

1. Τὸν Συρακούσιον) Intelligendum hoc de regno potissimum, nam ceteroqui erat Gelous patria, aeque ac frater ipsius Gelo. Vide Herodot. lib. VII. cap. 153. Perizon.

2. Προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας) Vix dubito, quin hanc ei famam potissimum conciliarint poetae, Simonides, Pindarus, Bacchylides, quos amauit et liberaliter tractauit, vicissim ab iis laudatus quam maxime. Cereroquin enim Diodorus Sicul. lib. XI. pag. 276. D. ait fuisse καὶ φιλάργυρον, καὶ βίαιον, καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατον, *et auarum, et violentum, et omnino a candore et benignitate fratris alienissimum.* Sed et quae hic de fratribus dicuntur, quos ita simpliciter et sine vlla suspicione amauerit Hiero, ea quoque refutantur ab eodem Diod. pag. 267. A. vbi frater Hieronis Polyzelus, quia maxime a Syracusanis amabatur, suspectus illi fuisse traditur ita, vt eum e medio tollere destinauerit, et Polyzelus illo metu compulsus ad Theronem Agrigentinorum tyrannum confugerit, contra quem idcirco bellum parauerit Hiero. Sed tamen rediit dein Polyzelus in illius gratiam, et forsan Hiero, aetate iam grandior, et literis humanioribus magis excultus et emollitus (vide supra IV. 15.) euasit quoque mitior, sicuti id de Augusto iam sene notant rerum romanorum scriptores. Perizon.

3. Τὴν ψυχὴν ἀνδρειότατος) Designat auctor praecipuam animi magnitudinem et constantiam, quae opponitur sollicitis tyrannorum suspicionibus in alios, quos metuunt suae potestati ac fortunae insidiari. Hinc sequitur continuo, illum ergo ἀβασανίστως, *simpliciter, sine vlla inquisitione vel sollicitudine*, vixisse etiam cum fratribus. Sic noster *hist. anim.* IV. 1. εὐγενὴς μειράκιον ὥραν διαπρεπὴς, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖον, *nobilis adolescens, forma excellens, et animo magnus*, dum scil. gloriam amabat. Periz. — If. Vossius legit paulo post ἀβασανίστως.

δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνεβίωσε, τρισὶν οὖσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπήσας αὐτοὺς, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. 4 Τούτῳ, φασὶ, καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος· καὶ οὐκ ὤκνησέ γε Σιμωνίδης, βαρὺς ὢν ὑπὸ γήρως, πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι. Ἦν μὲν γὰρ καὶ φύσει φιλάργυρος ὁ Κεῖος· προύτρεπε δὲ αὐτὸν καὶ πλέον ἡ τοῦ Ἱέρωνος φιλοδωρία, φασί.

4. Τούτῳ, φασὶ, καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε) Lectio haec est Casauboni ad Athenaeum VII. 11. recepta a Scheffero et Kuhnio, probata etiam a Lugdun. codice, et Med. 1. At reliquae edd. et primae omnium, legunt Σιμωνίδης, vnde Gesnerus coniiciebat legendum etiam Πινδάρῳ. Mihi vero genuina maxime videtur scriptura codicis Sluisk. qui controuersum hoc loco *Simonidis* vocabulum plane omittit, quum eius mentio mox ex professo sequatur. Scribit ergo : τούτῳ, φασὶ, καὶ συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος, καὶ οὐκ ὤκνησέ γε Σιμωνίδης, etc. Καὶ συνεβίωσε, καὶ οὐκ ὤκνησε, se mutuo respiciunt. Simonidis auaritiam supra quoque VIII. 2. notauit auctor. Vide et Athen. XIV. pag. 656. vbi de *Simonidis auaritia* apud Hieronem declarata agit. Perizon.

ΚΕΦ. β.

Περὶ Ταυροσθένους νίκης.

Ὅτι ἐν Αἰγίνῃ ἐξ Ὀλυμπίας αὐθημερὸν διηγγέλη ἡ νίκη τοῦ Ταυροσθένους τῷ πατρὶ αὐτοῦ [1] ὑπὸ φάσματος, φασιν. Ἄλλοι δέ φασι, περιστερὰν τὸν Ταυροσθένην ἐπάγεσθαι, ἀπολιποῦσαν τοὺς ἑαυτῆς [2] νεοσσοὺς, ὑγροὺς ἔτι καὶ ἀπτῆνας· νικήσαντα δὲ ἀφεῖναι τὴν πελειάδα, προσάψαντα πορφύραν αὐτῇ· τὴν δὲ ἐπειγομένην πρὸς τοὺς νεοττοὺς, [3] ἀπαυθημερίσαι ἐκ Πίσσης εἰς Αἴγιναν.

1. Ὑπὸ φάσματός φασιν) Sic certe Pausanias Eliacis II. 9. vt iam notauit Schefferus. Periz.

2. Νεοσσοὺς ὑγροὺς ἔτι) Lugd. νεοττοὺς vt in seqq. habent etiam editi. Atque ita maluit auctor et supra I. cap. 6. et 15. Perizon.

3. Ἀπαυθημερῆσαι) Lege ἀπαυθημερίσαι. Nam sic vterque codex. Sed et vsitatum hoc Graecis, qui alterum ignorant. Suidas ἀπαυθημερίζειν, αὐθημερὸν ἐπανέρχεσθαι, probans vocabulum et hanc eius significationem dein e Xenophonte, qui ait lib. V. ἀναβ. ὥστε ἀπαυθημερίζειν ἐπὶ τὸ στράτευμα. Periz.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ τινων, καὶ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου τρυφῆς, καὶ ὑπερηφανίας.

Ὅτι διέθρυπτε τοὺς ἑταίρους Ἀλέξανδρος, τρυφᾷν ἐπιχωρῶν αὐτοῖς. Ἔιγε καὶ [1] Ἄγνων χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἐφόρει. Κλεῖτος δὲ, ἐιποτε μέλλοι τισι χρηματίζειν, [2] ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων ειμάτων, τοὺς δεομένους

1. Ἄγνων) Teius fuit patria, vt ex Plutarcho in *Alexandro* discimus, qui istic Alexandrum excusat, secus quam facit noster. Sed tamen idem in *lib. de discrimine adul. et amici*, hunc *Agnonem* cum Bagoa, Medio, et aliis, inter corruptores Alexandri refert, qui eum quasi refinxerint in statuam barbaricam. Quo sane pertinet etiam, quod et *in Alex.* de hoc Agnone adhuc iuuene refert, voluisse eum Alexandro emere et mittere puerum, qui propter formam in magna existimatione erat apud Corinthios. *Aureos vero claues crepidis subiectos habuere* aliquando etiam milites, vt tradit Valer. Max. IX, 1. 4. extr. De quo in calceis luxu vide Phil. Rubenium Elector. II. 14. et allegatum iam a Scheffero Casaubonum ad Theophr. charact. pag. 149. Perizon.

2. Ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων) Athenaeus, ex quo iterum hoc caput hausit noster, sicuti ille ex Phylarcho et Agatharchide, haec ita effert, lib. XII. cap. 9. ἐπὶ πορφυρῶν ἱματίων διαπεριπατῶν. Vertitur ibi, *amictus veste purpurea, et obambulans*. Et similiter apud nostrum in omnibus editionibus, *purpureis vestibus induebatur, atque sic apparebat coram iis*. At quae, obsecro, in eo est notanda adeo luxuria, aulicum et comitem regis esse *purpuratum*? Deinde an solus id erat Clitus? Annon omnes Alexandri comites vel amici passim a Curtio dicuntur *purpurati*? Immo annon mox a nostro quingenti Persae inter satellites memorantur, πορφυρᾶς ἠσθημένοι στολὰς? Quid multa? Certissimum est, aliter haec exponi debere. Nempe, vt iam fecit Schefferus in secunda ed. sed tantum, quod miror, in indice, quum versionem hanc retineret, nec verbum de ea in notis faceret. Illic autem in v. βαδίζειν recte haec interpretatur, *ambulans super purpureas vestes, tecto iis pauimento*. Solebant veteres, aeque ac nostrates, in pauimentis extendere lodiculas, tapetas, et vestes stragulas. Petronius pag. 11. edit. Gonss. *ancilla lodiculam in pauimento diligenter extendit*. Plebeii habebant tegicula, seu φόρμια, quas nos dicimus *mattas*, Donatus ad Terent. prol. Phorm. 27. φόρμιον *tegiculum dicunt, quo insternitur pauimentum*. Ceterum illae *vestes stragulae* recte vocantur ἕιματα vel ἱμάτια. Noster supra VIII. 7. de lectis, κεκόσμηντο πᾶσαι ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις, et XII. 1. ὑποθεὶς ὑπὸ θοιμάτιον, καὶ παρακλιθεὶς. Sed et pro ipsis tapetibus, in quibus ambulatur apud Aeschylum *Agamemnone* v. 930. μηδ' εἵμασι στρώσας' ἐπίφθονον πόρον τίθει, *neque tapetas sternens viam redde inuidiosam mihi*. Praeceperat enim Clytemnaestra ancillis, πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν, *solum viae vt sternerent tapetibus*. Ex quo discimus, iam Aeschyli temporibus illud fuisse in vsu, sed tamen superbum habitum, et diis magis decorum, quam hominibus: vnde ibidem Agamemnon ait, *deos iis honorare oportet, hominem vero* ἐν ποικίλοις κάλλεσι βαίνειν, *in pictis ornamentis ambulare, mihi videtur periculosum*. Sed apud Persas res prius

προσίετο. Περδίκκᾳ δὲ καὶ Κρατερῷ φιλογυμναστοῦσιν ἠκολούθουν [3] διφθέραι σταδιαῖαι τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν περιλαμβάνοντες τόπον εὐμεγέθη ἐν ταῖς καταστρατοπεδείαις ἐγυμνάζοντο. [4] Εἵπετο δὲ αὐτοῖς καὶ πολλὴ κόνις δι' ὑποζυγίων, εἰς τὰ γυμνάσια λυσιτελὴς οὖσα. Λεοννάτῳ καὶ Μενελάῳ [5] φιλοθηρῶσιν αὐλαῖαι σταδίων ἑκατὸν

inualuit, apud quos rex ex regia per vestibulum et aream aulae incedebat, ὑποτιθεμένων ψιλοταπίδων Σαρδιανῶν, *subiectis nudis*, vel *glabris, tapetibus Sardianis*, teste Athenaeo XII. 2. Postea vero etiam ad Graecos res ea deuenit, vnde Plato indignatur, ἐρώματα (*tapetes*) non tantum adhiberi περιβολῇ, *ad operiendum* vel *vestiendum*, sed et ὑποβολῇ, *ad subiiciendum pedibus*, apud Athenaeum I. 9. Periz.

3. Διφθέραι σταδιαῖαι τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν περιλαμβάνοντες) Sic Isaeus orat. I. p. m. 366. ἀφ' ὧν ὕστερον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐποίησε φανεράν, *per quae*, vel *quibus*, *declarauit postea suam mentem*. Athenaeus tamen ὑφ' αἷς περιλαμβάνοντες τόπον ἐγυμνάζοντο, quasi vellet, sub pellibus expansis illos se exercuisse. Διφθέραι sunt *pelles*, et quicquid ex iis conficitur, veluti *tentoria*, vt hic, et *vestes*, vide Suidam; immo et *libri*, vnde διφθέραι ἱεραὶ Plutarch. in *lib. de vultu, qui in luna conspicitur.* Idem vero Plutarch. in *Alex.* tribuit hoc gymnasticae studium, et subuectum puluerem Leonnato. Periz.

4. Εἵπετο δὲ αὐτοῖς) Sic plane apud Sueton. Nerone 45. *in publica fame alexandrina nauis nunciabatur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse*. Vide ibi notas. Fuit autem et hic puluis *ex Aegypto aduectus*, *sed camelis*, vt patet ex Plutarcho in *Alex*. *Puluere* illo aspergebant se mutuo luctantes, Ouid. metam. IX. 35.

Ille cauis hausto spargit me
puluere palmis,
Inque vicem fuluae iactu
flauescit arenae.

Hinc Epictetus cap. 35. athletam inter alia πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν, *multum puluerem deglutire* ait. Perizon.

5. Φιλοθηροῦσιν αὐλαῖαι) Sic sane et MSti. Sed tamen, si quid hic tribuendum rationi grammaticae et deriuationi, legendum videtur φιλοθηρῶσι. Dicitur enim θηράω, non θηρέω. Athenaeus illos φιλοκυνήγους appellat. Αὐλαῖαι vero dicebantur *vela*, aut simile quid, quod expandebatur ad locum aliquem occludendum. Hinc vel maxime inualuit hoc vocabulum in scena. Hesych. expon. τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Similiter Suidas, qui tamen etiam ex Polybio loca adfert, in quibus ponitur pro velo, quo clauditur tabernaculum regis. Et sic saepissime in *exodo*, de velis tabernaculi sacri. Ceterum sicuti hic amplissimum sane spatium 100 stadiorum *aulaeis* dicitur concludi posse, sic apud Athenaeum lib. XII. pag. 538. domus Alexandri dicitur fuisse ἑκατοντάκλινος, *centum lectorum*, eiusque *vestibulum*, αὐλή, in circuitu *quatuor* habuisse *stadia*, at peribolo tanto iam ampliori, περιεβέβληντο πολυτελεῖς αὐλαῖαι, ζωωτοὶ, καὶ διάχρυσοι, *circumdata fuerunt pretiosa aulaea, in quibus animalia erant picta, et aurum intertextum*. Hoc tamen Aeliani in loco intelligenda videntur vela qualiacunque, quae vsum retis aut sepis praeberent, ne euaderent ferae. Luxuria enim consistit in multitudine velorum, quibus tantum spatium poterat concludi. Similiter vero Plutar-

ἠκολούθουν. Αὐτῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἡ μὲν σκηνὴ ἦν κλινῶν ἑκατόν· [6] χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν αὐτὴν, καὶ τὸν ὄροφον διάχρυσος ἦν, καὶ [7] ἐκπεπόνητο ποικίλμασι πολυτελέσι. Καὶ πρῶτοι μὲν Πέρσαι πεντακόσιοι, οἱ καλούμενοι [8] μηλοφόροι, περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεισαν, πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἠσθημέναι στολάς. Ἐπ' αὐτοῖς δὲ τοξόται χίλιοι, φλόγινα ἐνδεδυκότες καὶ [9] ὑσγινοβαφῆ. Πρὸ δὲ τούτων οἱ ἀργυράσπιδες [10] πεντακόσιοι Μακεδό-

chus, qui Philotae id tribuit, Φιλώτᾳ δὲ πρὸς θήρας σταδίων ἑκατὸν αὐλαίας γεγονέναι, *Philotae vero ad venationem centum stadiorum aulaea fuisse facta*. Perizon.

6. Χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν) Sic et MSti. At Athenaeus, χρυσοῖ δὲ κίονες ὀκτὼ κατεῖχον αὐτήν. Sed qui nullus dubito, quin ex Aeliano sit emendandus, litera N, vel ν, facile mutata in H, vel η. Nam quid extraordinarii in *octo columnis?* Immo qui congruit, vt domus 100 *lectorum* habeat tantum *octo columnas?* Sed et eandem hanc historiam accuratius adhuc Aeliano descripsit Polyaenus IV. 3. 24. haud dubie ex eodem Phylarcho, vnde Athenaeus se eam hausisse profitetur. Ille vero etiam diserte *quinquaginta columnas* πεντήκοντα κίονας, tabernaculo Alexandri tribuit. Διειλήφεσαν *distinxerant*. Sic cap. 16. θάλασσα ἔρημος πενταχόθεν διειλημμένη. Perizon.

7. Ἐκπεπόνητο ποικίλμασι πολυτελέσι) Etiam ex hoc loco emendari debet Athenaeus, nisi prorsus fallor. Ita ille, οἱ δὲ ὑπερτείνοντες οὐρανίσκοι διάχρυσοι ποικίλμασιν ἐκπεπεμπόμενοι πολυτελέσιν ἐσκέπαζον τὸν ἄνω τόπον. Quid, quaeso, in his sibi vult illud ἐκπεμπόμενοι? Ἐκπέμπεσθαι enim dicitur, quod etiam cum contumelia vel contemtu eiicitur. Nullus dubito legendum istic e nostro, ἐκπεπονημένοι: de quo ne et tu dubites, vide, lector, eadem plane verba apud Polyaenum, nisi quod pro ἐκπεμπόμενοι habet ἐκπεπονημένοι. Verum emendationem istam Athenaei praecepisse dein vidi doctissimum sane virum, Barn. Brissonium, *de regno Persarum* lib. I. p. m. 129. quod praeteritum ab Athenaei interpretibus aut editoribus, equidem miror. Ποικίλματα hic sunt ornamenta varii coloris simul et materiae. Sic porticus Ποικίλη Athenis, satis nota eruditis. Periz.

8. Μηλοφόροι) Dicebantur, non tam, quod haberent στολὰς μηλίνας, quam quod in cuspide hastae aureum malum gestarent. Audiamus Athen. lib. XII. pag. 514. ex Heraclide Cumaeo *de rebus persicis*; ἦσαν δὲ οὗτοι (μηλοφόροι) τῶν δορυφόρων, καὶ τῷ γένει πάντες Πέρσαι, ἐπὶ τῶν σαυράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ἀριστίνδην ἐκλεγόμενοι ἐκ τῶν μυρίων Περσῶν, τῶν ἀθανάτων καλουμένων: *erant autem illi ex satellitibus, genere omnes Persae, in cuspidibus hastae aurea mala habentes, mille numero, propter virtutem electi ex decem millibus Persarum, qui immortales dicebantur*. Adde et Barn. Brisson. de iis, dicto iam loco. Perizon.

9. Ὑσγινοβαφῆ) *Vestimenta colore hysgino tincta*, qui color medius erat inter coccum et purpuram, propior tamen purpurae. Vide Salmas. exercit. plinianis pag. 272. 273. Perizon.

10. Ἑκατὸν Μακεδόνες) Reposui πεντακόσιοι, nonnantum, quia hunc numerum exhibent Athenaeus et Polyaenus, qui tamen iisdem ferme verbis historiam hanc narrant, et plane in summa rei congruunt, sed

νες. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ σκηνῇ χρυσοῦς ἐτίθετο δίφρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ καθήμενος Ἀλέξανδρος ἐχρημάτιζε, περιεστώτων αὐτῷ [11] πάντοθεν τῶν σωματοφυλάκων. Περιῄει δὲ τὴν σκηνὴν περίβολος, ἔνθα ἦσαν Μακεδόνες χίλιοι, καὶ Πέρσαι μύριοι. Καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ῥᾳδίως προσελθεῖν αὐτῷ· πολὺ γὰρ ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ δέος, ἀρθέντος ὑπὸ φρονήματος καὶ τύχης εἰς τυραννίδα.

et quia sic legit codex Lugd. aeque ac Paris. B. et C. Vulgatum tamen seruat Sluisk. Sed si attendamus ad literas, quibus numeri adnotantur, facilis apparebit lapsus librariorum ex obscurius scripta φ, 500. in ρ, 100. Periz.

11. Πάντοθεν) Lugd. πανταχόθεν. Et sic Athenaeus, ex quo noster, vt dixi, totum hoc caput habet, licet alicubi tamen verba quaedam mutauerit, ac de suo tantum addiderit primam periodum, vsque ad εἶχε etc. atque vltimam, incipientem inde, πολὺ γὰρ ἦν. Periz.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ Πολυκράτους σπουδῆς περὶ τὸν Ἀνακρέοντα, καὶ ζηλοτυπίας.

[1]Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν μούσαις ἦν, καὶ Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε, καὶ ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἐκείνου μέλεσιν· Οὐκ ἐπαινῶ δὲ αὐτοῦ τὴν [2] τρυφήν.

1. Πολυκράτης) Celebris ille Sami tyrannus amator fuit literarum et musarum. Vnde et ab Athenaeo lib. I. ipso initio primus inter τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τῶν βιβλίων τεθαυμασμένους, *qui celebrati sunt ex collectione librorum*, nominatur. Anacreonte vsus est familiariter, vt testatur et noster XII. 25. et Strabo lib. XIV. pag. 638. addens *omnem* ideo Anacreontis *poesin plenam esse Polycratis mentione*: ex quo liquet, quam pauca illius ad nos peruenerint. Periz.

2. Τρυφὴν) Nisi sequentia prorsus ab his separemus, tanquam diuersi plane capitis, vt faciunt quidem MSti, sed perperam, vt reor: tum sane aliter exponenda est haec τρυφή, quam fit in omnibus auctoris edd. Sequentia enim clarissime declarant, designari ista voce hic loci, non *luxuriam* quandam aut *mollitiem*, siue in victu, siue in venere, siue in vestitu, licet ab tali luxuria immunis non fuerit Polycrates, vt patet ex Athenaeo XII. pag. 540. sed *insolentiam, arrogantiam*, et profectam ab his vitiis *animi impotentiam* in alios: cuius exemplum est, quod Polycrates, sola suspicione ductus, ex zelotypia turpiter abraserit innocentem amasium, tantum vt innocenti Anacreonti dolorem faceret. Sic infra XIV. 30. de *arrogantia* et *stulto fastu*, quo quis se supra ordinem et conditionem hominum extollere, et diis accensere studebat, docendo aues, vt sibi acclamarent, *deus es*, dicitur, ὑπὸ τρυφῆς ἐν τοῖς ἀνθρώπων ὅροις οὐκ ἠξίου διαμένειν. Sed et supra III. 12. de formosis pueris erga amatores suos, οὐκ ἔστι θρυπτικοὶ

Ἀνακρέων ἐπῄνεσε Σμερδίην θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτους. Εἶτα ἥσθη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τὸν Ἀνακρέοντα [3] ἠσπάζετο σεμνῶς, εὖ μάλα ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ σώματος. Μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω, πρὸς Θεῶν, τὸν ποιητὴν τὸν Τήϊον, μὴ δ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. Ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε, καὶ ἑώρα τὸν ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. Καὶ [4] ἀπέκειρε τὸν παῖδα ὁ

πρὸς τοὺς ἐραστὰς οἱ Λακεδαιμονίων καλοί. Perizon.

3. Ἠσπάζετο σεμνῶς, εὖ μάλα ἐρῶντα) Malim aliter distinguere. Nempe ἠσπάζετο σεμνῶς εὖ μάλα, ἐρῶντα. Sic III. 42. ἐπενόυντο περὶ τὴν ἐργάτην εὖ μάλα φιλοτίμως. IV. 9. ὑπεδέξατο αὐτοὺς εὖ μάλα φιλοφρόνως. Et XII. 1. saepius. De Smerdie vid. Maxim. Tyr. diss. 10. initio, et diss. 8. in fine. Periz. — Vir Doctus in Misc. Obseru. tom. III. quamquam non reiicit Perizonii, hunc locum distinguendi rationem: tamen putat, etiam ita distingui posse; καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἠσπάζετο, σεμνῶς εὖ μάλα ἐρῶντα τῆς ψυχῆς. Vti enim animi amorem σεμνὸν constat vocari a Lucian. in Amor. tom. II. pag. 438. ἕτερος δὲ ἔρως ἀγυγίων πατὴρ χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι, καὶ πάντοθεν ἱεροπρεπὴς δίαιμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν, ἤπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνέει, ita corporis amor αἰσχρὸς adpellatur ab ipso nostro 3. 12. Σπαρτιάτης ἔρως αἰσχρὸν οὐκ οἶδεν. In interpretando denique hoc loco lapsus esse videtur Perizonius, admonente id iam hoc Viro Docto in Misc. Obseru. l. c. Scilicet ἠσπάζετο, quod Perizonius per, *salutabat*, vertebat, malim verti cum laudato Viro Docto per, *amore ac beniuolentia prosequebatur*. Hac enim amoris beniuolentiaeque significatione, non salutatione, ostendebat adolescentulus, se Anacreontis laudibus delectari. Cui quidem interpretationi et scholiast. Aristoph. ad Plut. v. 743. succurrit, exponens ἀσπάζεσθαι per φιλοφρονεῖσθαι, nec repugnat vsus aliorum scriptorum. Xenoph. Cyrop. 5. 5. 10. iungit ἀσπάζεσθαι et θεραπεύειν, et 1. 4. 1. ἔνδηλος ὤν, ὅτι ἠσπάζετο αὐτῶν υἱεῖς, i. e. *manifeste eorum filios amore et beniuolentia prosequebatur*.

4. Ἀπέκειρε τὸν παῖδα) Pueri apud veteres, maxime illi, qui in deliciis habebantur, erant plane capillati. Vide Hadr. Iunium *de coma* cap. 4. Causa erat, quod coma ad ornatum capitis referebatur, et caluities habebatur deformis. Vide infra XI. 4. de Agathocle, et Iunium cap. 2. Hinc apud Aristot. polit. II. 6. Hippodamus dicitur visus quibusdam vixisse περιεργότερον, τριχῶν τε πλήθει, καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ, *magis*, quam decebat sapientem, *curiose, multitudine crinium, et sumtuoso ornatu*. Sed et inde ortum, vt in luctu comam, in qua inerat ornatus, sibi praeciderent, qua de re vide supra VII. 8. Immo vero etiam supplices id faciebant, vt misericordiam aliorum sibi sic conciliarent. Petron. pag. 48. *quid attinuit supplices radere, nisi forte miserabiliores calui esse solent*. Atque ita *vltimum naufragorum votum*, quo scilicet deos in vltimis periculis aut malis demereri adhuc possent, dicitur ab eodem pag. 44. *capillos deponere*, sed quod in naui facere non licebat, *nisi tum, cum pelago ventus irascitur*, quia alias mali erat ominis. Pueri vero, vbi ad virilem aetatem peruenissent, tondebantur, nisi qui essent molles et delicati.

Πολυκράτης, ἐκεῖνον μὲν αἰσχύνων, οἰόμενος δὲ λυπεῖν Ἀνακρέοντα. Ὁ δὲ οὐ προσεποιήσατο αἰτιᾶσθαι τὸν Πολυκράτην, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς· μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, [5] ἐν οἷς ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ καὶ ἀμαθίαν, ὁπλισαμένῳ κατὰ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν. Τὸ δὲ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κόμης Ἀνακρέων ᾀδέτω· ἐμοῦ γὰρ αὐτὸς ἄμεινον ᾄσεται.

Nam viris etiam apud Graecos turpe habebatur puerilem in modum κομᾶν: ad quam opinionem, non ex certa lege, sed consuetudine communiter quasi ab naturae instinctu tunc recepta, ortam respicit D. Paulus 1 Corinth. XI. 14. quando ἀτιμίαν, *opprobrium*, dicit esse *viro*, ἐὰν κομᾷ, *si comam alat*. Nempe adeo commune hoc erat Graecis, vt in prouerbium abierit, οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται, *nemo comatus, qui non stupretur*. Ceterum ad hunc Aeliani locum maxime facit, quod legimus apud Laertium in *Herillo*, quem adhuc *puerum quum complures amarent, Zeno auertere amatores volens, iussit eum ξυρᾶσθαι, tonderi*, vel *radi, et ita eos auertit*, dum scilicet abstulit puero, quod *summum* illi erat *capitis decus*, vt ait Petronius. Perizon.

5. Ἐν οἷς ἐνεκάλει) Nescio qui accidat, vt in his haereant eruditi, quum nihil sit tritius et vulgatius in graecis. Schefferus maluit ἐν ᾧ scil. ἐγκλήματι. Kuhnius sumit vulgatum *aduerbialiter* et simpliciter pro ὅτι, *cum*, vel *dum*. At vero intelligitur in superioribus, ἐν τούτοις, siue ἔπεσιν, siue λόγοις. Sic supra VII. 12. ἐγὼ δὲ ὡς φρονῶ, δῆλον, ἐξ ὧν μὴ τὸ λεχθὲν ἀρέσκει με, pro ἐκ τούτου, ὅτι. cap. 20. διαβάλλων τοῦ Κείου τὸν τρόπον, ἐξ ὧν ἑωρᾶτο, pro ἐκ τούτων, ἐν οἷς ἑωρᾶτο. Plutarch. *in lib. de Pythia, in extr.* καί τοι φιλῶ μὲν ἐμαυτὸν, ἐφ' οἷς ἐγενόμην εἰς τὰ πράγματα ταῦτα πρόθυμος, pro ἐπὶ τούτοις, ὅτι. Plenius expressa haec habemus supra III. 17. καὶ δι' ὧν αὐτῷ συνεβούλευε καὶ ἐδίδασκε, διὰ τούτων τυραννίδα τὴν Διονυσίου κατέλυσε, et cap. 47. ὑπὲρ δὲ ὧν ἐν Βυζαντίῳ ἐκαινούργει, ὑπὲρ τούτων διέφθειρε τὴν χάριν. Videtur autem Anacreon exprobrasse puero, quasi ipse sibi per contumaciam et inscitiam rerum praecidisset comam, vt colligimus ex Stobaei serm. 160. vbi dicitur puerum reprehendisse, *quod ipse sibi eam praecidisset*. Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ Ἱέρωνος καὶ Θεμιστοκλέους.

Θεμιστοκλῆς Ἱέρωνα ἥκοντα [1] εἰς Ὀλύμπια, Ὀλυμπίων

1. Ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια, Ὀλυμπίων ἀγομένων) Nihil mutant MSti. Et videtur priore locutione auctor denotasse consilium Hieronis, posteriore tempus. Venit cum aliis ad olympia animo certandi, eo ipso tempore, quo iam ludi agebantur. Sic X. 1. τὸν υἱὸν ἦγεν εἰς Ὀλύμπια, mox Ὀλυμπίων ἀγωνιστήν. Si quid mutandum, malim cum Kuhnio, εἰς Ὀλυμπίαν. Sic XIV. 18. ἐγώ σε εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. Et IV. 9. ἐν Ὀλυμπίᾳ. Lucian. de morte peregr. ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα. Perizon.

ἀγομένων, ἵππυς ἄγοντα, εἶρξε τῆς ἀγωνίας, εἰπὼν, τὸν [2] μὴ μεταλαβόντα τοῦ μεγίσυ τῶν κινδύνων, τῶν πανηγύρεων μεταλαμβάνειν μὴ δεῖν· καὶ ἐπῃνέθη Θεμιστοκλῆς.

2. Μὴ μεταλαβόντα τῦ μεγίσυ) Graeci, quum Xerxes, rex Persarum, eos inuadere vellet, miserunt legatos ad Gelonem, Syracusanum regem, Hieronis fratrem, vt suppetias sibi ferret. Is vero negauit eas, nisi se imperatorem copiarum constituerent, quod Graeci facere renuebant. Vide Herodot. lib. VII. Hoc ergo est *maximum* illud Graeciae *periculum*, quod hic memoratur, et cuius nec Gelo, nec Hiero, qui in potestate fratris sui erat, fuere participes. Quod vero Kuhnius hic suspicatur, *videri illum tamen largitionibus aditum sibi fecisse ad certandum*, siquidem *vicerit olympiade 73*. alienissimum est. Olympias enim illa fuit ante hoc Xerxis bellum et Graeciae periculum.

Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ Περικλέους, καὶ υἱῶν αὐτῦ λοιμῷ ἀποθανόντων.

Ὅτι Περικλῆς, [1] ἐν τῷ λοιμῷ τὺς παῖδας ἀποβαλὼν, ἀνδρειότατα τὸν θάνατον αὐτῶν ἤνεγκε καὶ πάντας Ἀθηναίυς εὐθυμότερον ἔπεισε τὺς τῶν φιλτάτων θανάτυς φέρειν.

1. Ἐν τῷ λοιμῷ) Commemorat et refert hanc pestilentiam pluribus Thucydides lib. II. cap. 47. etc. De constantia autem Periclis in hoc casu praeter Valer. Maxim. V. 10. etiam Plutarchus, non tam in *Periclis vita*, vbi eum fractum animo domi latuisse ait, sed in *consolat. ad Apollonium* pag. 118. vnde tamen discimus, eius amicum, Protagoram, haec de eo tradidisse; dubium igitur, an vere. Amiserat autem octo dierum spatio duos, quos solos habebat ex legitima vxore filios, Xanthippum et Paralum.

Perizon.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Σωκράτυς ἐν πᾶσιν εὐθυμίας.

Ἔλεγεν ἡ Ξανθίππη, [1] ὡς μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν

1. Ὡς μυρίων) Variis modis haerent hic interpretes eruditi. Faber more suo pronunciat *nihil verius sua coniectura*, qua legit ἀεὶ τὸ αὐτὸ θεᾶσθαι. Scheffero contra delendum videtur ἀεὶ θεᾶσθαι. Kuhnius ista quidem minime sollicitanda monet et docet ex Stobaeo, sed pro ὅμοιον ἦν malit legere ὅμοιον ὄν. Verum nihil omnino mutandum, quum omnia se belle habeant. Verba Stobaei serm. 254 ex *Dionysii Halic. eclogis* sunt: ἡ Ξανθίππη ἔφη, μυρίων μεταβαλλῦν τὴν πόλιν καὶ αὐτὴν

καταςχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον ἦν τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος, ἀεὶ θεᾶσθαι. [2] Ἥρμοστο γὰρ πρὸς πάντα ἐπιεικῶς, καὶ ἦν ἵλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσης, καὶ φόβου κρείττων παντὸς ὤν.

κατασχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος, θεάσασθαι. Noster facilioris syntaxeos et intellectus gratia addidit ὡς ἦν. Solet enim ita ὡς pro ὅτι quoque poni. Supra VIII. 2. καὶ γὰρ ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. Ἦν notat hic, *licebat*, *dabatur*. Sic plane II. 24. ἐκ δὴ τούτου νοεῖν ἐστι, *ex eo iam datur intelligere*. VII. 4. ὅτι ἐν μικρῷ τόπῳ διαφόροις ἐστὶ γυμνάσασθαι, *quod in exiguo loco variis datur se exercere*. Lucian. de morte peregr. οὐ γὰρ ἦν εὐπορῆσαι ὀχήματος, *non enim facultas erat habendi facile vehiculi*. Epictet. cap. 39. ἔσται γὰρ αὐτῷ χρῆσθαι καλῶς, *licebit eo recte vti*. Ita ergo et hic planissimus est sensus, ὡς ἦν θεᾶσθαι τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος, καὶ ἐπανιόντος, ἀεὶ ὅμοιον ἐν πάσαις μεταβολαῖς. Lugd. omisit ἦν. Si recte, tum ὡς referendum ad μυρίων, vt notet, *ferme*, *quasi*, *decem millibus*, hoc est, pene infinitis. Perizon.

2. Ἥρμοστο γὰρ πρὸς) hoc est, *aequo animo se habebat ad omnia*, seu *compositus erat ad omnia aequabiliter*, vel *leniter*. Sic Epictet. cap. 47. ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ, *si frugaliter te habeas*, *sis* animo et vita *compositus*, *quod ad corpus tuum* curandum, *ne te ostentes eo ipso*. Iulian. orat. I. pag. 10. extr. τὸ ἁρμόζον πρὸς τὰς ἐπιδείξεις, *quod aptum est ad ostentationem*. Aristot. polit. IX. 5. ἔστι δὲ ἁρμόττουσα πρὸς τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην ἡ διδασκαλία τῆς μουσικῆς, *est vero apta doctrina musices tali naturae*.

Perizon.

ΚΕΦ. η.

Ὅτι ἀκόλαστος περὶ γυναῖκας Διονύσιος.

Ὁ νέος Διονύσιος εἰς τὴν Λοκρῶν πόλιν παριὼν, (εἴγε ἡ Δωρὶς, ἡ μήτηρ αὐτοῦ, Λοκρὶς ἦν) [1] τοὺς οἴκους τῶν μεγίστων τῶν ἐν τῇ πόλει καταλαμβάνων, ῥόδοις, καὶ ἑρπύλλοις, καὶ ἄλλοις ἄνθεσι καταστρωννὺς, τὰς τῶν Λοκρῶν θυγατέρας μετεπέμπετο, καὶ [2] συνῆν αὐταῖς ἀκολαστό-

1. Τοὺς οἴκους τῶν μεγίστων τῶν ἐν τῇ πόλει) hoc est, *domos potentissimorum*, *maximorum* ciuium, *qui erant in ea vrbe*. At Vulteius ea vertit, *maximas ciuitatis domus*, retinueruntque id omnes dein editores. Ita vero scripsisse debuisset auctor, τοὺς οἴκους τοὺς μεγίστους τῶν ἐν τῇ πόλει, ut forsan ita scripsit. Nam certe Athenaeus, ex cuius libro XII. haec iterum habet auctor, diserte ita, sed in singulari, scripsit οἶκον τῶν ἐν τῇ πόλει τὸν μέγιστον, optimo sane sensu, et quem sine dubio noster quoque exprimere voluit. Periz.

2. Συνῆν αὐταῖς ἀκολαστότατα) Satis pro imperio Faber. *lege*, inquit,

τατος. [2] Ὑπὲρ δὴ τούτου ἔτισε δίκην. [3] Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῦ τυραννὶς κατελύθη ὑπὸ Δίωνος, ἐνταῦθα οἱ Λοκροὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Διονυσίου καὶ τὰς θυγατέρας κατεπόρνευσαν, καὶ [4] ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες, μάλιστα οἱ προσήκοντες ταῖς παρθένοις ταῖς ὑπὸ Διονυσίου διεφθαρμέναις. Ἡνίκα δὲ διακορεῖς ἐγένοντο ὑβρίζοντες, κεντοῦντες αὐτὰς ὑπὸ τοῖς ὄνυξι τοῖς τῶν χειρῶν βελόναις ἀπέκτειναν· τὰ δὲ ὀστᾶ κατέκοψαν ἐν ὅλμοις, καὶ τὰ κρέα τῶν ὀστῶν ἀφελόντες ἐπηράσαντο τοῖς μὴ γευσαμένοις αὐτῶν· εἰ δέ τι περιελείφθη ἐξ αὐτῶν, κατεπόντωσαν. Ὁ δὲ ἐν Κορίνθῳ πολλαῖς καὶ ποικίλαις χρησάμενος βίου μεταβολαῖς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀπορίαν, τελευταῖον δὲ [5] μητραγυρτῶν, καὶ κρούων [6] τύμπανα, καὶ [7] καταυλούμενος δὲ, τὸν βίον κατέστρεψεν.

ἀκολαστότατα. Et sequitur eum Kuhnius in indice. Quasi non passim a Graecis adiectiua etiam iungantur verbis. Hesiod. ἀσπ. 394. de cicada,

Καί τε πανήμεριός τε καὶ ἠῶος χέει αὐδήν,

Etiam a Latinis frequentissime, Liu. I. 16. *sublimis abiit*. Quid? nonne et ipse auctor hoc eod. cap. ita? ἡνίκα δὲ διακορεῖς ἐγένοντο ὑβρίζοντες, hoc est, *stuprando*. Denique vt hic, sic plane et supra III. 14. ὅτι καὶ πρὸς ὅπλα καὶ πρὸς πολέμους ἀλλοτριώτατοι διάκεινται Βυζάντιοι, vbi itidem Faber contra codd. legi iubebat ἀλλοτριώτατα. Perizon. — Med. 3. ἀκολαστότερος.

3. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῦ ἡ τυραννὶς) De suo hanc temporis descriptionem addidit auctor. Nec enim apud Athenaeum illa occurrit, et erroris manifesta est. Accidit enim dira haec vltio Locrensium in Dionysii vxorem et liberos, non viuo Dione, aut quum ille ab hoc Syracusarum tyrannide esset depulsus, sed post mortem Dionis, quum Dionysius ex Italia et Locris redisset Syracusas ad recuperandam istic tyrannidem. Vide quae notaui supra ad VI. 12. Periz.

4. Ἀναίδην αὐταῖς ἐνύβριζον) Vide lector, quam facile in plures etiam editiones propagentur recepta semel per incuriam scripturae vitia. Omnes edd. etiam prior Schefferi, legunt aeque ac MSti., ἀνέδην. At posterior Schefferi per incuriam haud dubiam, quippe contra exaratos manu, et editos prius libros, admisit illud ἀναίδην. Retinuit id Kühnius, licet vitiosum putaret, ignarus vitium esse istius tantum editionis, quam sequebatur. Nam in indice, in ἀναίδην, hunc locum allegans, addit, *se ibi ἀνέδην malle*. De illo ἀνέδην, et eius significatione, vide me supra ad I. 4. Periz.

5. Μητραγυρτῶν) *Sacerdotem matris deum agens, et stipem cogens*, vel iis se iungens, ac suam addicens operam. Dionys. Halic. lib. II. pag. 91. καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, *et circumducunt* (deam) *illi per vrbem, stipem cogentes, sicuti illis mos est*. Nempe simulabant, ac si stipem cogerent ipsi deae. Vnde Ouidius fastor. IV. 348. de ipsa dea rogans musam,


Dic, inquam, parua car-
stipe quaerat opes.

Vide et Cuperum de variis agyrtis mendicantibus, obs. III. 4. Erant autem viles illi et contemti homines. Vnde Lucianus *Pseudomanti* pag. 869. οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες, *deae matri stipem colligentes*, et licet Romani solenniter receperint sacra Cybeles, et eius festum, Megalesia, ludis et pompis maxime celebrarint, quin immo solis huius deae *famulis* permittat Cicero lib. II. *de legibus*, *stipem iustis diebus rogere*, tamen nemo Romanus sustinebat esse eius agyrtes aut sacerdos, vt testatur Dionys. d. l. Hinc Arnobius lib. V. pag. 168. *quis est enim, qui credat honestatis aliquid in ea re esse, quam initiant* VILES *Galli*. Perizon.

6. Τύμπανα) Propria erant hisce sacris. Vnde et apud Suet. Aug. cap. 68. *Gallum matris deum tympanizantem* habemus. Sed et inde Plutarch. in lib. *de superstitione*, τυμπανισμὸς refert inter ineptias superstitionis. Percutiebantur autem haec tympana manibus vel digitis. Apud Sueton. d. l. Gallus tympanizans dicitur *orbem* tympani *digito temperare*. Et Lucret. II. 618. *tympana tenta tonant palmis*, scil. percussa. Ouid. fastor. IV. 340. *et feriunt molles taurea terga manus*. Quae verba Pignorius, *magnae deum m. init.* pag. 6. perperam refert ad *flagra*. *Virgulis* tamen etiam percussa leguntur. Isidorus etymol. II. 21. *ipsum*, (tympanum) *ut symphonia ad virgulam percutitur*. Forma eorum erat rotunda, sed concaua, vt speciem clypei vel patinae exhiberet. Nempe quia Curetes olim, vt fallerent Saturnum, et seruarent Iovem recens natum, manibus suis clypeos aut inanes galeas contundebant, hinc in sacris Cybeles, vt ait Ouid. d. l. versu 211.

Cymbala pro galeis, pro
scutis tympana pulsant.

Sed et inde est, quod idem ibidem v. 181. *inania tympana tundi* dicat, hoc est, concaua. Et similiter metamorph. III. 537. *Caua autem* vocet ea idem metam. XII. 481. Quin ideo edere etiam poterant ex tympanis, tanquam ex patinis, sicuti ex cymbalis bibere. Clemens Alex. protrept. pag. 11. symbola fuisse initiationis haec ait, ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, *ex tympano edi, ex cymbalo bibi*. Plinius nat. hist. IX. 35. etiam clarius eorum formam nobis ob oculos ponit, modo ex superioribus iam cogitemus fuisse non rotunda tantum in orbem quendam, sed et inania ac concaua. Ait enim margaritas, *quibus una tantum est facies, et ab ea rotunditas, auersis planicies, ob id tympana nominari*. Erant ergo tympana, a concaua parte, marginis aequabilis, at ab altera, extuberantia aliquantulum, veluti scuta, aut margaritae dissectae. Comparantur tamen etiam cum *cribro*, quod est, ab vna et extrema parte, rotundi et caui ac latioris paulo ligni. Isidorus etymol. II. 21. *tympanum est pellis vel corium, ligno ex vna parte extensum. Est enim pars media Symphoniae in similitudinem cribri. Symphonia* autem, vt ibidem paulo post ait, *appellatur lignum cauum ex vtraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc et inde musici feriunt*. Figuram *tympani* exhibet ex marmore, vt ait, Sponius miscell. erud. antiq. sect. I. art. 6. quae maxime conuenire mihi videtur in *Symphoniae* dimidium, aut *cribrum*, cui Isidorus assimulat tympanum sui temporis. Similem in manibus ipsius Cybeles curru a leonibus tracto vectae exhibet Boissardus parte III. pag. 47. Et parte V. pag. 33. At scuto magis congruit *tympani* figura in nummis Faustinae minoris, tab. XLVIII. *Numm. Croyac*. Et Gordiani apud Foy-Vaillantium. Vtramque ex Sponio, Boissardo, et croyiacis nummis subieci init. pag. sequentis. Pellis porro intendebatur ligno rotundo. Vnde eleganter Eurip. in Bacchis 124. tympanum appellat βυρσότονον κύκλωμα, *orbis, cui co-*



tum est latensum, et ita intendebatur, vt parui lapides in eam immissi resilirent. Hinc Ouid. metam. XII. 486.

Non secus haec resilit, quam tecti a culmine grando,
Aut si quis paruo feriat caua tympana saxo.

Percussa sonitum edebant *raucum*. Vide Ouid. fastor. IV. 210. et metam. IV. 391. Atque ideo tintinnabula quaedam ex caua illorum parte aliquando suspendebantur, vt temperarent ac variarent istam raucedinem sonitus, vt docuit iam Magius *de tintinn.* cap. 12. Inprimis vero *tibiae* accinebant *tympanis*, quibus idcirco ferme vbique, maxime in his Cybeles sacris, iunctae reperiuntur. Vide Virgil. Aen. IX. 618. Ouid. metam. IV. 392. XI. 16. fastor. IV. 212. et 339. Lucret. II. 620. Pomp. Mel. III. 9. Tacitum histor. V. 5. et maxime Lucian. *de dea Syria* pag. 910. extr. ac Dionys. Halic. lib. II. pag. 91. Erant autem hominum mollium, immo feminarum, instrumenta laetitiae, et potissimum in oriente. Feminas iis vsas istic in publica laetitia, vel ex Iephthae filia constat, quae patri *cum tympanis* obuiam prodiit, iudic. XI. 34. Similiter quum, Goliathe occiso et Palaestinis fugatis, Saulus et Dauid redirent victores, mulieres ex omnibus vrbibus Israelis obviam illis prodierunt, *χορεύουσαι ἐν τυμπάνοις* 1 Sam. XVIII. 6. Sed et viri istic ea adhibebant in festiuitate publica. Sic quum arcam diuinam Dauid ex aedibus Abinadabi solenniter deportare vellet Hierosolyma, dicitur illud fecisse cum reliquis Israelitis ἐν τυμπάνοις καὶ κυμβάλοις, καὶ αὐλοῖς 2 Sam. VI. 5. Hinc ergo et Tac. histor. V. 5. *sacerdotes Iudaeorum* ait *tibia tympanisque concinuisse*. Nempe in oriente, Syria, et Asia, fuere haec vsitata et decora; atque adeo inde venerunt ad Graecos et Romanos. Hinc Iuuen. sat. III. v. 64. *iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, et linguam et mores et cum tibicine chordas obliquas, nec non* GENTILIA *tympana secum vexit*. Sed tamen apud hosce tribuuntur potissimum mulieribus Bacchantibus, vt ex locis Ouidii modo laudatis patet; viris vitio vertebantur. Vnde apud Iustin. XXX. 1. inter *instrumenta luxuriae et nequitiae* regis Ptolemaei, *tympana* memorantur. Et apud Plautum trucul. II. 7. 49. *tun' moechum malacum, cincinnatum, vmbraticolum, tympanotribam, amas, hominem non nauci?* Omnia haec per contemtum, vt liquet, a milite dicuntur de riuali ad amicam. Sed et Bacchus mollis et muliebris exercitus dux adhibuisse ea dicitur cum cymbalis loco tubae ad signa danda. Vide Polyaen. I. 1. 1. Quod ipsum tamen etiam in oriente

vsitatum fuit. Certe Parthi *signum in praelio non tuba, sed tympano, dant*, teste Iustino XLI. 2. Vnde explicandus iam est Plutarchus in Crasso pag. 557. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες ἠχείοις χαλκοῖς ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι, *Parthi non cornibus, neque buccinis, excitant se ad pugnam, sed in circulis corio extenso obductis et cauis, quos aereis tintinnabulis circumtenderunt, multis ex locis simul strepitum edunt.* Ῥόπτρα enim sunt *circuli incurui* tympanorum, quibus pelles intenduntur, et qui in concaua parte continent tintinnabula aerea. Nisi quis per ἠχεῖα malit intelligere *vasa aenea*, quibus illa tympana quasi obtendebantur, seu quae illis tympanis vndique quasi claudebantur, qualia tympana, huiusmodi vasis ligneis obducta, sed in quorum medio vel sic tintinnabula inerant, Indis in bello tribuit Suidas. Prius tamen credo verius, quoniam ipsa illa ῥόπτρα βυρσοπαγῆ dicuntur etiam κοῖλα, *caua*, fuisse, quibus ergo ipsis inclusisse videntur isthaec ἠχεῖα χαλκᾶ, *aerea tintinnabula*. Graeci vero, aut alii in Occidente, *tympana*, tantum abest, vt ad bella adhiberent, vt contra opponerent bellicis instrumentis. Ouid. met. III. 534.

> — — *vt quos non belliger ensis;*
> *Non tuba, terruerint, non strictis agmina telis,*
> *Femineae voces, et mota insania vino,*
> *Obscenique greges, et inania tympana vincant.*

7. Καταυλούμενος) Interpres, *tibiis modulando*. At Kuhnius in indice malit *passiue* illud accipere, hoc sensu, *tibiis audiendis fessus, vel tibiae cantu saepe ad satietatem perfusus, vel tibiarum modulis saepius delinitus*, quia *metragyrtae tibia occinente stipem cogebant.* Verum quidem hoc posterius, et ideo sensus est simpliciter, qui illa faciebat ad tibias, cui tibiis accinebatur. Idem hoc verbum etiam Dionys. Hal. de iisdem hominibus adhibuit lib. II. pag. 11. καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, *circumducunt illi* deam *per vrbem, deae stipem cogentes, vt illis mos est, et, dum tibia accinebantur illis a sequentibus cybeleia cantica, ipsi tympana pulsantes. Romanorum vero indigenarum nemo nec deae stipem colligens, nec ad tibiae cantus quid faciens, per vrbem vadit.* Vide et Suidam. Similiter actiuum καταυλεῖν hist. anim. XII. 44. extr. εἶτα οὕτω προειρημένων καταυλοῦσι, hoc est, *ita praedictis tibia accinunt.* Sed et αὐλεῖσθαι passiue dicuntur, *quibus tibia accinitur*. Supra III. 14. de Byzantinis, τὸ ἔργον αὐτοῖς αὐλεῖσθαι, hoc est, *habere tibicinem sibi accinentem*. Et Xenophon ἀναβ. VI. init. vbi dicuntur saltauisse, modo πρὸς τὸν αὐλὸν, modo αὐλούμενοι. Perizon. — Meinecke V. Cl. non temere illud δὲ post καταυλούμενος delendum putat. Iuuat enim Cod. Med. 3. in quo plane abest. Sed cur καὶ quoque ante καταυλούμενος reiiciat, id non adsequor. Nam vti vel e loco Dionysii Halic. a Perizonio allato adparet, distinguuntur οἱ τύμπανα κροτοῦντες et οἱ καταυλούμενοι eodem plane modo, quo apud nostrum h. l.

ΚΕΦ. Θ.

Ὅτι καὶ Δημήτριος ἀκόλαστος.

[1]Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ᾕρει τὰς πόλεις, καὶ τῇ ἑαυτȣ̃ τρυφῇ καταχρώμενος, χίλια μὲν καὶ διακόσια τάλαντα πρόσοδον ἑαυτῷ περιεποιήσατο καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, καὶ ἐκ τȣ́των ὀλίγα μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδαπάνα, τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτȣ̃. Μύροις τε ἐῤῥαίνετο [2] καὶ αὐτὸ τὸ δάπεδον, [3] καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἔτȣς

1. Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς) Habet et hoc caput auctor ex Athenaeo XII. 11. ſed ita, vt quem ille ex Duride, antiquo ſcriptore, *Demetrium Phalereum*, noſter *Demetr. Poliorceten* dicat. Inſigni errore, cuius ego non aliam iterum eſſe reor cauſam, quam quod in adverſariis ſuis illud notauerit nomine *Demetrii*, et dein ad *Poliorceten* potius retulerit, quam *Phalereum*, quia hunc notat philoſophum et legislatorem, quem praecipuis ornat laudibus ſupra III. 17. illum vero etiam alibi XII. 17. deſcribit, vt laſciuum et luxurioſum, quod reuera fuit Polioreetes ille; etiam ex aliorum teſtimonio. Kuhnius putat auctorem hic de vtroque Demetrio locutum, ſed excidiſſe, quae de Poliorcete dixerit, et quae de Phalereo coeperit dicere: librarios dein neglecta lacuna, quam ſtatuit poſt ᾕρει τὰς πόλεις, contraxiſſe omnia in vnam Poliorcetae hiſtoriam. Ratio illius ſententiae eſt, quod reliqua huius capitis ab Athenaeo ad Phalereum referantur, et in eum magis, quam Poliorceten, auctoris noſtri verba conuenire, indubium putet. Sed non opus eſt eo decurrere, quum nulla extent talis lacunae veſtigia in codicibus; ex aduerſariis autem ſuis quaedam hauſiſſe noſtrum, non inſpectis denuò auctorum locis, vnde ea excerpſerat, probauimus iam ſupra VIII. 17. Ceterum quando id fecit, de ſuo quaedam tamen addidit, vt hic *Poliorcetae* nomen de ſuo per memoriae errorem Demetrio tribuit, ſicuti et illam deſcriptionem ᾕρει τὰς πόλεις, quae apud Athenaeum non occurrit, ſed a noſtro ſupra III. 16. de Poliorcete iam fuit adhibita. Tantum vero abeſt, vt poſt haec verba hic loci ſtatui debeat lacuna quaedam, vt contra optime illis cohaereant ſequentia, quamuis neque interpres eorum vim aut nexum ſatis intellexerit. Senſus eſt, *Demetr. Pol. capiebat vrbes, etiamſi luxui indulgeret, vel luxu ſuo multum vteretur. Ex illis autem capiendis ſibi mille quidem et ducenta talenta, annuum reditum confecit.* Vel potius, vt τρυφὴ hic iterum inſolentiam et impotentiam notet, vt cap. 4. *Dem. Pol. capiebat vrbes, et iis abuſus, eas expilans ſua impotentia, fecit ſibi mille*, etc.

Perizon.

2. Καὶ αὐτῷ τὸ δάπεδον) Inania ſunt, quae ex hoc loco elicere voluit Kuhnius de duobus Demetriis, quaſi dicatur, non tantum priori, ſed et poſteriori, ita conſperſum fuiſſe pauimentum. Etenim legendum eſt omnino, vt iam vix dubitans coniecit Schefferus, καὶ αὐτὸ. Diſerte enim ita habet codex Sluiskianus, licet Lugdunenſis vulgato aſſentiatur, ſed qui et paulo ante pro ἀκολασίαν legit ἀκρασίαν, et ſequentia male confundit, omiſſo καὶ poſt δάπεδον. Perizon. — Repoſui αὐτὸ, ſecutus MSS. Gronouium et edit. Baſil.

3. Καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἔτȣς ὥραν τὰ

ὥραν τὰ ἐνακμάζοντα τῶν ἀνθῶν ταῦτα ὑπεστρέζετο αὐτῷ, ἵνα κατ᾽ αὐτῶν βαδίζῃ. Ἦν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ἀκόλαστος, καὶ νεανικοῖς ἔρωσιν ἐπεχείρει. [4] Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι εὐθετίζοντι τὴν τρίχα, καὶ [5] ξανθιζομένῳ, καὶ ὑπαλειφομένῳ τὸ πρόσωπον [6] παιδέρωτι· καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐχρῆτο ἀλείμμασι, [7] προσφιλοτιμούμενος τῇ ῥαθυμίᾳ.

ἐνακμάζοντα) Haec quoque de suo auxit vel potius in alium plane conuertit sensum, quam apud Athenaeum repererat. Is enim dicit *pauimenta* Demetrii *fuisse per artifices variis coloribus florum ornata*, ἀνθινά τε, inquit, πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκευάζετο διαπεποικιλμένα ὑπὸ δημιουργῶν. Nihil istic dicitur de veris floribus, in quibus ambulauerit, idque in singulis anni tempestatibus, ac in floribus; qui in illis singulis nascantur. Perizon.

4. *Ἔμελε δὲ αὐτῷ*) Vel hinc apparet, omnia haec ab illo auctore, vnde haec hausit noster, fuisse dicta de *Demetrio Phalereo*, non *Poliorcete*, quem pulcherrimum natura, non arte, nedum pigmentis, tradunt veteres, etiam noster XII. 14. Audi Plutarch. in eius vita, pag. 889. ἰδέᾳ καὶ κάλλει προσώπου θαυμαστὸς καὶ περιττὸς, ὥστε τῶν πλαττόντων καὶ γραφόντων μηδένα τῆς ὁμοιότητος ἐφικέσθαι; *specie et faciei pulchritudine admirabilis erat et excellens, adeo vt neque sculptorum, neque pictorum quisquam eam assimulare potuerit.* Perizon.

5. *Ξανθιζομένῳ*) *In flauum*, vel *rutilum colorem redigenti*. Idem enim est color, ξανθὸς, et πυῤῥὸς, vide Hesychium. Et *flauus* ac *rutilus*. Lucan. Pharsal. lib. X.

> — *tam flauos gerit altera crines,*
> *Vt nullas caesar Rheni se dicat in aruis*
> *Tam rutilas vidisse comas.* —

Is vero color in crinibus apud veteres erat commendatissimus. Petronius pag. 51 *commendatior vultus enituit, quia flauum corymbion erat.* Hinc vt Hesiodus, Ariadnen ξανθὴν, dicit θεογ. 947. ita passim Homerus suis heroibus, Achilli, Menelao, etc. ξανθὴν κόμην tribuit; sicut et Alexandro M. noster XII. 14. Sed et hinc artibus ac medicamentis *flauos* sibi reddebant capillos. Plutarchus in ἐρωτικῷ extr. memorat φάρμακον, ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ ἢ πυῤῥὰν, *medicamentum quo feminae comam inungentes reddunt auream vel flauam.* Sed et inde noster XIII. 1. Atalantam laudat, quod ξανθὴ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, ὅτι πῦ πολυπραγμοσύνῃ γυναικείᾳ καὶ βαφαῖς ἅμα καὶ φαρμάκοις· ἀλλ᾽ ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά. Alia et plura, vide apud Hadr. Iunium *de coma*, cap. 9. Perizon.

6. *Παιδέρωτι*) Videtur pigmentum fuisse ex puluere gemmae paederotis confectum, quo facies nimis alba et pallida reddebatur purpurea aut rosea. Hinc vetus poeta apud Athen. lib. XIII.

> Λευκόχρως λίαν τις ἐστι; παιδέρωτ᾽ ἐντρίβεται,

est quaedam nimis alba? aspergitur vel *fricatur paederote.* Hinc iam vestes *paederotinae* apud Vopiscum in Aureliano cap. 46. vbi vide Salmasium. Periz.

7. *Προσφιλοτιμούμενος τῇ ῥαθυμίᾳ*) *Studiose indulgens luxuriae.* De verbo φιλοτιμεῖσθαι egimus ad III. 1. Ῥαθυμία notat proprie vitium animi dediti rebus nihili. Hinc et pro *luxuria* ponitur. Vide infra XIII. 30. Periz.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ι.

Περὶ Πλάτωνος βίȣ ὀλιγωρίας.

Ὁ Πλάτων, νοσερȣ̃ χωρίȣ λεγομένȣ εἶναι [1] τῆς ἀκαδημίας, καὶ συμβȣλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ λύκειον μετοικῆσαι, ȣ̓κ ἠξίωσεν, εἰπών· ἀλλ᾽ ἔγωγε ȣ̓κ ἂν ȣ̓δὲ εἰς τὰ ἄκρα [2] τὰ τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ μακροβιώτατος γενέσθαι.

1. Τῆς ἀκαδημίας) *Academia* et *lyceum* erant gymnasia Athenis, quae proinde loca frequentasse videtur Socrates, vt haberet copiam agendi cum adolescentibus, qui istic se exercebant. Certe infra cap. 29. dicitur noctu obuiam factus petulantibus et ebriis adolescentibus, nihil territus constitisse, et interrogasse eos, οἷα καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἢ ἐν λυκείῳ, ἢ ἐν ἀκαδημίᾳ, *qualia* interrogare *reliquos* solebat, *quos* reperiebat *vel in lyceo, vel in academia.* Atque ideo reperimus etiam istic ψηφίσματα publice fuisse fixa, quia istic maxime omnium patebant oculis. Sic certe ψήφισμα quo Zeno Citieus honorabatur, iussit populus *inscribi duabus columnis, earumque alteram poni in academia, alteram in lyceo*, apud Laert. in Zenone. Sed et ideo sequentes philosophi isthaec maxime loca delegerunt suae habitationi, aut περιπάτῳ, et scholae. Certe Plato ibi maxime docuit, et istic habitauit. Plutarchus de fuga, ἡ δ᾽ ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος, καὶ Ξενοκράτȣς, καὶ Πολέμωνος, *academia vero, praediolum tribus millibus drachmarum emtum, domicilium erat Platonis, et Xenocratis, et Polemonis*, qui successere Platoni. Proprie autem habebat istic Plato *hortulum, ipsi academiae iunctum*, vel *in academia.* Vide Diog. Laert. in Platone §. 20. et ibi Menagium. *Lyceum* vero Aristoteles a Platone deficiscens occupauit, et ibi habuit peripatum. Vide Meursium in Athenis Atticis II. 3. Quod autem academia fuerit locus valetudini aduersus, de eo vide Meurs. in Ceramico cap. 27. Perizon.

2. Τὰ τȣ̃ Ἄθω) Pessime Faber haec sollicitabat, quae erudite defenderunt Schefferus. et Kuhnius, docentes traditum esse a veteribus, homines in monte Atho habitantes longe diutius vixisse, quam alios. Mox vero pro μακροβιωτέρȣ quod Lugd. seruat, maluit Gesnerus μακροβιώτερον. Faber μακροβιώτερος, quod etiam in MSS. B. et C. regiis exstare ait Schefferus. reposui ego μακροβιώτατος, quoniam id non tantum MS. regius A. tum Medic. I. et noster Sluiskian. liquido exhibet, sed et postulat palam sensus, et nexus argumenti. Plato iubebatur ex loco morbis infesto demigrare in alium, vt valetudini, et sic vtique longiori vitae, consuleret, ὑπὲρ τȣ̃ μακροβιώτερος γενέσθαι: at ille consilium hoc aspernatus ait, se ne in Atho quidem montem, vbi homines longius, quam alibi, credantur viuere, commigraturum, etiamsi sciret, se istic, non simpliciter *longius victurum*, qua de causa iussus erat migrare in lyceum, sed *omnium longissime victurum.* Vitium illud in quibusdam codd. ortum est ex eo, quod vltimae syllabae istius et similium vocabulorum solent per compendia scribi, ab aliis dein librariis saepe non intellecta. Vellem sane addicerent MSti nobis etiam in transferendo, ȣ̓δὲ, in alium et magis oportunum emphasi locum. Malim enim, ȣ̓κ ἂν εἰς τὰ ἄκρα τὰ τȣ̃ Ἄθω μετῴκησα, ȣ̓δ᾽ ἄν, ὑπέρ. Sed refragantibus cod. nihil tentare ausim. P.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Παῤῥασίȣ τοῦ ζωγράφȣ.

Παῤῥάσιος ὁ ζωγράφος, ὅτι μὲν πορφυρίδα ἐφόρει, καὶ χρυσȣ͂ν ςέφανον περιέκειτο, μαρτυρȣ͂σι καὶ ἄλλοι, καὶ [2] τὰ ἐπιγράμματα δὲ ἐπὶ πολλῶν εἰκόνων αὐτȣ͂.

1. Παῤῥάσιος) Pictor hic fuit illustris, patria Ephesius, *aequalis et aemulus Zeuxidis*, teste Plinio XXXV. 9. cum quo et in certamen descendit, vt ibidem ille cap. 10. refert. Vixit ergo tempore Archelai Macedonis, et Socratis, quorum aequalis fuit Zeuxis, infra XIV. 17. Exercuit autem artem suam potissimum Athenis, vnde et a quibusdam *Atheniensis pictor* dicitur. Vide Iunii *pictores*. Periz.

2. Τὰ ἐπιγράμματα) Exhibet ea Athenaeus XII. 11. in quibus ipse Parrhasius se vocat ἁβροδίαιτον ἄνδρα, *virum, qui liberaliter et eleganter vitam agit*, non *vita mollem ac voluptarium*, vt vertit Dalechampius apud Athen. XV. 10. quo loco idem epigramma repetitur, sed qui neque a Casaubono recte est expositus. Verba Athenaei sunt: Παῤῥάσιος δὲ ὁ ζωγράφος, καίπερ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν ἑαυτȣ͂ τέχνην τρυφήσας, καὶ τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκ ῥαβδίων τινῶν καὶ ποτηρίων (Casaubonus legit καυτηρίων, et intelligit artem *encausticam*, sed quam Parrhasius non legitur exercuisse, vide Plinium XXXV. 11.) ἑλκύσας, λόγῳ γὰρ ἐν ἀντελάβετο τῆς ἀρετῆς, ἐπιγραψάμενος τοῖς ἐν Λίνδῳ πᾶσιν αὐτȣ͂ ἔργοις,

> Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων, τάδ᾽ ἔγραψε
> Παῤῥάσιος —

ᾧ κομψός τις ὑπεραλγήσας, ῥυπαίνοντι τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρὸν καὶ καλὸν, ἅτε φορτικῶς μετακαλεσαμένῳ εἰς τρυφὴν τὴν δοθεῖσαν (male editur τὴν εἰς τρυφὴν δοθεῖσαν) ὑπὸ τῆς τύχης χορηγίαν, παρέγραψε τὸ, Ῥαβδοδίαιτος ἀνὴρ, *Parrhasius pictor quamvis praeter decorum supra artem suam luxuriae indulgeret, et illud, quod liberale dicitur, ex virgulis quibusdam et poculis eliceret, verbo tamen virtutem vicissim arripiebat, inscribens omnibus suis in Lindo operibus, liberalis vitae vir, virtutemque colens, Parrhasius, haec pinxit.* Vides τὸ ἁβροδίαιτον exponi ab ipso Athenaeo per ἐλευθέριον, idque elici et collocari in *poculis*, et omni elegantiori supellectile, qua superbiebat, vt ex eius scipione, calceis, purpurea veste, corona, ab Athenaeo et Aeliano memoratis constat. Casaubonus retulit simpliciter ad instrumenta pingendi et encausticam, quod non putem. Sed sequentia vertit Casaubonus, *interpretem pessime ista cepisse* arguens: *cui inscriptioni aliquis eleganti vir ingenio offensus vehementer, quod magnificum et honestum virtutis* nomen *inquinaret* Parrhasius, *vt qui* ἀρετὴν *alieno nomine illam artem insulse appellasset, quam fortuna hominibus largita est deliciarum instrumentum, adscripsit* Ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ. Censet ergo, vt diserte testatur, ἀρετὴν in illo Parrhasii versu acceptam a Clearcho et Athenaeo de ipsa arte pingendi, qua appellatione in hunc sensum hoc *virtutis* nomen ille inquinasset. Sed manifeste haec sunt contraria superioribus, vbi Parrhasius dicitur luxuriae indulsisse, sed *verbo* tamen coluisse *virtutem*. Nec enim verbo tantum coluit illam artem, sed re ipsa. Quid? quod etiam subiungit, ferendum fuisse τὸ ἁβροδίαιτον in Parrhasio, διὰ τὸ τὴν ἀρετὴν φῆσαι τιμᾶν, *quia dicat se aestimare virtutem*. Dein an χορηγία notat *artem*? an μετακαλέσασθαι χορηγίαν,

Ἠγωνίσατο δέ ποτε ἐν Σάμῳ· συνέτυχε δὲ [3] ἀντιπάλῳ ἐ κατὰ πολὺ ἐνδεεςέρῳ αὐτȣ̃, εἶτα ἡττήθη. [4] Τὸ δὲ ἐπίγραμμα ἦν αὐτῷ, ὁ Αἴας ὑπὲρ τῶν ὅπλων τῶν Ἀχιλλέως ἀγωνισάμενος πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. Ἡττηθεὶς δὲ, εὖ μάλα ἀςείως ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν συναχθόμενον αὐτῷ τῶν ἑταίρων ὁ Παῤῥάσιος· ἔφη γὰρ αὐτὸς μὲν ὑπὲρ τῆς ἥττης ὀλίγον φροντίζειν· συνάχθεσθαι δὲ τῷ παιδὶ τοῦ Τελαμῶνος, δεύτερον τȣ̃το ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἡττηθέντι. Κατεῖχε δὲ καὶ [5] σκίπωνα χρυσᾶς ἕλικας ἔχοντα περι-

est *artem pingendi alieno virtutis nomine appellare*? Turbas has dedit positus loco non suo articulus ille τὴν, vt monui, quo in suum locum reuocato sensus est satis expeditus. Nempe: *qua inscriptione maiorem in modum dolens facetus quispiam*, Parrhasio *contaminanti* (per luxuriam vitae) *magnificum illud et honestum virtutis*, quam ille sibi tribuebat, *quippe arroganter in luxuriam reuocanti opes a fortuna sibi datas, per paronomasian adscripsit*, ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ, h. e. *vir qui ex penicillo*, vel *cum penicillo, vitam agit*. Perizon.

3. Ἀντιπάλῳ ἐ κατὰ πολὺ) *Adversarius* hic est Timanthes, quem multis etiam Plinius laudat, atque alii. Qui non Parrhasium modo vicit, sed et Colotem Teium celebri illa tabula Iphigeniae, qua Agamemnonis caput inuoluit, quia magnitudinem doloris exprimere non poterat. Vide Quinctil. inst. orat. II. 13. Quapropter licet Athenaeus simpliciter dicat Parrhasium certasse πρὸς καταδεέστερον, nolim tamen cum Scheffero hic delere negantem particulam, quae omnino retinenda est. Nec enim Timanthem illum, quem leuiter καταδεέστερον dixerat Athenaeus, noster continuo dixisset κατὰ πολὺ ἐνδεέστερον, sed potius, et elegantius, agnouit quidem καταδεέστερον, verum ἐ κατὰ πολύ. Mox illa, εἶτα ἡττήθη, absunt a Sluiskiano. Perizon. — Et Med. 3. neque ea multum desiderari ad sensum, arbitratur Abr. Gronou.

4. Τὸ δὲ ἐπίγραμμα ἦν αὐτῶν) Hic vero assentior Scheffero legenti αὐτῷ, scil. Parrhasio. Nam ita diserte etiam Sluisk. praeter Parisienses A. et C. Mediceus 1. habet αὐτὸ, quod mirer probare potuisse Gudium, adscribendo, *recte, aliter Schefferus*. Ἐπίγραμμα hic, notat ipsum illud, quod pingitur in tabula, τὸ γράμμα ἐπὶ τȣ̃ πίνακος. Perizon. — Monet et Illustris Trillerus in Obseru. critic. II. 5. pag. 84. se pro ἐπίγραμμα tentauisse ὑπόγραμμα, s. ὑπόγραμμος antea, quam in Hesych. incideret, qui ἐπιγραφεὺς explicat per ζωγράφος.

5. Σκίπωνα χρυσᾶς ἕλικας) Ἕλικες, quia dicuntur περιέχειν σκίπωνα, accipiendae sunt de ornamentis quibusdam aureis, quae *scipionem ambiunt*, et quasi apprehendere videntur vndiquaque sursum versus serpendo, sicut capreoli vitium vndique arripiunt arbores, aut fulcra, quibus eriguntur vites vel sustentantur. Eustath. ad Homer. Iliad. μ. pag. 866. vbi, cum ἕλικα exposuisset iam ἁπλῶς συςροφὴν, *qualemcunque conuersionem*, seu *flexionem*, subiicit, ἔτι δὲ καὶ ἕλιξ ἀμπέλȣ τὸ λεπτότατον, οἷά τι νῆμα, ᾧ δράττεται ὅσα (malim οἷα) καὶ χειρὶ τῶν παραπεφυκότων, *insuper etiam* ἕλιξ *est vitis tenuissimum, quasi filum aliquod, quo apprehendit tanquam manu adstantia*, seu *adsita*.

ἐρπούσας, [6] χρυσοῖς τε ἀνασπάστοις ἐπέσφιγγε τὰς ἀναγωγέας τῶν βλαυτῶν. Φασὶ δὲ αὐτὸν, μηδὲ ἄκοντα, μηδὲ ἐπιπόνως, τὰ ἐν τῇ τέχνῃ χειρουργεῖν, πάνυ δὲ εὐθύμως καὶ ῥαδίως. Καὶ γὰρ καὶ ᾖδεν, καὶ ὑποκινυρόμενος τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἐπειρᾶτο ἐπελαφρύνειν. Λέγει δὲ ταῦτα Θεόφραστος.

Hinc Hesiod. ἀσπ. 295.

> Λευκούς καὶ μέλανας βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων,
> Βριθομένων φύλλοισι, καὶ ἀργυρέῃς ἑλίκεσσι,

albos et nigros racemos ex magnis vitibus, quae abundant foliis et argenteis capreolis. Similiter notantur hac voce etiam filamenta, quae vndique exsurgentia ambiunt quosdam fructus. Ideo Suidas *ἕλικας* exponit *τὰ περὶ τοὺς καρποὺς φύλλια.* Athenaeus haec ita effert, *σκίμπωνι ἐστηρίζετο χρυσᾶς ἕλικας ἐμπεπαισμένῳ, scipione nitebatur, cui aurei capreoli erant incussi.*

Perizon.

6. Χρυσοῖς τε ἀνασπάστοις) Sic plane et Athenaeus. Ἀνασπάστους vertit interpres *fibulas.* Rectius ille Athenaei, *habenas.* Nam non equidem negauerim, fibulas etiam in calceis adhibitas, sed hic intellexerim corrigias, vincula, quae immittebantur in ansulas, et dein *retro trahebantur.* Sic passim *ἀνάσπαστοι* dicuntur homines, qui suis sedibus, quas occupauerant, rursus sunt eiecti. Et frequentissimum certe, vt huiusmodi corrigiarum vinculis adstringerentur calcei et crepidae, passim idcirco sola *vinculorum* voce designatae. Vide Hier. Magium miscell. III. 3. et Balduinum de calceo cap. 11. Illa autem vincula opulenti et luxuriosi habebant saepe, non tota quidem aurea, sed auro fulgentia, et ex aureis filis confecta. Certe apud Petron. p. 71. *ed. Gonsal. pedum candor intra* AVRI GRACILE VINCVLVM *positus.* Pollux lib. VII. *ἱμάντας ἐπιχρύσους* tribuit calceis feminarum, h. e. *vincula auro obducta.* Ἀναγωγέας (nam quod apud Eustath. ad Iliad. ξ. vbi et ipse Athenaei verba refert, legitur *ἀναγωγὰς*, certissimum est librarii vitium) vocat auctor *ansulas* crepidarum, quae per vincula isthaec sursum ducuntur vel trahuntur, et quas Eustathius exponit ex lingua sui temporis, *τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα καλάμια τῶν ὑποδέσεων, quae vulgo dicuntur culmuli calceorum.* Credo sic dictas tunc, quia ex calceis vtrimque surgunt hae ligulae siue ansulae, vt culmi e terra. Figuram talis calcei, a Balduino p. 101. F. expressam ex hortis Vaticanis, hic item exhibere volui, vt ita ratio ansularum et vinculorum clarius pateret. Perizon.



ΚΕΦ. ιβ.

Περὶ Ἐπικουρείων ἐξωσθέντων ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ Μεσσηνίων.

Ὅτι [1] Ῥωμαῖοι Ἀλκαῖον, καὶ Φιλίσκον τοὺς Ἐπικουρείους ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι πολλῶν καὶ ἀτόπων [2] ἡδονῶν

1. Ῥωμαῖοι) Etiam hoc ex Athenaei lib. XII. quem pene totum in suas *varias* contulit, et eius cap. 12. hausit auctor. Istic vero dicuntur Romani eiecisse sua ex vrbe Epicureos *consule L. Postumio*, et *ex SCto* quidem, δόγματι τῆς βουλῆς κοινῷ, vt Suidas ait. Fuerit ergo id factum, vel anno u. c. 580. quando consules fuere L. Postumius Albinus et M. Popilius Laenas, biennio ante bellum cum Perseo, vltimo Macedonum rege. Et sane XII. annis postea omnes philosophi et rhetores ex vrbe eiecti sunt SCto, quod refert Gellius noct. att. XV. 11. Vel anno 599. consulibus Q. Opimio et alio L. Postumio Albino, sed qui in eo magistratu, cum iam profectus esset in prouinciam, est mortuus, quadriennio ante b. punicum III. Verum priorem ego annum et consulem praetulerim. Perizon.

2. Ἡδονῶν) Epicuri sententiam de *voluptate*, exposuimus supra ad IV. 15. et ostendimus intelligi ab eo *priuationem omnis doloris*, et ἀταραξίαν. Atque ideo et Seneca, licet Stoicus, saepe eam ab omni flagitio liberat et purgat. Sed vel sic societati ciuili erat inutilis et perniciosa, ideoque a variis populis merito fuit eiecta ex sua rep. Peccabat enim quam maxime, primo quod vocabulum ἡδονῆς, *voluptatis*, vt in eo collocaret summum hominis bonum, adhibebat potissimum, quum illud in medio vsu hominum notaret maxime illam ἀπόλαυσιν, qua delectantur et fruuntur [illegible] gaudio homines affectibus [illegible] indulgentes. Ita enim fiebat [illegible] homines libidinosi, quum audirent etiam a sapientibus voluptatem dici summum hominis bonum, [illegible] suis vitiis patrocinium quaererent, et ipsam peccandi verecundiam amitterent, nihil de eo solliciti, quae sit epicurea *voluptas*, quum quisque SVAE *voluptatis* et vtilitatis seipsum putet optimum interpretem. Recte ergo Seneca de vita beata cap. 13. *hoc est, cur illa voluptatis laudatio perniciosa sit, quia honesta praecepta intra latent*, (hoc est, non sunt, nisi ipsis philosophis, cognita) *quod corrumpit, apparet*, scil. omnibus, dum videut *voluptatem* commendari. Deinde vero societati ciuili vel maxime contraria est illa sententia, quippe quae non modo desidiam suadet et parit, sed etiam penitus tollit omnem curam et studium societatis seu rei publicae. Dum enim omnia ad se, ac suam cuiusque vtilitatem et voluptatem, referebat, dum commendabat tantopere illam ἀταραξίαν et otium, dissuadebat eo ipso curam omnem et amorem societatis, tanquam rei alienae. Sed et diserte *beatam vitam in animi securitate et vacatione omnium munerum ponebat*, Cic. de nat. deor. I. 20. atque ita, vt statueret, πολιτεύεσθαι *non oportere: omniaque sua caussa faceret, non ciuitatis*, apud Cicer. fam. VIII. 12. fugeret πολιτείαν, ὡς βλάβην καὶ σύγχυσιν τοῦ μακαρίου, *reip. curam, tanquam damnum et conturbationem vitae beatae*, apud Plutarch. in Pyrrho, pag. 395. Certe Fabricius Luscinus hostibus Romanorum istam doctrinam et sententiam imprecabatur, et merito. Denique et eo societati ciuili erat perniciosa, quia tollebat plane religiones et metum deorum, dum prouidentiam et curam rerum humanarum funditus illis negabat, vide Cicer. lib. I. de nat. deor. cap. 41. Gentilium au-

εἰσηγηταὶ τοῖς νέοις ἐγένοντο. Καὶ [3] Μεσσήνιοι δὲ ἐξέωσαν τῆς Ἐπικούρου.

tem religiones prorsus politicae, sed metu tamen deorum, naturali hominibus, subnixae, maximum praebebant vsum τῇ πολιτείᾳ, vt, quos vis aut ratio saepe non posset, in officio contineret religio. Periz.

3. Μεσσήνιοι) De iisdem Athenaeus, et paulo vberius Suidas in Ἐπίκουρος.

Perizon.

ΚΕΦ. ιγ.

Περὶ Διονυσίου ἀδδηφαγίας, καὶ παχύτητος.

*Διονύσιον τὸν Ἡρακλεώτην, Κλεάρχου τοῦ τυράννου υἱὸν, ἀκούω ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἀδδηφαγίας καὶ τρυφῆς λαθεῖν αὐτὸν ὑπερσαρκήσαντα καὶ καταπιανθέντα. Τὰ ἐπίχειρα γοῦν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους, καὶ τοῦ περὶ τὰς σάρκας ὄγκου, ἐκαρπώσατο δύσπνοιαν. [2] Φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν οἱ ἰατροί, φασι, βελόνας λεπτὰς κατασκευάσαι μηκίστας, εἶτα ταύτας διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν, ὅταν εἰς ὕπνον τύχῃ βαθύτερον ἐμπεσών. [3] Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο ἐπιμελὲς

1. Διονύσιον) Vixit hic temporibus Alexandri, et eius successorum: filius Clearchi, qui Heracleam hanc Ponticam tyrannide primus tenuit oppressam tempore Artaxerxis Mnemonis et Ochi, cum a senatoribus contra seditiosam plebem esset ab exilio reuocatus. Vide Iustinum XVI. 4. et 5. Artes eius, quibus patriam oppressit, memorat etiam Polyaen. II. 30. crudelitatem Athen. III. 8. et Memnon in excerptis apud Photium, qui addit fuisse etiam auditorem Platonis et Isocratis, ac primum bibliothecam constituisse. Filii ejus, Timotheus natu maior, et hic Dionysius, optimi fuere tyranni, et mitissimi in ciues, adeo vt ille, εὐεργέτης καὶ σωτὴρ, *beneficus et seruator*, hic χρηστὸς, *bonus*, cognominaretur. Sed et Dionysius tandem εἰς μέγα δόξης ἀνελθὼν, καὶ τὸν τύραννον ἀπαξιώσας, τὸ βασιλέως ἀντίλαβεν ὄνομα, *in magnam quum peruenisset gloriam, tyrannum dedignatus, regis nomen pro eo sumsit*, vt ait Memnon, qui et immodicam hanc pinguedinem contraxisse eum ait post mortem Alexandri, quando ab omnibus inimicis, et ita ab omni etiam cura ac sollicitudine, fuit liberatus. Perizon.

2. Φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν) Sluisk. συνετάξαντο. At Athen. XII. 12. et Lugdun. tuetur vulgatum, sed hic legit alio verborum ordine συνέταξάν φασιν οἱ ἰατροί.

Perizon.

3. Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο ἐπιμελὲς ἑτέροις δρᾶν) Ab Sluisk. abest ἑτέροις, sed ita vt vacuum sit spatium relictum voci, quae desideratur. In Lugd. integris literis scripta est. Istic vero legitur ἐπιμελῶς cuius vocabuli vltimae literae in Sluisk. non sunt expressae. Non dubito tamen, quin vulgatum sit recte habeat,

ἑτέροις δρᾶν, ἕς' ἂν ὅλη διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ ἀλλοτρίας αὐτῷ σαρκὸς διεῖρπεν ἡ βελόνη, ἀλλ' ἐκεῖνός γε ἔκειτο λίθου διαφέρων οὐδέν. Ἐι δὲ ἀφίκετο τὸ βέλος, [4] ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτῷ τὸ σῶμα ἐῤῥωμένον καὶ ἴδιον, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἄγαν πιμελῆς ἀλλότριον, τηνικαῦτα καὶ ἐκεῖνος ᾐσθάνετο, καὶ [5] ἠγείρετο ἐκ τοῦ ὕπνου. Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις αὐτῷ προσιέναι, [6] κιβωτὸν τοῦ σώματος προβαλλόμενος· οἱ

Supra VI. 2. τὸ δὲ ὄνομα αὐτοῦ, ἕτεροι ἐπιμελὲς εἰδέναι. Si quid mutandum, aut si id paterentur MSti, vellem lubens, δρᾶν, καὶ, ἕτ'. ἂν. Solet enim illud ἀλλά γε, quod sequitur, in apodosi, seu posteriore parte periodi poni. Periz. — Abrah. Gronou. e Cod. Med. 3. ἐκείνοις restituit, sensu, vt putabat, id postulante: eumque secuta est ed. Basil. Liceat vero et a Gronouio et a Perizonio recedere, et ἑτέροις mutare in ἑταίροις. Probabile enim est, Dionysium non cuilibet dedisse illud officium, sed tantum amicis, quorum fidem quam maxime spectatam habebat. Dein vero haud infrequens est permutatio τοῦ ε et αι in scriptis veterum. Sic ἐπὶ καίρως et ἐπικαίρως confusum esse monuit Markland. ad Maxim. Tyr. Diss. XII. 3. et quoties ἕτερος et ἑταῖρος permutatum inuenerunt viri docti! Sic Aristaenet. I. 12. pag. 48. ἑτέρας μὲν γὰρ ἡ Πυθίας εἴληχε βίον, et paulo post, οὐχ ὥσπερ ἑτέρα πᾶν τὸ διδόμενον σμικρὸν ἡγουμένη, in quibus locis vocem ἑταίρας restituendam esse, iam vidit Mercerus. Ita et in Platonis Sophist. pag. 1. ed. Fisch. ξένον ἄγομεν, τὸ μὲν γένος, ἐξ Ἐλέας, ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα. Vide Io. Alberti Obseru. Philol. pag. 452.

4. Ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτὸ τὸ σῶμα) Prout maluit Kuhnius αὐτῷ, ita legit Sluisk. At Lugd. αὐτοῦ. Sed verior est Sluiskiana lectio. Illius λοιπὸν, nulla erat habita ratio in versione, quod tamen notat eleganter, *tandem, ad extremum.* Sic Diog. Laert. VI. 77. καὶ ὑπέλαβον τοῦτο πρᾶξαι. βουλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου, *et suspicati sunt eum hoc fecisse, volentem iam*, vel *tandem, exire e vita.* Vide et omnino supra ad VIII. 14. Periz.

5. Ἐγείρετο) Sic omnes edd. a prima vsque, haud scio, vtrum ex incuria Perusci et ceterorum, an consulto. Certe vterque cod. MS. diserte habet ἠγείρετο, vt ratio grammatica postulat. Periz.

6. Κιβωτὸν) *Arcam*, quae erat humilior, quam πυργίσκος, *turricula*, quae totum abscondebat corpus praeter caput. In huiusmodi κιβωτὸν noctu, vt somnum in eo, vndique clauso, tanto tutius caperet, Clearchus pater huius Dionysii, *tanquam serpens, irrepsisse* dicitur apud Plutarchum, lib. ad ducem indoctum: Κλέαρχος ὁ Ποντικὸς τύραννος εἰς κιβωτὸν ἐνδυόμενος, ὥσπερ ὄφις, ἐκάθευδε. Quo pene modo et a nostro vocatur paulo post θηρίου φρουρὰ, *cauea ferae bestiae.* Mox Lugd. οἱ δὲ ὁ κιβωτὸν, forsan rectius. Ceterum de *turricula* dubitem, an posuerit eam ante corpus, vt arcam illam, an vero in ea sederit aut steterit. Certe Dionysius Siciliae tyrannus *concionari ex turri alta solebat*, alia tamen de causa, scilicet, *quia in communibus suggestis consistere non auderet*, prae aliorum hominum metu, vt refert Cic. Tusc. quaest. V. 20. Accedit, quod mox dicat auctor, ταύτην τὴν στολὴν ἀμπεχόμενος, *illo ornatu, illa* veluti *stola*,

δὲ ὐδὲ κιβωτόν φασιν, ἀλλὰ πυργίσκον, ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη αὐτῦ ἀποκρύπτοιτο, τὸ δὲ πρόσωπον μόνον [7] ὑπερέχων διαλέγηται. Πονηρὰν, ὦ Θεοὶ, ταύτην ἐκεῖνος τὴν στολὴν ἀμπεχόμενος, καὶ θηρίυ φρυρὰν μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπυ ἐσθῆτα.

circumdatus, vndique vestitus: quibus certe verbis declarare magis videtur, stetisse eum *in turri*, quam *post eam*. Vt adeo putem sane, illa elliptica, ἀλλὰ πυργίσκον, non tam superioribus repetendis, τῦ σώματος προβαλλόμενος, quam ex sensu supplenda, veluti τῷ σώματι περιβαλλόμενος. Id quod saepe faciendum in legendis veteribus. Infra cap. 24. καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. Scil. non ἔργον ἦν, quod non patitur constructio, sed ἐτρύφησε. Periz.

7. Ὑπηρέχον) Sic liquido MSti. Schefferus tamen et Kuhnius legi hic volunt, ὑπερέχων. Et recte, mea quidem sententia. Nempe reliquae partes corporis dicuntur abscondi per illam arcam, seu turrim, sola vero facie supereminebat et conspiciebatur Dionysius supra turrim, atque ita sermones serebat cum aliis.

Perizon.

ΚΕΦ. ιδ.

Περὶ Φιλήτα σώματος λεπτότητος.

[1] Φιλήταν λέγυσι τὸν Κῷον λεπτότατον γενέσθαι τὸ σῶμα. Ἐπεὶ τοίνυν ἀνατραπῆναι ῥᾴδιος ἦν ἐκ πάσης προφάσεως, μολίβδυ (φασὶ) πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι [2] πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων, εἴ

1. Φιλήταν) Celebris fuit poeta, non *hexametrorum* tantum, vt noster ait infra X. 6. sed et *elegiarum* ac *epigrammatum*, teste Suida. Egit autem vel maxime de amoribus, vnde saepius laudatur a Propertio. et Ouidio. Proclus etiam in *chrestomathia* eum inter praecipuos *elegiarum poetas* nominat, vbi videri potest Schottus. Vixit temporibus Philippi, Alexandri, immo et Ptolemaei, cuius filii studiis praefuit, vt Suidas nos docet. Fuit autem non tenui tantum corpore, sed et clinico ac morbis infesto. Hinc Plutarch. in lib. an seni gerenda sit resp. dicit illum, vt et Prodicum sapientem, fuisse etiam tum iuuenes, tamen iam tunc ἰσχνὸς, καὶ νοσώδεις, καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι᾽ ἀῤῥωστίαν, *macilentos, et morbosos, et plerumque decumbentes per infirmitatem.* Dicitur autem a Suida et Athenaeo IX. 14. macilentus euasisse, immo mortem obiisse, ex eo, quod nimis studiose, ac peruigili cura, quaereret vel constituere vel soluere sermonem, seu syllogismum, qui a dialecticis ψευδόμενος dicitur, de quo vide Menagium ad Diog. Laert. Euclide num. 108. Perizon.

2. Πέλματα) Sunt infima calceorum, sub planta pedis. Etym. Magn. πέλμα παρὰ τὸ πεπιλῆσθαι πλέον τῦ ἄλλυ δέρματος, ἢ παρὰ τὸ πέλας ἀεὶ καθεστάναι τῶν πέδων. Πέλμα dicitur ex eo, *quod magis densatum*

ποτε σκληροὶ κατέπνεον. Εἰ δὲ ἦν οὕτως ἀδύνατος, ὥστε μὴ ἀντέχειν πνεύματι, [3] πῶς οἷός τε ἦν τοσοῦτον φορτίον ἐπάγεσθαι; Ἐμοὶ μὲν οὖν τὸ λεχθὲν οὐ πείθει· ὃ δὲ ἔγνων ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, τοῦτο εἶπον.

est, quam aliud corium, vel quod semper propius sit solo. Videmus hinc sic satis, quid et quale sit πέλμα, illud nempe, cui insistimus, quod ideo maxime densatum est, et ipsam attingit terram. LXX. tribuunt Gabaonitis Iosuae IX. 5. σανδάλια παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα, hoc est, *vndique reparata*, dum saepius attrita acceperunt identidem alia atque alia πέλματα. Athenaeus autem, quem iterum sequitur auctor, ait XII. 13. *globulos*, σφαίρας, *ex plumbo habuisse eum circum pedes*, Perizon.

3. Πῶς οἷός τε ἦν) Quid veri in re ipsa insit, non nunc disputo. Verisimilius certe videtur, et magis idoneum ad firmandos gressus, ne ita facile deiiceretur, quod Athenaeus ait, habuisse eum aliquid ponderis aut plumbi, circum pedes potius, quam sub pedibus. Verum ratio, qua noster vtitur hic ad confutandam hanc historiam, non magni videtur esse momenti. Nec enim statuendum est, Philetam hunc ambulauisse quotidie ad defatigationem vsque, vel aequaliter aliis hominibus, sed simpliciter, si quando prodiret, vento vehementiore spirante, tum vero se muniuisse, suosque gressus, isto pondere, quod facile breui spatio, suis ex aedibus in forum descendens, aut ad amicum abiens, secum trahere potuit. Quid? quod ipse Aelianus vulgatam de gruibus fabulam, huic plane similem, sine haesitatione tradat Hist. Anim. II. 1. Eas scilicet ex Thracia deuolantes in Aegyptum deuorare prius lapidem, πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν ἀνέμων ἔρμα, *firmamentum aduersus impetus ventorum*. Eleganter Plinius X. 23. eas *saburra stabiliri* ait, quia scil. arena impleant guttur, et lapillis onerent pedes. Disertius rem explicat Nonnus Dionys. lib. XL. extr.

> Αἱ στομάτων ἔντοσθεν ἀοσσητῆρα μελιούσης
> Λᾶαν ἐλαφρίζουσι καταχθέα, μή ποτε κείνων
> Ἱπταμένων πτερὰ κοῦφα παραπλάγξειεν ἀήτης,

quae intra os auxiliatorem viae lapidem gestant grauem, ne quando ipsarum volantium alas leues aberrare faciat ventus. Adde omnino quae hist. anim. I. 11. de apibus refert, quae et ipsae dicuntur, λίθον ἐν ποσὶ, *lapillum pedibus, ferre*, ἔρμα ἑαυταῖς, *firmamentum sibi*, ἵνα μὴ παρατρέψῃ τῆς ὁδοῦ ἡ αὔρα αὐτὰς, *ne ventus eas a via auferat.*

Perizon.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ Ὁμήρου.

Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. [1] Ποιοῦντες δὲ θυσίαν,

1. Ποιοῦντες δὲ θυσίαν) De honoribus Homero habitis, et eius apotheosi, multi iam egerunt, et ex professo prae ceteris amplissi. Cuperus. Argiui vero ita eum honorarunt propter praecipuas lau-

ἐπὶ ξενία ἐκάλει τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ Ὅμηρον. Λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν [2] τὰ ἔπη τὰ Κύπρια·

des, quibus eorum ciuitatem ornauit, vt refert auctor *agonis Homeri et Hesiodi*. Qua eadem de caussa e contrario carmina ipsius et certamina rhapsodorum a Clisthene Sicyoniorum tyranno, Argiuorum inimico, ex orbe Sicyone sunt eiecta, teste Herodoto V. 67. Phrasin ἐπὶ ξενία καλεῖν pluribus exposuimus supra III. 37. Periz.

2. Τὰ ἔπη τὰ Κύπρια) Hoc vero quam dubiae et subiectae sit fidei, vel ex eo liquet, quod pletique veterum negarint haec carmina esse Homeri. Antiquissimus omnium Herodotus argumentis etiam quibusdam, seu ex eo, quod contraria dicantur in illis *Cypriis* et Homeri *Iliade*, probare id conatus est lib. II. cap. 117. Aristoteles quoque in arte poetica declaranda cap. 23. opponit clarissime *Homerum*, et τὸν τὰ Κύπρια ποιήσαντα, *auctorem Cypriorum*. Ad quod exemplum et alii hunc dein ἀνωνύμως citarunt. Sic certe Pausanias passim ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια. Et schol. Pindari ad Nemea X. 114. ὁ τὰ Κύπρια συγγράψας. Athenaeus lib. XV. cap. 9. ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς, nominans deinde eum, siue *Hegesiam*, siue *Stasinum*, vel etiam *Halicarnassensem* quendam. Tzetzes vero ad Lycophronis Cassandram, v. 511. diserte Στασῖνος, ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς. Adde scholia Homeri ad Iliad. A. 5. Neque tamen temere illa Homero ipsi tribuit noster. Nam praeterquam quod ipse auctorem alleget *Pindarum*, discimus ex Procli *chrestomathia*, Cypria illa carmina referri a quibusdam *ad Stasinum Cyprium*, ab aliis *ad Hegesiam Salaminium*, ab aliis vero *ad Homerum, qui ea propter filiam*, vt scil. eam duceret, *dederit Stasino, a cuius patria dein opus fuerit appellatum, Cypria*. Sed reiicit hoc ipse Proclus, vt videri potest in biblioth. Photii pag. 982. 983. Disertius longe firmat hanc nostri historiam Tzetzes chiliad. XIII. 638.

> Θυγάτηρ Ἀρσιφόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος,
> Στασῖνος, ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
> Ἅπερ οἱ πλεῖους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,
> Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ,

filia vero (Homeri fuit) *Arsiphone, quam duxit Stasinus, Stasinus ille, qui Cypria poemata fecit: quae plerique dicunt Homeri fuisse, sed in dotem cum pecunia data Stasino.* Vides itaque id vulgo iactatum. Cantabatur autem his carminibus bellum troianum, sed a geniturae ortu coeptum, hoc est, natalibus Helenae, quasi eam nasci curauerit cum Venus, vt Paridi posset promittere consummatum pulchritudinis exemplar, tum certe Iupiter ex consilio Momi, vt per bellum troianum propter Helenam gestum perdere iterum posset genus humanum. Vide scholia Homeri d. l. Quum ergo ad Venerem, propriam Cypri deam, pleraque referrentur in his carminibus, quod et verisimile est fecisse auctorem, si *Cyprius* fuit, vt aiunt pletique, inde igitur carmina haec appellata videntur Κύπρια, et opus ipsum, vt ait Proclus, Κυπρία. Vide et Salmas. Plin. exerc. pag. 853. Clarissimus Decierius ad Aristotelis *poeticam* dicit, *ignorari argumentum poematis, seque credere, collectos eo extraordinarios quosuis amoris casus, et inde dicta carmina haec Cypriaca, quasi casus Cypriacos, seu amatorios.* Sed ex ipso hoc Aristotelis loco patet contrarium eius, quod suspicatur vir clarissimus. Laudat enim istic philosophus Homerum, quod ille vnam tantum partem belli tro-

καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.

iani, nempe iram Achillis, sibi exponendam sumserit, eamque plurimis episodiis distinxerit. Deinde vero opponit illi alios, qui idem bellum aliter tractauerint, nempe *Cypriorum*, et *Iliados paruae auctores*. Οἱ δὲ ἄλλοι, inquit, περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ, οἷον, ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας, καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, *alii vero poema faciunt de vnius hominis tota vita, et de vno continuo tempore, et vnius actionis serie, quae multas habet partes*, qualis actio et bellum troianum, *veluti auctor Cypriorum, et paruae Iliadis*. Si ergo de *vno* egit, longa et continua serie, in eoque opponitur Homero, tum sane non collegit *diuersorum*, hominum, temporum, actionum casus amatorios, vt vult vir eximius. Sed et quod ita opponitur Homero, et iungitur *auctori paruae Iliados* ab Aristotele, et *Leschi*, (auctori, si non *paruae Iliados*, de quo vide Rykium de primis Italiae colonis cap. 10. at certe *Ilii expugnationis*) a Pausania Phocicis cap. 26. ex eo quoque colligimus, composuisse ergo et ipsum *Iliada*. Et manifeste tradit Herodotus, raptum Helenae carminibus Cypriis exponi. Scholiastae Pindari et Lycophronis pugnam ex iis narrant Castoris et Pollucis cum Ida et Lynceo filiis Apharei. Schol. Homeri natales Helenae et Achillis Διὸς βουλῇ, ad perdendos bello troiano homines. Pausanias vero in Messen. cap. 4. *Protesilai vxorem* ex iis nominat, at in Phocic. capt. 26. exponit, *a quo datum fuerit Pyrrho Achillis f. nomen Neoptolemi*. cap. 31. *Palamedem ab Vlysse et Diomede exstinctum in aquis*. Satis igitur ex his planum puto et perspicuum, enarrari eo poemate bellum troianum. Adde haec *Cypria* latine versa a Laeuio, vel Naeuio, et hoc poema latinum ab eo *Cypriae Iliadis* nomine insignitum, vt constat ex Charisii grammatici libro primo.

Perizon.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ Ἰταλίας, καὶ Μάρου ἱππομιγοῦς ἀνθρώπου.

Τὴν Ἰταλίαν ᾤκησαν πρῶτοι [1] Αὔσονες, αὐτόχθονες.

1. Αὔσονες αὐτόχθονες) Qui prorsus primi Italiam latius sumtam incoluerint, incertum est, vt omnia antiquissimi temporis, quod Graeci idcirco ἄδηλον vocabant. Alii *Oenotrios* dicunt, alii *Siculos*, alii *Aborigines*, de quibus hic multa Schefferus. Sed hoc nomine ego putem antiquissimos et omnium primos alicuius regionis incolas communiter a Latinis appellatos, sed speciatim et potissimum primos Latii: quasi dixeris, qui a prima rerum latinarum *origine* istic habitarint. Nam neutiquam crediderim, illos populos vnquam, quum existerent, sic vocitatos, licet ita velle Dionysium Halic. non nesciam, qui sic appellatos vsque ad bellum troianum, ait lib. I. cap. I. quando isti nomini successerit nomen *latinum*. At sine dubio nomen illud a scriptoribus primis, multis demum seculis post, excogitatum est. De *Ausonibus* vero testantur complures, eos antiquissimos fuisse, (vide hic Schefferum, et decessorem meum, Th. Rykium, de primis Ital. colonis cap. 2.) et habitasse infra Latium in Campania, et eius confiniis. Hinc mare istic loci iam olim dictum fuit *Ausonium*, et Italia a Virgilio, aliisque poetis, passim *Ausonia* dicitur. Sed et ab hisce

Πρεσβύτατον δὲ γενέσθαι [2] Μάρην τινὰ καλούμενον, ὃ

Ausonibus orti et dicti *Aurunci.* Nec ratio est vlla, quam ex Sylburgio ad Etymol. M. adfert Kuhnius hic in contrarium. Nam licet ex Liuio liqueat, distinctos tandem fuisse, sed aliquot iam seculis post Romam conditam, nihil id obstat, quo minus ab initio fuerint eiusdem gentis Ausones et Aurunci, quum saepe eadem gens a diuersis accolis diuersis appellata fuerit modis, maxime, si, et postquam, separari illa ab se inuicem coepit, vel per suas ipsius colonias, vel per alios populos, partem terrae suae occupantes. Sic diuersi tandem fuere, licet haud dubie eiusdem originis, *Picentes* et *Picentini*, *Persae* et *Parthi.* Neque tamen *Auso* ipse, quicunque is fuit, dictus etiam fuit *Auron*, vt censet Bochartus Geogr. Sac. pag. 651. Nam illo tempore litera R. nondum cognita fuit, vt notum est. Sed ab *Ausonibus* dicti sunt *Ausonici*, inde *Ausunci*, et litera S. postea in R. mutata, *Aurunci.* Sic pro *Etrusia* dicta est dein *Etruria*, at ab illo formati *Etrusici*, *Etrusci.* Sic *Falisci* quasi *Falesici* a *Falesii*, sed pro quo postea dixere *Falerii*, licet in gentili retinuerint literam S. Similiter a *Valesus* et *Volusus*, simul familia *Valesiorum*, sed qui postea vocati *Valerii*, et *Volusiorum*, ac populus *Volsciorum.* Quin ab hoc ipso nomine *Ausonis* formatum est nomen familiae *Aureliae*, quae primum dicta fuit *Auselia*, vt nos docet Festus in *Aureliam*, ipse tamen grauiter errans, quando putat hanc familiam sic *a sole dictam.* Quem errorem augent, dum illi speciem quandam addere student, cum Ant. Augustinus, quia Sabini, vnde haec familia venit Romam, *Ausum* quoque dixerint pro *Aurum*, suspicans ergo eam sic appellatam ab *aureo sole*; tum Gothofredus censens, eam dictam primitus *Ausoliam.* Inania sunt haec omnia. *Auselii* dicti ab *Ausone*, vt a *Pompone Pompilii*, a *Caesone Caesellii.* Nec discriminis inter terminationes *elius* et *ellius*, vt et *ilius* ac *illius*, vlla est alia ratio, nisi quod haec est recentiorum familiarum, illa antiquiorum, quia antiquissimi non geminabant consonantes, vt saepe monet Festus. Dixerunt autem, vt *Pompo* et *Pompus*, *Cato* et *Catus*, sic *Auso* et *Ausus*, vnde *P. Minatius Ausus* apud Gruterum 4. pag. 1031. Sed vt ad *Auruncos* redeam; quum diserte Seruius ad Virg. Aen. VII. 689. Auruncos dicat *graece Ausones nominari*: quumque *Aurunci*, aeque ac *Ausones*, dicantur primi Italiam incoluisse, vnde et glossae veteres, *Aurunci* οἰκήτορες Ἰταλίας: quum porro in eodem tractu Italiae pariter habitauerint: et *Auruncam ab Ausone conditam* dicat etiam Festus in *Ausoniam*: quum denique tam manifesta sit Etymologia, nemo, opinor, dubitabit amplius, quin *Aurunca* vrbs, si non ab *Ausone*, quod affirmare nolim, certe ab *Ausonibus* sit condita et dicta, longe potius, quam ab *auruncando* pro *auerruncando*, vt voluit illustris Scaliger ad Festum in *Aurum.* Accedunt his disertissima loca *Tzetzis* ad Lycophr. v. 44. et 702. Istic enim quum Lycophron mare italicum θαλάττης Αὐσονίτιδος nomine designasset, notat Tzetzes, Αὐσονία κυρίως, ὡς Δίων γράφει Κοκκειανὸς, ἡ τῶν Αὐρούγκων γῆ μόνη λέγεται, μέση Καμπανῶν καὶ Οὐολσκῶν παρὰ θάλασσαν κειμένη. Συχνοὶ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Λατίου Αὐσονίαν εἶναι ἐνόμισαν, ὥς τε καὶ πᾶσαν Ἰταλίαν ἀπ' αὐτῆς. Οἱ δὲ τραγικοὶ ἡμᾶς τοὺς Γραικοὺς Ἕλληνας, Αὔσονας λέγοντες, αὐθεντικῇ ἀδείᾳ, καὶ ὁ ποιητικῇ, τοῦτο ποιοῦσι. *Ausonia proprie, vt Dio scribit Cocceianus, sola terra Auruncorum vocatur, media inter Campanos et Volscos ad mare sita. Multi autem etiam vsque ad Latium Ausoniam esse putant, atque adeo et omnem Italiam ab ea nominari. Illi vero tragici, qui nos Graecos proprie dictos, Ausonas vocant, fa-*

τὰ μὲν ἔμπροσθεν λέγουσιν ἀνθρώπῳ ὅμοια, τὰ κατόπισθεν δὲ ἵππου· καὶ αὐτὸ δὲ τοὔνομα [3] εἰς τὴν Ἑλλάδα, φασὶν, ἱππομιγὴς δύναται. Δοκεῖ δέ μοι πρῶτος ἵππον ἀναβῆναι, καὶ ἐμβαλεῖν αὐτῷ χαλινὸν, εἶτα ἐκ τούτου διφυὴς πιστευθῆναι. Μυθολογοῦσι δὲ, αὐτὸν καὶ βιῶναι ἔτη τρία καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν· καὶ ὅτι τρὶς ἀποθανὼν, ἐβίω τρίς. Ἐμοὶ δὲ οὐ πιστὰ δοκοῦσιν. Ὅτι τὴν Ἰταλίαν φασὶν οἰκῆσαι ἔθνη πάμπολλα, καὶ ὅσα οὐκ ἄλλην γῆν. Τὸ δὲ αἴτιον, διὰ τὴν τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν, καὶ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, καὶ τὸ ἔνυδρον αὐτῆς, καὶ τὸ πάμφορον, καὶ τὸ εὔβοτον, καὶ ὅτι ποταμοῖς ἐστι κατάῤῥυτος, καὶ ὅτι θάλασσα ἀγαθὴ [4] παράκειται αὐτῇ, ὅρμοις πανταχόθεν διειλημμένη, καὶ καταγωγαῖς ἀφθόνοις, καὶ κατάρσεσιν. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν οἰκητόρων ἥμερον καὶ πρᾶον ἐπῆρε πολλοὺς εἰς τὴν μετοίκησιν. Καὶ ὅτι πόλεις ᾤκησαν τὴν Ἰταλίαν πάλαι ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα καὶ ἑκατὸν πρὸς ταῖς χιλίαις.

tiunt id licentia sui arbitrii; non poetica. Posteriora haec, in quibus haerent editores, ita vertenda, ex altero liquet loco, vbi ait. Αὔσονες οἱ Αὔρουγκοι μόνοι κυρίως λεγόμενοι, μέρος Καμπανῶν καὶ Οὐολσκων, παρὰ θάλασσαν κεῖνται· καταχρηστικῶς δὲ καὶ πάντας Ἰταλοὺς Αὔσονας καλοῦσι, καταχρηστικότερον δὲ καὶ ἡμᾶς, καίπερ Ἑλλήνων γονῆς πεφυκότας. Per.

2) Μάρην) Lugd. μάριν. *Mares* hic sine dubio est deus ille, quem Latini postea *Martem* dixere: sicuti *Marcus* quasi *Maricus*, et *Marcellus* ab ipso Plutarcho explicatur Ἀρήϊος, hoc est, *Martius*. Atque ideo Osci, vt pro *Marco* dicebant *Mamercus*, sic pro *Mars*, *Mamers*, teste Festo in *Mamercum*, quod et Varro lib. IV. de L. L. a Sabinis ait fieri. Sine dubio autem graecum Ἄρης, et lat. *Mares*, *Mars*, ex hebraico fonte repetendum est, vbi עריץ, q. d. *Ariis*, vel *Oriis*, notat *violentum*, *terribilem*, *tyrannum*. Et cum M, מעריץ, *Mariis*, vel *Maorils*, participium Hiphil, verbi maxime actiui, *qui violenter agit*. Vnde *Mars* et *Mauors*, pro *Maars*, V inter duas vocales interposito. Nihil autem huc facit Lydorum Μάνης vel Μάσνης, aut Germanorum *Mannus*, quos hic memorat Schefferus. Conueniret magis nomen Μάρων, *Maro*, Graecis et antiquissimis Latinis vsurpatum. De *Marone* vide Homer. Odyss. I. v. 197. et ibi Eustath. Apud Latinos a *Marus*, et *Maro*, est *Marius*. Periz.

3. Εἰς τὴν Ἑλλάδα, φασιν) Hoc φασιν, cum primum hunc locum legerem, delendum putabam, vtpote ab h. l. alienum. Postea vero incidi in Scaligeri emendationem, qui in Castigat. in Propert. p. 287. illud in φράσιν mutandum esse censebat. Quam elegantissimam emendationem a commentatoribus Aeliani neglectam fuisse, recte indignatur Valcken. ad Herodo. 3. 69.

4. Παράκειται αὐτῇ) Vitiose haud dubie Med. 3. περίκειται αὐτῇ.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Δημοσθένους τύφου.

Κυφότητα ἔοικε κατηγορεῖν οὗτος ὁ λόγος, ὁ λέγων περὶ Δημοσθένους, ὅτι ἄρα τύφου αὐτὸν ὑπεπλήρουν καὶ [1] οἱ ὑδροφοροῦντες, εἴποτε, παριόντος αὐτοῦ, ὑπὲρ αὐτοῦ τι ψιθυρίσαιεν. Ὃς γὰρ καὶ ὑπ' ἐκείνων ἐκουφίζετο, καὶ ἐπαιρόμενος ἦν δῆλος, τίς ἦν, εἴποτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκροτήθη.

1. Οἱ ὑδροφοροῦντες) Cicero Tusc. quaest. V. 36. vni id tribuit *mulierculae, aquam ferenti, vt mos in Graecia est.* At noster toti huic hominum generi, quod erat vbique vilissimum. Hinc Israelitae decepti a Gibeonitis pepercerunt quidem iis, sed redegerunt in hanc seruitutem, vt essent sibi et sacris suis ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι, *qui ligna caederent, et aquam ferrent.* Vide Iosuam cap. 9. Sed et in Deuteron. XXIX. 11. memorantur itidem coniuncti, sed post proselytos, tanquam infimi plane generis homines. De Cleanthe philosopho notum est, *quaestu extrahendae aquae nocturno tempore* eum Athenis *inopiam suam sustentauisse*, vt ait Valer. Max. VIII. 7. Vide et Diog. Laert. in eius vita, et ibi notas. Perizon.

ΚΕΦ. ιη.

Περὶ Θεμιστοκλέους.

Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους ἑαυτὸν εἴκαζε ταῖς δρυσὶ, λέγων ὅτι ἐκείνας [1] ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δέονται αὐτῶν, ὅταν ὕῃ, [2] στέγειν ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες· ὅταν

1. Ὑπερέχονται) Sicquidem Lugd. Sed Sluisk. ὑπέρχονται, cum regio Strategi. Et ita legendum vidit iam Gesnerus, probaueruntque eam lectionem Faber et Kuhnius. Nec dubia res est. Plutarch. in Themist. et in apophth. idem dictum referens, ait ὑποτρέχειν. Et in lib. de sui laude pag. 541. ὑποφεύγειν ὑπὸ δένδρον. Codex regius 3132. a prima manu habet, ὅτι ἐκείνας ὑπέρχονται, et a recentiore, ὅτι καὶ ἐκείνας ὑπερέχονται. Vnde doctiss. Boiuinius, *legendum fortasse*, ὅτι ἐκείνας ὑπερέχονται, *quia ab illis proteguntur.* Perizon.

2. Στέγειν ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες) Non opus, vt τὸ στέγειν hic passiue accipiatur, quod ait Kuhnius. Sensus enim est, *desiderantes ab ramis, vt se tegant*, seu, vt ita loquar, *tectionem.* Sic plane XII. 64. τῆς φύσεως τῆς κοινῆς ἀπαιτούσης, μηκέτι ζῶντας ἀποκρύψαι, *communi natura postulante, vt abscondamus eos, qui non amplius viuunt.* Supra II. 28. νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι, *legem tulerunt, vt galli certarent.* Imp. Iulian. orat. I. ὁ καιρὸς ἐκάλει στρατεύεσθαι, *tempus vocabat, vt in expeditionem iret.* Quapropter licet Sluisk. et duo regii manifeste habeant στέγην, quod coniicit Kuhnius, non ausim tamen reiicere

δὲ ὥσης εὐδίας παρίωσι, τίλλεσιν αὐτὰς, καὶ περικλῶσιν. Ὁ δὲ αὐτὸς ἔλεγεν, εἴ μοί τις ὁδὸς δύο δείξειε, τὴν μὲν εἰς ᾅδε φέρεσαν, τὴν δὲ ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥδιον ἂν τὴν ἑτέραν ἦλθον τὴν [3] εὐθὺ τοῦ ᾅδε.

plane aliorum codd. lectionem, quae graecismo quam maxime congruit. Periz. — E Med. 3. σίγην edidit Gronou. in quo ab editione Basil. relictum eum esse miror, quae retinuit σίγειν, haud dubie ab auctore profectum.

3. Ἐυθὺ τε ᾅδε) Miror et hic sollicitari a Scheffero, quum vsitatissimum sit Graecis, εὐθὺ et εὐθὺς in tali constructione ponere. Lucian. de morte peregr. ἀπῄειν εὐθὺ τῆς Ἀρπίνης, *recta abit Harpinam.* Noller hist. anim. l. 2, pisces ducens εὐθὺς τε κύρτε, *recta in nassam.* Maximus Tyr. diss. 27. Ἀχιλλεὺς νῆσον οἰκεῖ, εὐθὺ Ἴστρε, κατὰ τὴν ποντικὴν θάλατταν, *recta, prorsus e regione Istri.* Vide hic Kuhnium. Perizon. Vide ind. s. v. εὐθύ.

ΚΕΦ. ιθ.

Ὅτι ὁ Δημοσθένης καλῦντος τοῦ Διογένες, εἰς καπηλεῖον ὐκ ἤθελεν εἰσιέναι.

[1] Ἠρίςα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· εἶτα παριόντα

1. Ἠρίςα ποτὲ) *Prandium sumebat.* Erat hoc ἄριςον primis temporibus cibus matutinus, quo se homines parabant ad labores diurnos, et maxime milites in castris ad labores pugnae. Athen. lib. I. cap. 9. 10. τροφαῖς ἐχρῶντο ἥρωες παρ' Ὁμήρῳ, πρῶτον μὲν τῷ καλεμένῳ ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριςον, *alimentis vtebantur heroes apud Homerum, primum quidem eo, quod nos appellamus ἀκράτισμα, sed quod ille dicit ἄριςον.* Et mox καὶ ἄριςον μὲν ἐςι τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριςον. Ἄριςον *est, quod matutino tempore sumitur,* δεῖπνον *vero est cibus meridianus, quem nos* ἄριςον *dicimus.* Hinc iam Suidas in ἄριςον et δεῖπνον dicit sumi illud περὶ ὥραν τρίτην, *circa horam tertiam,* et dici παρὰ τὸ εἰς ἀριςείαν προέρχεσθαι, *ex eo, quod hoc cibo firmati prodeant ad pugnam.* Neque sane dubito, quin proprie fuerit cibus militaris, ante pugnam sumtus, et inde dictus. Solebant enim heroes et milites, ante quam pugnam inirent, ipso mane curare corpus cibo sumto. Lucian. in parasito pag. 374. πρῶτον μὲν ἀριςοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ, *primum quidem postquam prandium sumserit, tum demum exit in aciem, sicuti etiam Vlysses praecipit.* Celeberrimum est Leonidae dictum ad suos Spartanos, quum inuadere vellet Persas, iubentis eos *ita prandere, tanquam apud inferos coenaturi essent.* Sed et Alexander, teste Plutarcho orat. 2. de eius fort. ἠρίςα ὄρθρε καθεζόμενος, ἐδείπνει δὲ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, *prandebat matutino tempore sedens, coenabat vero sero iam vespera.* Dicebat autem, vt idem ait Plut. in apophth. regum, *optimos se coquos habere,* scil. πρὸς μὲν ἄριςον τὴν νυκτοπορείαν, πρὸς δὲ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριςίαν, *ad prandium iter de nocte factum, ad coenam vero parcimoniam prandendi.* De re ipsa et tempore ἀρίςε vide omnino Plutarchum quoque sympos. VIII. 6. Isidorus orig. XX. 2. etiam latine *prandium* vocari ait, *omnem militum*

Δημοσθένη ἐκάλει. Τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, αἰσχύνη, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον; καὶ μὴν ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἴσεισι, τοὺς δημότας λέγων, [2] καὶ τοὺς καθ' ἕνα. Δηλῶν, ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί.

cibum ante pugnam. Et hinc passim in historiis leguntur milites *pransi paratique*, ante quam proelium committatur. De *caupona* vide et supra ad III. 14. Mox vterque codex legit Δημοσθένην ἐκάλει. Periz.

2. Καὶ τοὺς καθ' ἕνα) Recepi distinctionem, quam Schefferus et Kuhnius maluerunt, et quae sine dubio est vera, immo necessaria. Nempe per prius participium exponit auctor, quem intelligat per κύριον, *dominum Demosthenis*: at per posterius reddit rationem istius locutionis et significationis, totius immo dicti vel historiae. Atque ideo huic capiti illud quasi epiphonema, seu tanquam fabulis aesopicis ἐπιμύθιον, subiecit. Et solet ita noster. Sic cap. 23. διδάσκων ἐκ τούτων etc. cap. 25. δεδιὼς μὴ etc. et maxime XIII. 30. Perizon.

ΚΕΦ. κ.

Περὶ Ἀριστίππου.

Πλέων Ἀρίστιππος, χειμῶνος ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. Ἔφη δέ τις τῶν συμπλεόντων, ὦ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δέδοικας, ὡς οἱ πολλοί; Ὁ δὲ, καὶ μάλα γε εἰκότως. Ὑμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἡ σπουδὴ, καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἐμοὶ δὲ [1] περὶ εὐδαιμονίας.

1. Περὶ εὐδαιμονίας) Sic liquido MSti, vt adeo non videatur admittenda Menagii ad Laertium coniectura, legentis εὐδαίμονος. Ceterum haec *felicitas* et *infelicitas* vitae collocatur ab Aristippo potissimum in animo, doctrinis bene, vel secus, exculto. Vnde Laertius et Gellius idem eius responsum referentes, non tam *vitam* aiunt, quam *animum*, ψυχὴν, eum memorasse. Sed et opponuntur in hac re apud Laert. ἰδιῶται et φιλόσοφοι, vt quorum animi sint ita diuersi. Hoc itaque respectu indoctos tanquam infelices comparare solebat etiam *mancipiis*, *lapidibus*, *indomitis equis*, quum *domitis* assimularet doctos, et *medicis* philosophos, eosque etiam sine legibus recte victuros censeret. *Felicitatem* vero maximam putabat, si quis praesentibus recte et cum voluptate vel hilaritate frueretur, absentia non desideraret nec timeret, ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος, *semper, quodcunque tandem obueniret, bene excipiens, administrans, dispensans*; vt ait Laertius, vel vt Lucian. in vit. auct. p. 369. de eo, ἁπάντων καταφρονῶν, ἅπασι χρώμενος, πανταχόθεν ἐρανιζόμενος τὴν ἡδονὴν, *omnia contemnens*, h. e. non desiderans, si absint, *omnibus* praesentibus *vtens*, *undecunque voluptatem* animi *eliciens*. Cf. et nostrum infra XIV. 6. et supra VII. 3. Per. — A. Gronou. e Med. 3. edidit εὐδαίμονος. Secuta est ed. Basil. Nec caret haec lectio veri specie. Praecessit enim π. κακοδαίμονος β. adeoque bene respondet εὐδαίμονος.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Θηραμένους.

Θηραμένης ἔτυχεν ἐν οἰκίᾳ τινὶ διατρίβων, εἶτα ἐπεὶ προῆλθεν αὐτῆς, παραχρῆμα ἐκείνη κατηνέχθη. [1] Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι ἄλλοι ἀλλαχόθεν αὐτῷ περιφύντες συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Ὁ δὲ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα ἀπεκρίνατο· ὦ Ζεῦ ἐς τίνα με καιρὸν φυλάττεις; Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρέθη, [2] πιεῖν κώνειον καταναγκασθείς.

1. Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι) Omisi illud καὶ, quod pariter repudiant MSti. Et Sluisk. quidem legit insuper, οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι, quod videtur genuinum. Paulo ante idem habet, ἐν οἰκίᾳ ποτὲ διατρίβων, non οἰκίᾳ τινί. Periz. — Cum Sluisk. facit Med. 3. qui quoque ποτὲ pro τινι legit.

2. Πιεῖν κώνειον καταναγκασθείς) Sic et Lugd. At Sluisk. (et Med. 3.) πιεῖν κώνειον κατακριθείς, hoc est, *damnatus ad bibendam cicutam*, vel *bibere eam sententia iudicum iussus*. Fuit autem hic *Theramenes* amans reip. sed varius ingenio et consilio, modo democratiae adversus, modo fauens. Quadringentorum oligarchiam fouit primum et adiuuit, atque ipse inter praecipuos eorum fuit. Mox iterum sustulit. Vide Thucyd. lib. VIII. cap. 68. 69. Postea vero quum Athenienses a Lysandro Lacedaemonio debellati essent, suasit suis ciuibus, vt durissimas licet leges pacis acciperent, et muros dirui paterentur, eaque de causa lectus est et ipse inter XXX. illos, qui nouam darent reip. formam, et nouas leges, sed qui mox tyrannidem inuaserunt. Et primo quidem pulchre illi conuenit cum Critia, tyrannorum praecipuo, sed quum ille caedibus et saeuitia grassaretur in ciues, opposuit se Theramenes, atque ita annitente Critia damnatus est, et in carcerem abductus, vbi constantissimo animo cicutam bibit. Vide Xenophontem lib. II. de rebus Graecorum, et Cicer. Tusc. quaest. I. 40. Ceterum quia toties mutauit partes in rep. *Cothurnus* cognominatus fuit, vt tradit Plutarchus in Nicia pag. 524. Perizon.

ΚΕΦ. κβ.

Τίνες περὶ τὴν ἰατρικὴν ἐσπουδάκασι.

Λέγουσι τοὺς Πυθαγορείους πάνυ σφόδρα [1] περὶ τὴν ἰα-

1. Περὶ τὴν ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην) Sic Lucian. adu. indoctum, pag. 556. περὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐσπουδακώς. Recipiebant autem Pythagorei et colebant artis eius maxime τὸ διαιτητικὸν εἶδος, *genus illud, quod versatur circa vitas et victus rationem*, vt ait Iamblichus de vita Pyth. cap. 29. Nempe herbarum vires maxime indagauit Pythagoras, quum ageret apud Aegyptios et Persas. Hinc magicas herbas *primi in nostro orbe celebrauisse* dicuntur a Plinio nat. hist.

τρικὴν σπȣδάσαι τέχνην. Καὶ Πλάτων δὲ φροντίδα εἰς αὐτὴν ἔσχε πλείστην, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχȣ, καὶ [2] ἄλλοι πολλοί.

XXIV. 17. *Pythagoras et Democritus, consectati magos.* Sed et *primus Pythagoras volumen de herbarum effectu composuisse*, vt *et Democritus*, XXV. 2. De hoc posteriore etiam Petron. satyrico pag. 29. *omnium herbarum succos Democritus expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumsit.* Vide et quae notaui supra ad IV. 17. et quae hic Schefferus et Kuhnius. Perizon.

2. Ἄλλοι πολλοί) Maxime *philosophi.* Hinc Celsus de medicina, in praefat. lib. I. *primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur, vt et morborum curatio, et rerum naturae contemplatio, sub iisdem auctoribus nata sit.* Mox *ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos eius fuisse accepimus.* Et sane Plato atque Aristoteles passim etiam de medicis et medicina agunt, vt non immerito auctor eos hoc etiam nomine laudet. Neque vero mirum de philosophis, quum eorum primi sapientiam ex Aegypto maxime hauserint, vbi florebat et colebatur potissimum medicina. Atque ideo ad secundum dynastiae primae regem Athosthin Menis filium referebant. Aegyptii hanc scientiam. Euseb. chron. gr. pag. 14. ἰατρικὴν ἐξήσκησεν, καὶ ἀνατομικὰς βίβλȣς συνέγραψεν, *medicinam excoluit, et anatomicos libros conscripsit.* Vide et Hier. Mercurialem var. lect. II. 18. Perizon.

ΚΕΦ. κγ.

Περὶ Ἀριστοτέλȣς νοσȣ̃ντος.

Ἀριστοτέλης ἐνόσει ποτέ· προσέταξε δὲ αὐτῷ ὁ ἰατρός πρόσταγμά τι. Καὶ ἐκεῖνος, μήτε ὡς βοηλάτην με (ἔφη) θεράπευε, μήτε ὡς σκαπανέα, ἀλλὰ διδάξας πρότερον τὴν αἰτίαν· ȣ̔́τως ἕξεις ἕτοιμον πρὸς τὸ πείθεσθαι. διδάσκων ἐκ τȣ́των, [1] μηδὲν χωρὶς αἰτίας προσφέρειν.

1. Μηδὲν χωρὶς αἰτίας προσφέρειν) Sic sane Lugd. At Sluisk. προφέρειν. Et ita videtur voluisse Vulteius. Certe vertit, *nihil sine caussa temereque proferendum esse.* Προσφέρειν enim in hoc loco notaret *dare* vel *admonere medicamenta alicui.* Dicitur quidem etiam λόγȣς προσφέρειν, sed cum datiuo plerumque expresso, eoque sensu, vt notet *suadere quid alicui, desiderare quid ab aliquo, verba facere ad aliquem de aliqua re.* Infra X. 2. καὶ περὶ γάμȣ λόγȣς προσήνεγκεν, scil. Εὐβάτᾳ, *de nuptiis secum faciendis verba fecit ad Eubatam.* Quum vero hic ita absolute ponatur, vix dubito, quin verior sit lectio codicis Sluisk. Sic supra VIII. 12. καὶ ταύτην ἀπολογίαν προσφέροντι. Perizon.

ΚΕΦ. κδ.

Περὶ Σμινδυρίδου τρυφῆς.

[1]Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης [2] ἐς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε (καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, καὶ τῷ βίῳ διαρρεῖν· ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον), φύλλοις ῥόδων γοῦν ἐπαναπεσών, καὶ κοιμηθεὶς ἐπ' αὐτῶν, ἐξανέστη, λέγων, [3] φλυκταίνας ἐκ τῆς εὐνῆς ἔχειν.

1. Σμινδυρίδης) Celeberrimus fuit hic homo luxu illo immodico, quem ostentauit maxime, quando profectus est Sicyonem, vt Clisthenis tyranni filiam in matrimonium sibi peteret. Vide Diodorum Siculum in excerptis, et Athenaeum VI. 21. et XII. 11. Adde Suidam in Συβαριτικαῖς, qui tamen non ex Athenaeo, vt ait Kuhnius, sed ex Diodoro ad verbum sua exscripsit. Vnde etiam certissima emendandus est crisi, ἀναχθῆναι λέγεται ἐκ Συβάρεως νηΐ, πεντήκοντα τοὺς ἐρέτας ἔχων ἰδίους οἰκέτας, τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας, *vectus dicitur ex Sybari naui, quinquaginta habens remiges, suos ipsius seruos, partim piscatores, partim aucupes.* At exiguus nimis est numerus, *quinquaginta*: cum Athenaeus illi *mille* tribuat seruos. Lege ex Diodori, νηΐ πεντηκοντόρῳ, τοὺς ἐρέτας ἔχων, hoc est, *naui quinquaginta remorum.* Athenaeus etiam XII. 3. Sybaritam quendam fuisse ait, qui quum vidisset fodientes in agro, dixerit, ruptum sibi isthoc aspectu aliquid in intestinis. Hunc ipsum vero *Smindyriden*, fuisse discimus ex Seneca de ira, II. 25. Aetas hominis cognoscitur ex eo, quod fuit Clisthenis Sicyoniorum tyranni aequalis, qui vixit et floruit paulo ante Cyrum. Vnde liquet opulentiam fuisse maximam in illis extremae Italiae vrbibus iam temporibus antiquissimis. Dicitur autem promiscue *Smindyrides* et *Mindyrides*, vt μικρὸς et σμικρὸς, σμίλαξ et μίλαξ. Periz.

2. Ἐς τοσοῦτον τρυφῆς) Locum hunc mutilum putauit Schefferus, haud dubie, quia post τοσοῦτον solet sequi, ὡς, quod hic non apparet. Et sane de eodem *Smindyride* infra XII. 24. Σμινδυρίδην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι, ὡς εἰς Σικυῶνα ἀφικέσθαι. Sed tamen nihil sensui deest, modo sequentia parenthesi includantur, quod a me factum. Τοσοῦτον enim respicit factum et dictum hominis, quod sequitur. Quasi diceretur, *eo vsque in luxuriam ruit, vt quum incubuisset foliis rosarum etc. dixerit.* Sic plane V. 17. ὅτι τοσοῦτον ἦν Ἀθηναίοις δεισιδαιμονίας· εἴ τις πρινίδιον ἐξέκοψεν ἐξ ἡρῴου, ἀπέκτειναν αὐτόν. Periz.

3. Φλυκταίνας ἐκ τῆς εὐνῆς ἔχειν) Lugd. ἔχων, quod probarem, nisi nectendum foret per constructionem alteri participio. Ceterum querebatur Smindyrides, φλυκταίνας ἐκ τῆς εὐνῆς accepisse, quia, vt ait Seneca d. l. *foliis rosae duplicatis incubuisset.* Erant autem φλύκταιναι tumores, qui in corpore oriuntur ex contusione, aut nimia agitatione, vel labore. Suidas exponit *de tumoribus, qui oriuntur in manibus ex remigando.* Descripsit ista ex Aristophanis schol. ad *ranas.* Idem Arist. in vespis inducit querentes pag. 511. de eo, quod etiam stipendium accipiant, qui neque *remum* manibus suis capiant, neque *hastam*, neque φλύκταιναν, oriri scilicet solitam in manibus ex remo vel hasta acrius agitatis. Perizon.

[4] Σχολῇ γ' ἂν οὗτος ἐπὶ [5] χαμεύνης κατεκλίθη, ἢ στιβάδος, ἢ πόας ἐν προσάντει πεφυκυίας, ἢ ταύρου δορᾶς, ὡς ὁ Διομήδης, πρεπούσης στρατιώτῃ σκληρῷ καὶ γενναίῳ·

[6] Ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο.

4. Σχολῇ γὰρ οὗτος ἐπὶ) Egregium se hic praestitit in coniectando doctiss. Kuhnius. Nam quod ille voluit γ' ἂν, diserte id exhibet Sluisk. Neque vero vllum hic locum habet γάρ. At σχολῇ γ' ἂν vsitatum est, oportunissimo hic sensu. Suidas, σχολῇ γ' ἂν, ἀντὶ τοῦ, οὐδ' ὅλως, βραδέως, οὐδαμῶς. Σοφοκλῆς, ἐπεὶ σχολῇ γ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην, hoc est, σχολῇ γ' ἂν pro plane non, difficulter, nequaquam. Sophocles, quoniam nequaquam ad aedes meas essem profectus. Dionys. Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. pag. 11. τὸ δὲ πρέπον εἰ μὴ τοῦ καλοῦ πλεῖστον ἕξει μέρος, σχολῇ γ' ἂν ἄλλου τινός, decorum si non obtineat plurimam partem pulchri, neutiquam obtinebit alterius cuiusquam partem. Sed tamen Maximus Tyr. identidem addit γάρ. Sic diss. VII. τὰ δὲ τῶν βαρβάρων τί χρὴ λέγειν; σχολῇ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι τὰ Ὁμήρου μάθοιεν. Et diss. XI. ὁ ἔρως ἄλλου του ἔρως ἢ κάλλους ἐστίν; οὐδαμῶς. Σχολῇ γὰρ ἂν εἴη ἔρως, εἰ μὴ κάλλους εἴη. Et dein, ὁ τοίνυν κάλλους ἐρῶν, ἆρα οὐκ ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ; καὶ μάλα· σχολῇ γὰρ ἂν εἴη τι ἄλλο ὁ ἔρως, εἰ μὴ ὄρεξίς τις. Sed in his γὰρ propriam et vsitatam habet significationem, ac rationem reddit eius, quod praecedit. Perizon.

5. Χαμεύνης) Accipe non de humili pauperum lectulo aut grabatulo, vt volunt, sed de stragula vel stramine humi strato. Sic Homero Iliad. Π. 235. Χαμαιεῦναι sunt, vt exponit scholiastes, οἱ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κοιμώμενοι, qui in solo cubant et dormiunt. Et in Odyss. Ξ. 15. sues χαμαιευνάδες ait, vbi vide Eusth. Sed et ita Maximus Tyrius Iouis et Iunonis concubitum in monte Ida apud Homerum Iliad. Ξ. vocat τὸν χαμεύνιον ἔρωτα, dissert. VIII. Periz.

6. Ὑπὸ δ' ἔστρωτο) Ex Homeri Iliad. Κ. 155. vbi de Diomede dormiente haec verba dicuntur. Perizon.

ΚΕΦ. κε.

Πῶς ὁ Πεισίστρατος τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἐχρῆτο.

Πεισίστρατος ὅτι τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δήποτε εἴη τὸ αἴτιον [1] τοῦ ἀλύειν αὐτόν· καὶ

1. Τοῦ ἀλύειν αὐτοὺς) Vterque meus et regii omnes αὐτὸν, quod videtur sane ab auctoris manu profectum. Nam sequuntur omnia in eodem numero. Atque ita regii quoque omnes, nisi quod vnus ille Strategi recentiori manui vulgatam debeat. Ἀλύειν autem notat animum habere per varias rerum imagines tacita meditatione oberrantem, quod accidit in tristitia, taedio, vel etiam in stolida arrogantia. Hinc ergo oritur, quod tam diuersis modis exponatur ea vox ab ipsis Graecis, modo angi et animo concidere, modo gaudere, modo otiosum agere. Sic infra XIV. 12. rex Persarum in itinere dicitur tabellam habere, eamque cultello radere, ἵνα μὴ ἀλύῃ, ne

ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζου· εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω· [2] δεδιὼς, μὴ ἡ σχολὴ τούτων ἐπιβουλὴν τέκῃ.

ex otio et taedio itineris incidat in eiusmodi tacitam meditationem. Deinde vero notat etiam ἀμηχανεῖν, ἀπορεῖν κατὰ διάνοιαν, *incertum esse consilii*, et modo hoc velle, modo illud. Deriuatur enim ab ἄλη, *erratio*, vnde et ἀλάομαι *erro, vagor*, *incertus sum quid agam.* Pausanias τὸ ἀλύειν exposuit ἐν ἄλῃ καὶ παρέσει τὴν ψυχὴν ἔχειν, *animum in errore* incertitudinis *et remissione habere.* Vide Eustath. ad Odyss. I. pag. 365. vbi et ipse ait esse hoc vocabulum μέσον, *mediae* significationis, quae in bonum et malum verti potest, vti συμφορὰ, τύχη, quod verum est. Noster etiam in hist. anim. de tristitia, ex coniugis vel liberorum morte concepta, adhibet, I. 15. ὅταν δὲ ἀφανισθῇ, ἀλύουσιν αὗται, προάγει δὲ αὐτὰς καὶ ἐξάγει ἡ ἀθυμία, *quando vero periit* masculus, *moerens feminae, easque tristitia suis ex sedibus producit:* et III. 21. ὁ δὲ λέων, οἷα ἀδημονῶν καὶ ἀλύων ὑπὸ τοῦ ἄχους, *leo vero, quasi inops consilii, et meditabundus ex dolore*, ob occisos ab vrsa catulos. Hinc schol. Homeri Iliad. E. v. 352. ἀλύουσα exp. ἀδημονοῦσα, καὶ οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν, vbi tamen male a verbo λύειν videtur deriuare τὸ ἀλύειν, quod alterius esse originis ostendimus. Periz.

2. Δεδιώς) Duo spectabat Pisistratus, primum, ne ex ipso otio in seditiones, vt fere fit, et tumultus delaberentur, et libertatem recuperare studerent; nam *otium est soror libertatis*, vt dicere solebat Socrates, infra X. 14. vbi vide notas. Deinde, ne coniuncti pariter in foro et vrbe suas vires et multitudinem circumspicerent, et ita quoque promtiores euaderent ad vim sibi faciendam. Voluit ergo eorum animum laboribus occupari, et corpora spargi per agros. Vide de hoc Pisistrati instituto Meursium in Pisistrato c. 7. et de lege, inertiam vetante, quae notaui supra ad IV. 1. Gelo quoque, Syracusarum tyrannus, saepe Syracusanos in agrum et φυτείαν eduxit, quasi in expeditionem, ὅπως ἥτε χώρα βελτίων γίνηται γεωργουμένη, καὶ μὴ χείρονες αὐτοὶ σχολάζοντες, *vt tum regio melior euaderet cultura, tum ipsi non euaderent deteriores per otium.* Vide Plutarch. in apoph. regum. Pisistrati facto simile magis est, quod Nicolaus Damasc. refert in excerptis Valesii, pag. 450. de Periandro Corinthiorum tyranno, ἐκώλυέ τε τοὺς πολίτας σχολὴν ἄγειν, ἀεί τινα αὐτοῖς ἔργα ἐξευρίσκων· εἰ δέ τις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθίζοιτο, ἐζημίου, δεδιὼς, μή τι βουλεύοιντο κατ' αὐτοῦ, *prohibebat etiam ciues otium agere, semper aliquod ipsis opus excogitans: si vero quispiam in foro sederet, mulctabat ipsum, veritus, ne consilia contra se inirent.* Perizonius.

ΚΕΦ. κϛ.

Περὶ Ζήνωνος, καὶ Ἀντιγόνου.

[1] Ζήνωνα τὸν Κιττιέα δι' αἰδοῦς ἄγαν καὶ σπουδῆς ἦγεν

1. Ζήνωνα τὸν Κιττιέα) Lugdun. Κιτιέα. Et sane dicebatur Citium, oppidulum Cypri insulae, vnde ortus fuit hic philosophus. Mox abest ab eodem codice illud ἄγαν, sed forte per incuriam librarii. Periz.

[2] Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς. Καί ποτε ἐν ὑπερπλησθεὶς οἴνȣ [3] ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζήνωνι, καὶ φιλῶν αὐτὸν καὶ περιβάλλων, ἅτε ἔξοινος ὢν, ἠξίȣ τι αὐτὸν προςτάξαι, ὀμνὺς, καὶ νεανιευόμενος σὺν ὅρκῳ, μὴ ἀτυχήσειν αἰτήσας. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· πορευθεὶς ἔμεσον· σεμνῶς ἅμα, καὶ μεγαλοφρόνως, τὴν μέθην ἐλέγξας, καὶ φεισάμενος αὐτȣ̃, μήποτε διαῤῥαγῇ ὑπὸ πλησμονῆς.

2. Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς) Vere is *Gonatas* fuit Antigonus, vt eum vocat Menagius ad Laertium. Nec dubitare de eo debuit Schefferus, qui certe errauit, quando in indice latino hunc *Antigonum* Zenonis amicum et auditorem putat fuisse Antigonum primum, Gonatae auum. Vide me supra ad II. 20. III. 17. et VIII. 14. Perizon.

3. Ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζήνωνι) Male vertebatur, *obuiam Zenoni fieret*. Immo vero sensus est, *comessabundus venit ad Zenonem*. Liquet id ex Diogene Laert. in Zenone n. 13. ἦν τε ἐυσυμπερίφορος, ὡς πολλάκις Ἀντίγονον τὸν βασιλέα ἐπικώμασαι αὐτῷ, καὶ πρὸς Ἀριστοκλέα ἅμα αὐτῷ ἐλθεῖν ἐπὶ κῶμον. *Facile autem persuaderi illi poterat, ut cum aliis iret, ita vt saepe Antigonus rex ad eum comessabundus venerit, et cum eo ad Aristoclem se contulerit in comessationem.* Sic enim et ille locus vertendus est, qui itidem male vertebatur et prius, *vt saepe Antigonus rex vinolentus ei obuiam fieret*, et in nuperis edd. *vt saepe apud eum Antigonus rex coenaret*. Vide et Athen. lib. XIII. pag. 603. Perizon.

ΚΕΦ. κζ.

Ἀφέλεια τρόπȣ.

Ἀνδρὶ Λακωνικῷ μὲν, χωριτικῷ δὲ, ἐπέπληξέ τις πενθȣ̃ντι πάνυ σφόδρα ἐκθύμως. Ὁ δὲ ἀπλάστως ἀπεκρίνατο· τί πάθω; Φησίν, ȣ̓ γὰρ ἐγὼ αἴτιος τȣ́τȣ, [1] ἁ φύσις δέ μȣ ῥεῖ.

1. Ἁ φύσις) Lugd. ἡ φύσις. Sed Sluisk. suffragatur vulgatae lectioni. Et recte. Doricum enim hoc est, qua vtebantur dialecto Lacones, vt notum est. Perizon.

ΚΕΦ. κη.

Περὶ Διογένȣς.

Ἐπῄνει Σπαρτιάτης τὸ ἔπος Ἡσιόδȣ, τὸ λέγον

[1] Οὐδ' ἂν βȣ̃ς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη·

1. Οὐδ' ἂν βȣ̃ς) Versus est 348. ἔργων Hesiodi, quem citauit etiam Heraclides de politiis, agens de Cumaeis. Periz.

ἀκȣ́οντος Διογένȣς. Ὁ δὲ εἶπε, καὶ μὴν [a] Μεσσήνιοι, καὶ οἱ βόες αὐτῶν, ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐςὲ οἱ γείτονες.

a. Μεσσήνιοι) MSS. Μεσήνιοι. Victi autem illi, et oppressi, et durissime habiti, atque eiecti e Peloponneso sunt a Lacedaemoniis. Vide supra VI. 1. Res notissima est vel ex Iustino. Periz.

ΚΕΦ. κθ.

Ὅτι Σωκράτης ἀδεὴς ἦν, καὶ δώρων κατεφρόνει.

Τῆς νυκτὸς ἤδη προηκȣ́σης, ἐπάνεισί ποτε ἀπὸ δείπνȣ Σωκράτης. Νεανίσκοι γȣ̃ν ἀκόλαςοι προμαθόντες [1] ἐνελόχησαν ἐπανιόντα, [2] δᾶδας ἔχοντες ἡμμένας, καὶ Ἐριννύων πρόσωπα. Ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς, καὶ ἄλλοις προσπαίζειν διὰ τὴν σχολὴν, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω. Οὓς ἰδὼν ὁ Σωκράτης ȣ̓ διεταράχθη, ἀλλ' ἐπιςὰς [3] ἠρώτα, οἷα καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἢ ἐν Λυκείῳ, ἢ ἐν Ἀκαδημίᾳ.

Ὅτι ἐφιλοτιμήσατο Ἀλκιβιάδης δῶρα πολλὰ πέμψαι Σωκράτει. Τῆς ȣ̃ν Ξανθίππης καταπλαγείσης τὰ πεμφθέντα, καὶ ἀξιȣ́σης λαβεῖν αὐτὰ, ὁ δὲ ἔφη· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ φιλοτιμίᾳ τῇ τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ παραταξώμεθα, μὴ λαβεῖν τὰ πεμφθέντα [4] φιλοτιμησάμενοι.

1. Ἐνελόχησαν) Sic I. 1. ἐλλοχῶσιν οἱ πολύποδες τȣ̀ς ἰχθῦς. Sed Lugd. habet ἐλελόχεισαν, plusquamperfectum atticum, a λέγω colloco, cubo, κοιμῶμαι, a qua verbi significatione λέχος, ἄλοχος, et λοχεύειν deriuat, et recte, Eustath. ad Homer. odyss. p. m. 145. Nihil tamen hic mutauerim. Perizon.

2. Δᾶδας ἔχοντες) Solennia haec sunt arma furiarum. Atque ideo et Fidenates dicuntur *facibus armati ad terrorem mouendum furiali more processisse* in aciem apud Flor. I. 12. Qui auctor etiam *furiales faces* dicit III. 12. Furiae autem Graecis sunt *Erinnyes*, de quibus vide Tzetzen ad Lycophron. *Cassandram* v. 406, et 1137. Fingebantur porro earum πρόσωπα tam terribilia, vt, quum Aeschylus furiarum chorum induxisset in scenam, feminae abortum fecerint, vt refert vitae illius auctor. Scilicet crinibus earum angues inseruerat, idque primus fecit teste Pausania in Atticis cap. 28. Perizon.

3. Ἠρώτησεν) Reposui ἠρώτα, quia vterque codex ita iubebat, a qua lectione quare abierit Peruscus, exputare nequeo. De *lyceo* et *academia* vide supra ad cap. 10. Perizon.

4. Φιλοτιμησάμενοι) Stobaeus sermon. 39. vbi ipsum hoc factum seu dictum Socratis refert, exhibet ἀντιφιλοτιμησάμενοι, quod, vellem, etiam Aeliani codices praetulissent.

μενοι. Ἐπεὶ δέ τις ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι μέγα ἐστὶν, ὧν ἐπιθυμεῖ τις, τούτων τυχεῖν· ὅδε, ἀλλὰ μεῖζόν ἐστι τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν τὴν ἀρχήν.

Ex quibus Sluisk. tum regii duo legunt in proximis superioribus ἀντιταξώμεθα. Sed istic assentior reliquis codd. qui vulgatum tuentur, quod et Stobaeus facit: quum παρατάξασθαί τινι, et πρός τινα, vsitatissimum sit hoc sensu. Polyaen. I. 17. Λακεδαιμονίων μελλόντων παρατάττεσθαι Μεσσηνίοις. Paulo ante etiam plenius scribit Stobaeus, καὶ τὸν Σωκράτην λαβεῖν αὐτὰ ἀξιοῦντος. At nostri, et regii codd. pro ὅδε maluerunt ὁ δὲ cum in superioribus, tum in sequentibus. Perizon.

ΚΕΦ. λ.

Περὶ τῆς Ἀναξάρχου προμηθείας.

Ἀνάξαρχος ὅτε σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, χειμῶνος ἐπιγενομένου, προμαθὼν, ὅτι μέλλει ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἀξύλῳ ποιεῖσθαι χωρίῳ τὴν στρατοπεδείαν, εἰς τὸν σταθμὸν, ὅσα εἶχε σκεύη, [1] ταῦτα ἐκρίψας, [2] ταῖς

1. Ταῦτα ἐγκρύψας) Sic et MSti, nisi quod Sluisk. ταῦτ' ἐγκρύψας. Sed miris mihi modis se approbat, quod suspicatur Kuhnius ἐκρίψας. Vix dubitem id esse verum. Nam mox Alexander dicitur ei duplum reddidisse, ὧν ἔρριψε, *quae abiecit*. Corruptum hic videtur, quia additur εἰς τὸν σταθμὸν, IN tabernaculum, non EX tabernaculo, et quia aliud nihil reperiebant librarii, *vnde* ea proiicerentur, quod tamen vocula ἐκ videbatur requirere. Nempe non viderunt, non magis, quam tot interpretes, memorari hic vehicula, de quibus mox, et quae singuli, qui quidem essent alicuius loci et ordinis, in castris habebant sarcinis suis onusta. EX IIS enim Anaxarchus abiecit res alias, vt ligna imponeret. Periz.—Ἐκρίψας, quod Kuhnius coniecit, Perizonius probauit, et Meinecke versione sua expressit, tantam veri speciem prae se ferebat, vt in textum recipere illud non dubitarem.

2 Τοῖς σκευοφόροις) Miror hic socordiam vltimarum editionum, et ipsius Schefferi, qui cum in primis edd. et in omnibus ante ipsum legeretur ταῖς, ipse primus edidit τοῖς, id quod in omnibus dein, etiam Kuhniana, reperitur; et tamen in his ipsis a Scheffero accusatur tum interpres Vulteius, qui vertit *calones*, tum Gesnerus, qui maluit id ipsum τοῖς, tum Faber, qui sic etiam edidit, quum et ipse ita edidisset, eiusque contextum expressisset Faber. Nihil autem mutandum esse affirmatur, quia intelligantur ὄνοι, quod etiam feminini sit generis vocabulum. At in indice tamen iterum diserte ab eodem Scheffero de *lixis et calonibus*, a Kuhnio de *iumentis, quae sarcinas militum vexerint*, exponuntur huius loci σκευοφόροι. Quid dicam? nisi valde fluctuasse eruditos interpretes de vera lectione et interpretatione huius loci. Ego vero neque ipse dubito, quin recte ταῖς sit editum a Camillo Perusco, et male factum ab iis, qui reposuere τοῖς, quum in vtroque codice repererim liquido illud ταῖς, et porro manifestum sit omnibus animum attendentibus, parum pro-

σκευοφόροις ἐπέθηκε ξύλα. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν σαθμὸν ἀφίκοντο, καὶ ἐνέδει ξύλων, Ἀλεξάνδρε μὲν αἱ κλίναι κατεκαίοντο, ἵνα ἑαυτὸν ἀλεᾶναι δυνηθῇ. Ἐπεὶ δέ τις παρὰ Ἀναξάρχω πῦρ εἶναι ἤγγειλεν, ἀφίκετο παρ' αὐτὸν, καὶ [3] ἠλείψατο ἐν τῇ σκηνῇ τε Ἀναξάρχε· καὶ πυθόμενος τὴν προμηθείαν ὑπερεπήνεσε, καὶ [4] ἐξ ὧν ἔρριψε, διπλάσιον δέδωκε, καὶ σκεύη, καὶ ἱμάτια, ὑπὲρ τῆς τε πυρὸς χρείας.

fecto ligni per longum iter a calonibus aut quibuscunque hominibus portari potuisse in vsum quotidiani ignis, sed neque terga iumentorum, nisi complurium, sufficerent. Quid ergo? Certum est intelligi *vehicula*, ἁμάξας. Sic Xenophon Cyri paed. lib. VI. ὃς ἄρχεις τῶν σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν. Ex quo loco supplendum ergo est, quando ἐκλειπτικῶς dicitur ab eodem de reb. Graecor. lib. III. τῷ ἄρχοντι τῶν σκευοφόρων, scilicet ἁμαξῶν. Similiter apud Plutarch. in Aemilio, pag. 272. ὁπλοφόροι ἅμαξαι. Praeterea postulat ratio huius historiae, vt intelligantur talia, quae steterint in statiuis onusta sarcinis inde nunc abiectis, et quae idonea sint ad multitudinem lignorum supportandam. Quapropter si maxime praeferrent etiam MSti τοῖς σκευοφόροις, non intelligerem tamen *homines*, sed ὀχήματα, *vehicula*. Sic apud Herodian. VIII. 1. τὰ σκευοφόρα πάντα κτήνη τε καὶ ὀχήματα. Atque ita apud Dionys. Halic. lib. IV. serui Turni Herdonii dicuntur corrupti, vt multos gladios noctu deferrent in tentorium domini, καὶ ἀποθέσθαι κρύψαντας ἐν τοῖς σκευοφόροις, vbi parum recte vertitur, *et inter impedimentorum sarcinas abderent*. Nam τὰ σκευοφόρα non sunt ipsae sarcinae, sed vel jumenta, vel vehicula, quae portant sarcinas. Sine dubio autem vehicula istic potius intelliguntur sarcinis onusta, vt in quibus longe melius gladii illi abscondi poterant, quam inter iumenta. Perizonius.

3. Ἠλείψατο) Solebant enim veteres etiam oleo se munire contra frigus. Sic Hannibal suos milites in aciem educturus frigido et niuali die, dedit iis oleum, vt se prius *ignibus oleoque fouerent*, vt loquitur Florus II. 6. Disertius paulo Liuius XXII. 55, *ignibus*, ait, *ante tentoria factis, oleoque per manipulos, vt mollirent artus, misso*. Nempe credebant oleum calefacere. Hippocrates de diaeta II. 43. Ἔλαιον dicit θερμὸν, καὶ ἐν τῷ χειμῶνι αὐξιμώτερον, διότι τὸ ψῦχος κωλύει φέρειν ἀπὸ τε σώματος, *oleum esse calidum, et hyeme fouere*, seu *augere, corpus, quia frigus arceat*, vel *probibeat quidquam auferre, a corpore*. Ceterum Sluisk. et regii duo, ἠλείψαντο. Perizon.

4. Ἐξ ὧν ἔρριψε, διπλάσιον) Gesnerus locum hunc asterisco notavit quasi vitiosum. Faber delet ἐξ. Schefferus malit ἔξω ὧν ἐγκρύψε. Kuhnius nihil iubet mutari, et exponit, διπλάσιον ἐξ ἐκείνων, ἃ ἔρριψε. Sed noua est et mira locutio, διπλάσιον ἐξ ἐκείνων. Quapropter vel cum Fabro deleuerim ἐξ, quando oportunus plane exoritur sensus, vel legerim, καὶ ὧν ἐξέρριψε, διπλάσιον, Sensu itidem optimo: quo insuper respicitur superius ἐκρίψας. Confirmat me multum etiam doctissimi Boiuinii auctoritas, qui quum significaret mihi, nihil hic mutare regios codd. adiiciebat, legendum vel ὧν ἐξέρριψε, vel ὅσων ἔρριψε. Perizon.

ΚΕΦ. λα.

Περὶ ἀριστεύσαντος ἀθλητοῦ, πρὸ τοῦ στέφανον λαβεῖν ἀποθανόντος.

Ἀθλητὴς Κροτωνιάτης, ὀλυμπιονίκης, ἀπιὼν πρὸς τοὺς [1] ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸν στέφανον, ἐπίληπτος γενόμενος ἀπέθανε, κατενεχθεὶς μετὰ πτώματος.

1. Ἑλλανοδίκας) Erant iudices certaminum olympicorum, qui athletas examinabant, iusiurandum ab iis insuper exigebant, inter se committebant, et tandem iudicabant. Vario fuerunt numero diuersis temporibus, sed ad extremum potissimum decem, aliquando tamen plures, aliquando pauciores, prout tribuum numerus Eleis maior aut minor fuit. Vide Pausan. Eliac. I. 9. Nec tamen omnes simul de omni iudicabant certamine, sed delegati, qui si male iudicassent, accusabantur et damnabantur a toto consessu, vt liquet ex eodem Eliac. I. 9. et II. 3. Neque vero decernebant tantum coronam victoribus, sed et castigabant eos, qui quid contra leges fecerant. Exemplum ibidem exhibet Pausanias. Qui electi erant hellanodicae, illi decem continuos menses habitare debebant in loco Olympiae, qui inde dicebatur ἑλλανοδικαιὼν, vt istic discerent a legum custodibus ea, quae ipsos facere oporteret, teste eodem cap. 24. Vide de iis etiam Scaligerum ad Euseb. num. 1241. p. m. 70. et Valesium ad Harpocrat. et notas Mausaci pag. 146. et me infra ad X. 1. Perizon.

ΚΕΦ. λβ.

Περὶ Φρύνης ἑταίρας, καὶ Κίμωνος ἵππων, ἀγαλμάτων.

[1] Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ

1. Φρύνην) Celeberrima fuit haec meretrix, Thespiis orta, pulcherrimae formae, et maximi animi. Hinc Apelles ad eius *formam* expressit suam Venerem ἀναδυομένην, *e mari emergentem*, Praxiteles vero Venerem Cnidiam. *Animum* declarauit illa hoc ipso, quod cum maximas sibi opes comparasset, vltro obtulerit Thebanis, suo se sumtu muros eius vrbis ab Alexandro dirutae refecturam, si eis paterentur inscribi, *Alexandrum eos diruisse, Phrynen vero restituisse*. Statuam illi posuerunt Delphis inter reges Archidamum et Philippum: posuerunt autem οἱ περικτιόνες, *vicini*, sed fecit eam Praxiteles. Vide Athen. XIII. 6. Pausan. in Phocicis cap. 14. ipsam Phrynen eam dedicasse scribit, sed error haud dubie ex eo ortus, quod Phryne statuam Veneris dedicauit, cui Diogenes inscripsit, vt docet nos Laertius in Diogene num. 60. ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας, *ex intemperantia Graecorum*, q. d. inde opulentiam Phrynes ortam, et hanc, ad gratias Veneri referendas factam, dedicationem. Sine dubio enim alia est statua, quam Laertius memorat, Veneris scilicet a Phryne dedicatae, alia, quam Plutarchus, Athenaeus, et noster, ipsius nimirum Phrynes, secus quam putat hic loci Kuhnius. Perizon.

νίονος εὖ μάλα ὑψηλϰ̃· ὐκ ἐῶ δὲ ἁπλῶς τὺς Ἕλληνας, ὡς ἂν μὴ δοκοίην δι' αἰτίας ἄγειν πάντας, ὓς φιλῶ πάντων μάλιστα· ἀλλ' [2] οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι. Τὸ δὲ ἄγαλμα χρυσϰ̃ν ἦν. [3] Καὶ αἱ Κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκαῖ, καὶ αὗται Ἀθήνησιν εἰκασμέναι ὅτι μάλιστα [4] ταῖς Κίμωνος ἵπποις ἑστήκεσαν.

2. Οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι) Sic Lugd. At Sluisk. ἀκρατέστατοι, et ita etiam ex regiis duo, (et Med. 3.) Perizon.

3. Καὶ Κίμωνος ἵπποι) Reposui ex priscis edd. et MSS. καὶ αἱ Κίμωνος. Exciderat illud αἱ ex omnibus Schefferianis. *Cimon* autem ille fuit pater Miltiadis Marathonii. Vixit tempore Pisistrati, et ter vicit olympia quadrigis istarum equarum. Idem metu Pisistrati fugit Athenis. Sed quum passus esset eum pro se victorem Olympiae citari, reditum sibi tutum in vrbem impetrauit. Verum post Pisistrati mortem tertium victor ab illius filiis interemtus est. Vide Herodotum VI. 103. Hunc ipsum cognominatum ait *Coalemum*, ob stultitiam, vel socordiam, Plutarchus in Cimone. Id quod miror de homine toties victore, et quod magis est, Pisistrati inimico, et a Pisistrati filiis interfecto, ob inuidiam vel metum. Sed et Eustath. ad Iliad. Z. p. m. 414. Cimonis posterioris non auum, hunc scil. Cimonem, sed πρόπαππον, *proauum*, eo cognomine insignitum ait. Ceterum noster hist. anim. XII. 40. Miltiaden ait, haud dubie *Cimonis* huius filium, τὰς ἵππυς τὰς τρεῖς ὀλυμπιάδας (sic enim legendum ex Herodoto) ἀνελομένας θάψαι ἐν Κεραμεικῷ, *equas, quae tribus olympiadibus vicerant, sepeliuisse in Ceramico*. Conf. Herodot. VI. 103. Perizon.

4. Ταῖς Κίμωνος ἵπποις) Vterque codex, nec mei tantum, sed et omnes regii, τοῖς: licet in superioribus omnia feminino genere expresserint, αἱ ἵπποι χαλκαῖ. Animaduertenda res visa est, quia eandem varietatem obseruare licet apud Herod. d. l. in hac historia. Bis enim dicitur τοῖς αὐτοῖσι ἵπποισι, at dein αἱ ἵπποι αὗται, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. Perizon.

ΚΕΦ. λγ.

Μειρακίου ἀπόκρισις, ἐρωτηθέντος ὑπὸ τϰ̃ πατρὸς, τί ἂν μάθοι;

Μειράκιον Ἐρετρικὸν Ζήνωνι προσεφοίτησε πλείονα χρόνον. Ἐπανελθόντα δὲ ἤρετο ὁ πατὴρ, [1] τί ἂν μάθοι

1. Τί ἂν μάθοι) Lugd. et regii duo, sed alter recentiore manu, τί ἄρα μάθοι. Quod videtur genuinum esse. Nam et Stobaeus, qui mihi serm. 198. idem exemplum, et ex Aeliano, sed paulo pluribus verbis refert, ait, ὅ, τι ἄρα μάθοι. Paulo ante Sluisk. et regius cod. Strategi, ἐπανελθὸν, codex 3138. in contextu ἐπανελθὼν, sed in margine ἐπανελθόντα, quod vulgatum est ex reliquis, et praeferendum videtur, licet praecesserit Μειράκιον. Solent enim auctores saepe sensum magis respicere, quam ipsum vocabulum, quod praemiserant

σοφόν; ὁ δὲ ἔφη, [2] δείξειν. Χαλεπήναντος δὲ τοῦ πατρὸς, καὶ πληγὰς ἐντείναντος, τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν, καὶ ἐγκαρτερήσας, τοῦτο ἔφη μεμαθηκέναι, φέρειν ὀργὴν πατρός.

Vide me supra ad VIII. 9. Perizonius.

2. Δείξειν) h. e. *se id declaraturum re ipsa, ipso opere.* Sic enim δεικνύειν et ἐπιδεικνύειν significat rei ipsius specimen edere. Mox cap. 36. ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο, *specimen artis suae dabat, ostentabat.* Periz.

ΚΕΦ. λδ.

Περὶ τῶν πολυτελῶς ἠσθημένων.

Διογένης εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθὼν, καὶ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει [1] Ῥοδιακούς τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἠσθημένους, γελάσας ἔφη, τύφος τοῦτό ἐστι. Εἶτα περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν [2] ἐξωμίσι φαύλαις, καὶ ῥυπώσαις·

1. Ῥοδιακούς τινας) Opulenti erant Rhodii, et ideo in luxuriam prolapsi. Hinc apud Plutarch. περὶ φιλοπλουτίας, Stratonicus ἐπέσκωπτεν Ῥοδίους εἰς πολυτέλειαν, οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους, *irridebat Rhodios sumtuosae magnificentiae nomine, aedificare eos dicens, tanquam aeternum victuros, coenam instruere tanquam breui morituros.* Perizonius.

2. Ἐξωμίσι) Ἐξωμίδες dicebantur *tunicae substrictae et breues, citra humerum desinentes,* vt ait Gellius VII. 12. Ita autem tunicae hae apud Romanos *desinebant citra humerum,* vt tantum tegerent ipsum corpus superius, et humeri exstarent ex iis nudi cum brachiis. Opponuntur enim istic *tunicis chiridotis,* hoc est, manuleatis. Hesychius ait fuisse tunicam simul et pallium, quia vtriusque vsum praebebat, seu quia simul cingebatur vt tunica, et reliqua pars circumiiciebatur vt pallium, eaque causa comicos de hoc vestimento modo dicere *indue,* modo *circumiice.* Similiter Eustathius ad Hom. Iliad. Σ. p. m. 1226. ex Aelio Dionysio, ἐξωμὶς, χιτὼν ἅμα, καὶ ἱμάτιον τὸ αὐτό. Nempe erat ἐξωμὶς apud Graecos duplicis vsus, et proprie χιτὼν ἑτερομάσχαλος, hoc est, quae vnam tantum habebat manicam, vide Pollucem lib. VII. et schol. Aristoph. ad vespas p. 460. Addunt omnes, fuisse vestimentum *seruile.* Schol. d. l. ἐξωμίδες interpretatur ἱμάτια δουλικὰ καὶ ἑτερομάσχαλα. Hesych. ἔξωμος (l. ἐξωμὶς) χιτὼν δουλικός. Disertius Pollux VII. 13. χιτὼν δὲ ἀμφιμάσχαλος ἐλευθέρων σχῆμα, ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν, dein statim subiicit, ἡ δὲ ἐξωμὶς καὶ περίβλημα ἦν, καὶ χιτὼν ἑτερομάσχαλος. Adde Hesychium in ἑτερομάσχαλος. Reluctari videtur Suidas, qui ait *tunicam* esse *liberalem, non tegentem brachia, et vilem:* σημαίνει χιτῶνα ἐλευθέριον, οὐκ ἐπισκεπάζοντα τοὺς βραχίονας, εὐτελῆ. Sed nullus dubito, legendum istic ἀνελεύθερον, hoc est, *illiberalem, sordidam, seruilem.* Nam licet etiam liberi quidam, et maxime antiquioris temporis, aut seuerioris populi, ea tunica fuerint vsi, non tamen ideo Suidas,

³ ἄλλος (εἶπεν) οὗτος τῦφος.

qui interpretatur hoc vocabulum ex illo vsu et sensu, quem Athenis habebat tempore iam Aristophanis, sicuti diserte *Atticum* esse dicit, appellaret illud ita simpliciter ἐλευθέριον, quasi *liberorum* et *liberalium hominum proprium*, quum insuper addat certioris expositionis gratia, fuisse εὐτελῆ, *vilem*. Sed et apud Aristophanem in vespis d. l. manifeste de seruili vestimento adhibetur. Nam serui istic, qui dominum suum domi vinctum tenebant, dicuntur obliti τῶν ἐξωμίδων, quas ipsis seruis dominus emere solebat. Senibus tamen tribuitur apud eundem in Lysistr. pag. 879. forte, vt significetur antiquiori quoque tempore Athenienses ciues, aeque ac Romanos et Laconas, tali tunica vsos. Verba sunt: ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐκδυώμεθ', ὡς τὸν ἄνδρα δεῖ ἀνδρὸς ὄζειν εὐθὺς, ἀλλ' οὐκ ἐντεθριῶσθαι πρέπει, *sed exomidem exuamus, sicuti virum decet statim et recta redolere virum, non autem inuolui vestimentis*. At vero *exomides* non inuoluebant homines, sed expeditos reddebant ad labores qualescunque, nudatis scilicet brachiis, praesertim dextro. Putem ideo legendum istic ἐπωμίδ', quod erat εἶδος περιβολαίου, *genus amiculi*, vt Suidas ait: vel vt schol. Eurip. ad Hecubam 558. εἶδος ἐνδύματος, *genus tunicae*. Pollux d. l. *mulieribus* tribuit, sicuti et Euripides ipse. Id vero nihil impedit, quo minus et *senibus* detur, qui tamen, vt *viri* denuo esse viderentur, abiiciunt *epomidem*. Ceterum sicuti hic Lacedaemonii gestasse dicuntur *exomidem*, sic faciebant et cynici. Vide Salmasium ad Tertull. de pallio pag. 255. Et veteres Romani, vt testatur Gellius d. l. et ex vita Catonis maioris constat, quem ait Plutarchus *initio vitae*, quum ex foro rediisset in praedium suum, aestate nudum, at hyeme, sumta exomide, cum seruis opus fecisse. Illa vero *exomis* Romanorum non eadem fuit, opinor, quae Atticorum ἑτερομάσχαλος, sed in eo conueniebat cum illa, quod haberet τὸν ὦμον ἔξω, *humerum nudatum*, sed vtrumque, et brachia expedita ad opus faciendum. Perizon.

3. Ἄλλος) Sic pene, sed argutius, huic ipsi Diogeni, conculcanti Platonis stragulas, ac dicenti, *calco Platonis fastum*, πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον, respondit Plato, ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες, *at alio fastu, o Diogenes*, apud Laert. in Diogene num. 26. Vbi vide Menagium. Perizon.

ΚΕΦ. λε.

Περὶ Ἀντισθένους μεγαλοφροσύνης ἐπὶ διεῤῥωγότι ἱματίῳ.

¹ Ὁ δὲ Σωκράτης, ἰδὼν τὸν Ἀντισθένη τὸ διεῤῥωγὸς ἱματίου μέρος ἀεὶ ποιοῦντα φανερόν· οὐ παύσῃ (ἔφη)

1. Ὁ δὲ Σωκράτης) Refert hoc ipsum etiam Diogenes Laert. in Socrate, et Antisthene, sed ita, στρέψαντος Ἀντισθένους τὸ διεῤῥωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τοὐμφανὲς, ὁρῶ σου, ἔφη, διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν, vel φιλοδοξίαν, *cum Antisthenes obuerteret laceratam pallioli partem in propatulum, dixit Socrates, video per pallium tuam inanis gloriae affectationem*. Fuit autem *Antisthenes* praeceptor Diogenis, vide infra X. 16. Auctor primus sectae cynicae, ac perae gestandae. Vide Laertium. Perizon.

ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν;

2. Ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν) Recte vertitur, *ostentare teipsum nobis*. Vt adeo mirer, in indice dici, *interpretem longius discedere*. Similiter Epictetus enchir. cap. 70. μὴ καλλωπίζε ἐπὶ τότῳ, *ne ostentes te*, aut *effer te, ob id ipsum*. Perizon.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ Ἀντιγόνε, καὶ ψάλτε.

[1]Ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο. Τῦ δὲ πολλάκις λέγοντος· [2] τὴν νήτην ἐπίσφιγξον, εἶτα πάλιν, τὴν μέσην· ὃδε ἀγανακτήσας ἔφη, μὴ γένοιτό σοι ὕτω κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμῦ ταῦτα ἀκριβῦν μᾶλλον.

1. Ψάλτης Ἀντιγόνῳ) Vertebatur *psaltes*, sed latinius fore, si vertatur *citharista*, monuit me vir excellentissimus, Ezech. Spanhemius. Et sane nec ego vsquam mihi occurrisse memini in latinis scriptoribus τὸ *psaltes*. Glossae tamen gr. lat. ψάλτης *nablio*, *psalta*. Et apud Gruter. inscript. 331. 2. *Ibycus psaltes*. Ceterum Plutarch. id respondisse citharistam *Philippo* tradit variis in locis. Vide praeter citata a Scheffero, etiam sympos. II. 1. Perizon.

2. Τὴν νήτην ἐπίσφιγξον) Νήτη notat in musicis infimam chordam. Opponitur enim ὑπάτη, ac ponitur pro νεάτη. Hinc Plutarchus in Platonicis quaest. pag. 1008. ἡ γὰρ κάτω νεάτη προσαγορεύεται τάξις, *inferior positio appellatur* νεάτη: quum paulo ante dixisset, τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον, *supremum et primum antiqui* ὕπατον *appellabant*. In cithara autem νήτη acutum maxime edebat sonum. Vnde idem ibid. *mediam chordam* ait *sonare* ὀξύτερον μὲν ὑπάτης, βαρύτερον δὲ νήτης, *acutius summa chorda, at grauius ima*. Vide etiam Plutarchum *de musica*, et *de animae procreatione*, praeter musices auctores a Meibomio editos, maxime Euclidem, Nicomachum, vel Alypium. Perizon.

ΚΕΦ. λζ.

Πῶς ὁ Ἀνάξαρχος Ἀλέξανδρον, ἑαυτὸν ἐκθειῦντα, ἐγέλασεν.

Ἀνάξαρχος, [1] ὁ ἐπικληθεὶς εὐδαιμονικὸς, κατεγέλα

1. Ὁ ἐπικληθεὶς εὐδαιμονικὸς) Secta fuit philosophica, sic dicta ἀπὸ διαθέσεων, hoc est, *a constitutione, statu, habitu animi, vel vitae*, teste Diog. Laert. in prooem. n. 17. Huius sectae auctor vel praecipuus videtur fuisse hic Anaxarchus, vt ex Galeno ac Theodoreto ostendit Kuhnius. Atque ideo haec appellatio illi potissimum, et pene quasi proprium tribuitur cognomen. Nec enim ita Aelianus tantum, sed et Diog. Laert. in eius vita, ἔτος διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ εὐκολίαν τῦ βίυ εὐδαιμονικὸς ἐκαλεῖτο, *hic propter summam animi tran-*

Ἀλεξάνδρε, ἑαυτὸν ἐκθεῦντος. Ἐπεὶ δὲ ἐνόσησέ ποτε Ἀλέξανδρος, εἶτα προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἰατρὸς ῥόφημα σκευασθῆναι, γελάσας ὁ Ἀνάξαρχος, τε μέν τοι θεε ἡμῶν (εἶπεν) [2] ἐν τρυβλίῳ ῥοφήματι αἱ ἐλπίδες κεῖνται.

tranquillitatem et facilitatem vitae vocabatur eudaemonicus. Vide ibi Menagium. Et sane magnam ille ἀπάθειαν in infelicissimo vitae exitu apud Nicocreontem, quum in mortario contunderetur, declarauit, vt videre est apud Laertium et Valerium Max. Ceterum Athenaeus eum describit tanquam infamem Alexandri M. adulatorem, siquidem, quum aliquando vehementer tonuisset, omnibus exterritis, dixerit, μήτι σὺ τοιοῦτο ἐποίησας, Ἀλέξανδρε, ὁ τε Διός; *numquid tu hoc faciebas, Alexander, fili Iouis?* Sed vix dubito, quin et illud irridens vel ioco dixerit, aeque ac hocce, quod noster refert. Lucianus tamen de parasito pag. 365. itidem Anaxarchum hunc apud Alexandrum, *egisse parasitum* affirmat. Reposui autem ex MStis et priscis edd. ἐκθεῦντος. Perizon.

2. Ἐν τρυβλίῳ ῥοφήματι) Lugd. aeque ac B. et C. Parisienses, τρυβλίῳ. Potest vulgata satis ferri ac defendi. Nec tamen absurdum, quod coniecit Schefferus, illud ῥοφήματι esse ex glossa ortum, adscripta, per modum interpretandi, voci τρυβλίῳ, et sic vtrumque in textum deuenisse, et dein corruptioni vocis τρυβλίῳ in τριβλίῳ dedisse causam. Periz.

ΚΕΦ. λη.

Περὶ Ἀλεξάνδρε, καὶ τῆς τε Πάριδος λύρας.

Ὁ μὲν Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἴλιον ἦλθεν· [1] ἀνασκοπεῦντι δὲ αὐτῷ φιλοπόνως, τῶν τις Τρώων προσελθὼν τὴν λύραν ἐδείκνυεν Ἀλεξάνδρε. Ὁ δὲ ἔφη, προτιμησαίμην ἂν μᾶλλον ἰδεῖν τὴν Ἀχιλλέως, [2] ὑπέρ γε τὴν Ἀλεξάνδρε.

1. Ἀνασκοπεῦντι) hoc est, *omnia vsquequaque diligenter perlustranti et consideranti.* Sic Dionys. Halic. lib. X. de primis decemuiris, μετὰ πάσης ἀνασκοπεῦντες ἕκαστα ἐπιεικείας τε καὶ δικαιοσύνης, *cum omni aequitate et iustitia considerantes singula in indicando.* Ceterum Lugdun. variis hic modis a recepta lectione recedit. Legit enim εἰς τὴν Ἴλιον ἐλθὼν ἀνασκοπεῦντα αὐτὸν φιλοπόνως. Regius quoque num. 3064. ἀνασκοπεῦντα δὲ αὐτὸν: atque ita et num. 3132. in margine, quod ferri sane potest. Perizon. — Cum regiis codd. consentit Medic. 3. a prima manu.

2. Ὑπέρ γε τὴν Ἀλεξάνδρε) Nihil profecto rationis reperio, cur maluerit Faber ἤπερ, quam ὑπὲρ. Tuetur vulgatam Lugd. nisi quod habet τε Ἀλεξάνδρε. Male. SedSluiskmire variat, dum scriptum reliquit ὑπέρευ cum suprascripto γ, quasi voluisset, ὑπερεῦγε τοῦτο Ἀλεξάνδρε. Accedit regius Strategi, qui diserte id praefert. Regius vero n. 3132. ὑπερεῦ τοῦτο Ἀλέξανδρος. Quorum hic, vt videtur, sensus est, *pulcherrime hoc Alexandri*, scilicet dictum sese habet, vel *Alexander*, scil. dixit. Atque ita, quod in vulgata de Alexandro Paride est intelligendum, hic referendum foret

Ἐπόθει γὰρ κτῆμα ἀγαθοῦ στρατιώτου, ᾧ συνῆδεν ἐκεῖνος [3] τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κλέα. Τοῦ δὲ Πάριδος τί ἄρα ᾖσεν ἡ λύρα, εἰ μὴ μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας καὶ θέλγειν;

ad Alex. Macedonem. Responsum autem hoc Alexandri habet etiam Plutarchus de fortuna vel virtut. Alex. pag. 331. et Stobaeus serm. 48. Sed tamen vterque ab se inuicem et ab nostro abeunt paululum diuersi. Simile autem fuit responsum Octauiani apud Suetonium ad Alexandrinos, qui, quum ille vidisset corpus Alexandri, etiam Ptolemaeos ipsi monstrare volebant. Ille vero spreuit eos, addens, *regem se voluisse videre, non mortuos*. Periz. — Et Med. 3. ὑπέρευγε τοῦτο Ἀλέξανδρος. Sic et edidit A. Gronou. distinctione maiori ante ὑπέρευγε posita. Occurrit vox, laudante Gronouio, in Euseb. lib. III. de vit. Constant. cap. 61. ἀλλ' ἡ σὴ σύνεσις ὑπέρευγε πεποίηκε. Gronouium secuta est edit. Basil.

3. Τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κλέα) Vere hic monuit Schefferus, esse ea ex Homero sumta, qui non Achillem modo, sed et alios inducit canentes res illustres fortium virorum. Sic in conuiuio Phaeacum excitabatur cantor ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν, *vt cantaret illustria facta virorum*. Hesiodus quoque Θεογ. 100. poetam inducit et cantorem; κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων ὑμνήσαντα. Sic Cretenses discere iubebant pueros suos τὰ τῶν ἀγαθῶν ἐγκώμια. Vide supra II. 39. De Celtis similia habet noster XII. 23. Periz.

ΚΕΦ. λθ.

Περὶ γελοίων καὶ παραδόξων ἐρώτων.

Πῶς δὲ οὐκ ἂν φαίη τις γελοίους ἅμα, καὶ παραδόξους τούσδε τοὺς ἔρωτας; [1] Τὸν μὲν Ξέρξου, ὅτι πλατάνου ἠράσθη. Νεανίσκος δὲ Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων [2] πρὸς τῷ πρυτανείῳ ἀνδριάντος ἑστῶτος τῆς ἀγαθῆς

1. Τοὺς μὲν Ξέρξου) Vitii aliquid contraxit hic locus. Quorsum enim τοὺς plurale de vno exemplo? Oportune ergo Sluisk. τὸν μὲν Ξέρξην, ὅτι. Neque aliter regius codex Strategi, quod minime reiiculum prorsus. Nam agere videtur de ipsis amantibus, et ideo sequitur continuo, Νεανίσκος δέ. Quapropter etiam pro ἔρωτας legere possis vnica tantum litera inserta ἐρῶντας, *amantes*. Sed malui tamen simpliciter τὸν μὲν Ξέρξου. Τοὺς hic ortum videtur vel repetitum ex superioribus, sed in iis generatim loquitur auctor de *amoribus*, quos hic singulatim exponere incipit. De stulto autem hoc Xerxis amore, vel nimia admiratione platani in Lydia, vide supra II. 14. Periz.

2. Πρὸς τῷ πρυτανείῳ) Πρυτανεῖον erat curia, seu βουλευτήριον, sic dictum ab eo, quod πρυτάνεις istic congregabantur. Nam quod veteres Graeci, et Etymologicon M. ac Vossius, aliique, dictum putarunt, quasi πυροταμεῖον, siue ab *ignis*, πῦρ, qui ibi erat perpetuus, siue a *frumentum*, πυρὸς, quoniam istic bene meritis cibus et victus dabatur, inane est et longe nimis petitum. Vsitata est deriuandi analogia,

τύχης

τύχης θερμότατα ἠράσθη. Κατεφίλει γοῦν τὸν ἀνδρι-

vt a magiſtratu, vel coetu magiſtratuum, qui *πρυτάνεις* dicebantur, locus, vbi illi conuenire ſunt ſoliti, *πρυτανεῖον* dicatur. Et erat *πρυτανεῖον* proprie *βουλευτήριον*, *curia magiſtratuum*, ſeu *prytanum*. Manifeſtum id ex antiquiſſimo et Atticorum principe ſcriptore, Thucyd. qui II. 15. Athenienſes ait, a Cecrope vsque ad Theſea, habitauiſſe ſparſos per varia oppidula, quae habuerint ſua *πρυτανεῖά τε καὶ ἄρχοντας*, *curias et magiſtratus*. At mox addit, Theſea ſuſtuliſſe aliorum oppidorum *τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς*, et in vnam Athenarum vrbem coegiſſe omnes, et iſtic omnibus conſtituiſſe *ἓν βουλευτήριον καὶ πρυτανεῖον*. Clariſſimum ex his, *βουλευτήριον* et *πρυτανεῖον* promiſcue poni, idem ſignificare, et pariter tribui *τοῖς ἄρχουσι*, magiſtratibus. Similiter plane Plutarch. in Theſeo. Recte igitur ſchol. Thucydid. *πρυτανεῖον* tradit *οὕτως καλεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθευτο οἱ πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταὶ*, *ſic vocari, quoniam illic ſedebant prytanes, totius reip. adminiſtratores*. Nempe prytanes erant Athenis quinquaginta illi ſenatores vniuscuiusque tribus, ſeu decima pars annui quingentorum ſenatus, qui per decimam quoque anni partem praeerant illi ſenatui, et *omnia ab ſenatu decreta gerebant et exſequebantur*. Sic enim Suidas *πρυτάνεις* exp. *οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα*. Sed legendum iſtic *ταττόμενα*, hoc eſt, *decreta*, ex Harpocratione conſtat, vnde illa ſumſit Suidas. Idem in *πρυτανεύσητε* ait, *πάντα γὰρ ὑπὸ τῶν πρυτανέων διεπράττετο*, *omnia enim a prytanibus gerebantur* in rep. Athen. At in aliis Graeciae, et maxime Aſiaticae, vrbibus deſignabantur hoc vocabulo ſummi plerumque magiſtratus. Notiſſimi ſunt *prytanes* Corinthiorum, Rhodiorum, atque aliorum, quos memorauit iam Caſaubonus ad Athen. XV. 19. Hinc ſimpliciter pro ſummo magiſtratu reperias paſſim poſitam hanc vocem. Ariſtoteles polit. V. 5. tyrannides docet ortas etiam ex maiori poteſtate magiſtratui quibusdam in ciuitatibus conceſſa, et ita Mileti ortam *ἐκ τῆς πρυτανείας· πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ πρύτανις*, *multarum enim erat et magnarum rerum dominus prytanis*. Epictet. cap. 26. ſummorum magiſtratuum in diuerſis vrbibus nomina quaedam commemorans, *στρατηγὸν* ait, *πρύτανιν ὕπατον*. Sed et transfertur hoc vocabulum ad principatum in aliis rebus et artibus denotandum, vt dicatur etiam ex. gr. *πρύτανις πλούτου καὶ σοφίας*, *prytanis opum et ſapientiae*: de quo vocis vſu, ne bene ab aliis iam dicta repetamus, vide illuſtr. Spanhemii diſſert. doctiſſim. de Veſta et prytanibus § vlt. Vnde autem *prytanes* dicti ſint, incertum. Nam cum Voſſio velle a *prytaneo* deriuare, ineptum eſt. Martinius a *πρῶτος*, *primus*, deducit, ſed neque illud vllam habet veri ſpeciem. Crediderim ergo, quia in graeca lingua, quae quidem nobis ſupereſt, nullam habemus opportunam ſatis et analogicam vocis originem, recurrendum ad orientem. Iſtic autem proceres ſeu principes gentis dicebantur פרתמים *partemim*. Sic apud Daniel. I. 3. Nebucadnezar praecepit principi aulicorum, vt ſeligeret praeſtantiſſimos pueros Iudaeorum *ex ſemine regio, et ex ſemine illorum partemim*. Habemus in hac voce eandem pene ſignificationem, et easdem plane literas radicales, quarum in deriuationibus vnice habenda eſt ratio. Reliquae enim ſeu extremae ſunt vtrobique flexionum ſeu terminationum literae. Ceterum in prytaneis his Graeciae erat *κοινὴ ἑστία*, inque ea ignis perpetuus. Ratio eſt, quia erat proprie publica domus in medio vrbis ſita, vt oportebat communis omnium

αὐτᾷ περιβάλλων, εἶτα ἐκμανεὶς καὶ οἰστρηθεὶς ὑπὸ τοῦ πόθου, παρελθὼν εἰς τὴν βουλὴν, καὶ λιτανεύσας, ἕτοιμος ἦν πλείστων χρημάτων τὸ ἄγαλμα πρίασθαι. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθεν, ἀναδήσας πολλαῖς ταινίαις, καὶ στεφανώσας τὸ ἄγαλμα, καὶ θύσας, καὶ κόσμον αὐτῷ περιβάλλων πολυτελῆ, εἶτα ἑαυτὸν ἀπέκτεινε, [3] μυρία προσκλαύσας.

commodi causa, et quia apud hanc κοινὴν ἑστίαν sacra faciebant, non sacerdotes, sed ipse summus magistratus, siue is esset; aut diceretur, *rex*, *archon*, siue *prytanis*. Docuit id nos Aristot. polit. VI. 18. sed qui locus a doctissimis interpretibus minime, et ne grammatice quidem, est intellectus. Verba sunt: ἐχομένη δὲ ταύτης scil. ἐπιμέλεια, ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. Καλοῦσι δὲ οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις. Acceperunt Lambinus et Heinsius haec ita, quasi illud ἔχουσι verbum esset, quum certissime sit participium. Vertunt enim ille, *quae minime sacerdotibus tribuit lex, sed a communi Vesta nacta sunt honorem*. Heinsius vero, *quaecunque lege non sunt sacerdotibus attributa, sed honorem a communi genio sortiuntur*. Vnus Victorius veram hac parte vidit sententiam, qui ita ista reddidit, *huic proxima ea curatio est, quae ad sacrificia publica excepta et reseruata est; ea dico, quae non sacerdotibus a lege assignantur, sed iis, qui hunc honorem a communi ciuitatis foro, et totius vrbis lare consequuntur*. Mihi οἱ ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχοντες τὴν τιμὴν sunt illi, qui curiae publicae seu prytaneo praesunt, ad quorum curam *pertinebant publica sacra, quae lex non assignauerat sacerdotibus*, quibus hic opponuntur: quae etiam cura fuit olim summorum magistratuum, immo ipsorum regum. Sed et res manifesta ex eo, quod addit Aristoteles, vocari eos in aliis ciuitatibus *archontes*, in aliis *reges*, in aliis *prytanes*, quae omnia sunt vere summorum magistratuum apud Graecos nomina. Quia vero in prytaneis erat κοινὴ ἑστία, ideo etiam in iis publicus dabatur cibus bene meritis de patria. Quod adeo vsitatum fuit apud Graecos, vt ideo prytaneum saepe ab hoc solo describatur. Liuius XLI. 20. *Cyzici in prytaneum, id est, penetrale vrbis, vbi publice, quibus is honos datus est, vescuntur*. De hoc autem Atheniensium *prytaneo*, vide Meursium Athenis Att. I. 8. Periz.

3. Μυρία προσκλαύσας) Optimo sensu. Non praetereundum tamen censui, quod in Sluisk. reperi μυρία προσκαύσας, *quamplurima secum in rogo comburens*. Sed vulgatum ego tamen longe praefero. Periz.— Arridet Abreschii coniectura, ad *Philippi Cattieri Gazophyl. Graec. Traiect. ad Rhen.* 1757. 8. p. 88. prolata, dubium esse iudicantis, sitne in hoc Aeliani loco προκλαύσας legendum, an defendenda vulgata. In ratione vero huius verbi explicandi liceat mihi a viro laudato dissentire. Nolim enim praepositioni πρὸ h. l. notionem τοῦ *palam, manifesto*, tribuere, quamuis haud negem, illam alias compositis hanc vim inferre posse, v. c. Euripid. Phoen. 1521. αἴλινον αἰάγμασιν ἃ τοῖς δὲ προκλαίω, quam tamen lectionem, etiam a scholiaste expressam, Ios. Barnes. in προσκλαίω abire iussit: Iulian. Caesar. extr. ἵνα

[4] Γλαύκης δὲ τῆς κιθαρῳδοῦ οἱ μὲν φασὶν ἐρασθῆναι κύνα, οἱ δὲ κριὸν, οἱ δὲ χῆνα. Καὶ ἐν Σόλοις δὲ τῆς Κιλικίας, παιδὸς, Ξενοφῶντος, ἠράσθη κύων· [5] ἄλλου δὲ ὡραίου μειρακίου ἐν Σπάρτῃ κολοιός.

καὶ τὸν υἱὸν ἰυγῶν ἀναφερόμενον καὶ προσαγορεύοντα (male enim exhibetur προσαγορεύοντα monente iam Sylburgio) πᾶσιν, — σφόδρα ἄσμενος ἐνέτυχεν αὐτῷ. Sensus potius nostri auctoris videtur esse, *sibi ipse, multis antea lacrymis profusis, manus intulit violentas.*

4. Γλαύκης) Celeberrima fuit haec citharistria apud regem, Ptolemaeum Philadelphum, vt discimus ex Plinio X. 22. et nostro histor. anim. VIII. 11. Hinc Plutarchus de Pythia, περὶ τοῦ μὴ χρᾶν etc. τάχα δὴ μεμψόμεθα τὴν Πυθίαν, ὅτι Γλαύκης οὐ φθέγγεται τῆς κιθαρῳδοῦ λιγυρώτερον, *forte etiam reprehendemus Pythiam, quod non loquatur suauius Glauce ad citharam canere solita.* Amauit autem illam, vt aiunt, in Chio anser, in Aegypto aries. Vide nostrum histor. anim. V. 29. et VIII. 11. Ceterum totam hanc capitis partem repetiit noster ex hist. anim. I. 6. Periz.

5. Ἀλλ' οὐδὲ ὡραίου) Corrigit Schefferus ista, legens ex hist. anim. I. 6. ἄλλου δὲ ὡραίου, *nihilque certius* pronunciat. Probat illam crisin Faber. Et quis non probaret? Kuhnius tamen nescio qua, friuola profecto ratione, vulgatum tuetur. Nempe quum auctor histor. anim. non tamen, vt ait, I. 11. sed VIII. 11. tradat animalibus insitum esse, non ex suo tantum, sed et ex alieno genere, amare, modo formosum id sit, putat ergo, eum hic notatu dignum habuisse, quod graculus *ne formosum quidem puerum amauerit.* At vero sicuti in hist. anim. I. 6. editur, sic etiam hic vno consensu legunt MSti, Sluisk. et Lugd. qui ceteroquin in diuersa abeunt, quando variant codices. Adde regios omnes. Sed et tantum abest, vt id notatu adeo dignum censuerit noster, si bestia hominem non formosum amet, vt diserte id θαῦμα ἰδεῖν dicat histor. anim. IV. 56. vbi a phoca amatus traditur piscator αἴσχιστος, *maxime deformis,* qui tamen ταῖς φώκαις ὡραιότατος ἔδοξε, *formosissimus phocae videbatur.* Periz.

ΚΕΦ. μ.


Περὶ κυβερνητῶν τῶν Καρχηδονίων νεῶν.

Ὅτι Καρχηδόνιοι δύο κυβερνήτας εἰσῆγον εἰς τὴν ναῦν, ἄτοπον λέγοντες εἶναι, [1] δύο μὲν πηδάλια ἔχειν, τὸν δὲ

1. Δύο μὲν πηδάλια ἔχειν) Disertissimus est hic locus, ex quo liquet vsitatum fuisse et ordinarium plane, vt nauis duo habeat *gubernacula.* Quod si animaduertissent vel sciuissent viri cetera doctissimi, Th. Beza, et Lud. de Dieu, non ita haesitassent in eo, quod Actor. XXVII. 40. naui, qua vehebatur Paulus, tribuuntur πηδάλια in plurali, quum tamen *vnius nauis plura non fuerint gubernacula.* Sed contrarium satis iam docuere Grotius, Schefferus, et denique Graeuius ad Hesiod. ἔργ. 45. Erant autem haec gubernacula pariter in puppi, nisi naues essent biprorae, vel ἀμφίπρυμναι, quarum prora et puppis

λυσιτελέστατον τοῖς ἐμπλέουσι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τῆς νεώς, [2] ἔρημον εἶναι καὶ μόνον διαδόχου καὶ κοινωνοῦ.

singulae habebant vsum vtriusque, de quibus vide Tacitum ann. II. 6. et ibi Lipsium. Quod ceteroqui fuerint pariter in puppi vel eius dextro et sinistro latere, patet clarissimum in modum ex naui Argo, seu eius parte, a puppi ad malum, quae in coelum fingitur relata, prout illa describitur ab Hygino fab. 14. extr. *habet stellas in puppe quatuor, in gubernaculo dextro quinque, in sinistro quatuor.* Vide ibi doctiss. Munkerum. Et in poet. astronom. III. 36. *haec habet in puppi ad singula gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor, circum caridam quinque.* Habes etiam istic expressam puppis illius cum duobus gubernaculis, ac singulorum stellis figuram, quam Grotius in antiquissimo codice phoenomenon Arateorum Germanici, literis romanis, seu capitalibus scripto, inuenit, et nos hic etiam exhibemus. Perizon.



2. Ἔρημον εἶναι καὶ μόνον) Glossema pronunciat Faber illa, καὶ μόνον. Sed temere prorsus, quum editi et MSti pariter ea agnoscant. Et, ne quis ea ταυτολογίας insimulet, distincta videtur significatio, et diuisa in sequentia διαδόχου καὶ κοινωνοῦ: scil. ἔρημον διαδόχου, καὶ μόνον κοινωνοῦ. Sic passim μονοῦσθαι *destitui socio* vel *adiutore.* Aristot. ethicis lib. vlt. cap. 2. πᾶν γὰρ μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον ἢ μονούμενον, *omne enim bonum, cum alio bono coniunctum, praestantius est eo, quod alio est destitutum.* Thucyd. V. 78. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι ὡς μεμονωμένοις τοῖς Λακεδαιμονίοις παρεσκευάζοντο μάχεσθαι, *et Argiui parabant se ad pugnam; cum Lacedaemoniis, tanquam desertis* a suis scil. sociis. Schol. exp. ἐρήμοις συμμάχων. Sed et noster infra XIII. 26. haec duo iterum iungit, Διογένης ἔρημος ἦν, καὶ μόνος ἀπέῤῥιπτο. Perizon. — Perizonium, qui contra Fabrum haec verba, καὶ μόνον, non e glossemate in textum irrepsisse contendit, iuuat quoque Plato, qui in Timaeo pag. 34. iungit voces μόνος καὶ ἔρημος. Earundem connubium adamat Heliod. Aethiop. V. 2. pag. 270. ἐγὼ δὲ μόνη καὶ ἔρημος. VI. 8. pag. 336. Χαρικλεία δὲ μόνη καὶ ἔρημος.

ΚΕΦ. μα.

Περὶ Παυσανίȣ καὶ Σιμωνίδȣ.

Ἐν τινι, φασὶ, συνδείπνῳ παρῆν Σιμωνίδης ὁ Κεῖος, καὶ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος. Προσέταξεν ȣ̓ν ὁ Παυσανίας τῷ Σιμωνίδῃ σοφόν τι εἰπεῖν. Ὁ δὲ γελάσας ὁ Κεῖος, μέμνησο (εἶπεν) ἄνθρωπος ὤν. Τȣ̃το παραχρῆμα μὲν ἐξεφαύλισε Παυσανίας, καὶ παρ' ȣ̓δὲν ἔθετο, [1] ὑποτυφόμενος ἤδη εἰς τὸν τοῦ μηδίζειν ἔρωτα, καὶ μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῇ πρὸς βασιλέα ξενίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ὑπὸ τȣ̃ οἴνȣ παραφερόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἦν [2] πρὸς τῇ

1. Ὑποτυφόμενος ἤδη εἰς τὸν τȣ̃ μηδίζειν ἔρωτα) Vertebatur in edd. omnibus, *captus iam superbia, ea quod ad Medorum partes se applicuisset.* At hunc sensum si voluisset auctor, dixisset ἐπὶ τῷ ἔρωτι. Sic supra III. 28. τετυφωμένες ἐπὶ τῷ πλȣ́τῳ. Vidit iam Gesnerus parum belle haec versa, atque ideo margini adscripsit, *medicum quiddam iam spirans, aut veluti fumigans amore erga Medos concepto.* Longe id melius. Ego tamen simpliciter verto, *fastu* vel *vanitate quadam accensus iam tacite in studium Medorum*, vnde multa sibi pollicebatur, vel, *quum iam inciperet studere partibus Medorum.* Etenim τύφεσθαι notat proprie, *vri, incendi.* Suidas τύφεται, καίεται. Diod. Sicul. lib. III. τύφȣσι τὸν ἐν αὐτῇ χόρτον, *incendunt foenum quod in ea est.* Transfertur inde ad animum hominis. Sic Herodian. VI. 5. extr. τόν τε Πέρσην εἰς ἐλπίδα μειζόνων πραγμάτων ἐτύφωσε τηλικȣ́των ἔργων εὐπραγία, *tanta felicitas excitauit, incendit, Persam in spem rerum maiorum.* Similiter compositum. Suidas, ὑποτυφȣ́σης, ὑποκνιζȣ́σης, ὑποκαιȣ́σης. Adfert dein verba vetusti scriptoris, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τῆς διηγήσεως ὑποτυφȣ́σης τȣ̀ς ἀκȣ́οντας, *sed paulatim narratione illa accendente*, seu *inflammante, auditores.* Hinc vero ponitur tandem etiam pro eo, quod *clam, tacite, incipit* et *exoritur.* Suidas in eadem voce adfert hoc sensu, ὑποτυφομένη ἤδη ἐκ πολλȣ̃ δυσμένεια, *simultas iam dudum subnascens.* Imp. Iulianus orat. I. pag. 13. ὑποτυφομένȣ ἤδη τȣ̃ πολέμȣ, *paulatim iam exoriente bello.* Periz.

2. Πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ) *In Chalcioeco*, ita vertunt. At auscultare etiam hinc debuissent Gesnero, qui in margine suae ed. censuit vertendum *in Mineruae Chalcioeci aedes.* Proprie graeca notant *apud Chalcioecum* deam, sed quorum sensus est, *in aede istius deae.* Etenim Χαλκίοικος, non nomen loci aut templi, sed cognomen ipsius deae, seu Mineruae, quae apud Lacedaemonios in praecipuo colle vrbis templum habebat, vt nonnulli tradunt, aereum, vel, vt alii, a Chalcidensibus exstructum. Suidas Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ. Hinc passim apud Graecos τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκȣ. Sed et pene, vt noster, Plutarchus in Lycurgo, κατέφυγε πρὸς τὴν Χαλκίοικον, *confugit ad Chalcioecum* deam, h. e. in eius templum. Nam ita idem in apophth. Lacon. de Agide, εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκȣ Ἀθηνᾶς καταφυγών. Sic ergo accipio et Liuium, quasi per modum interpretationis dicentem XXXV. 36. *Aetoli circa Chalcioecon (Mineruae est templum*

Χαλκιοίκῳ, καὶ διεπάλαιε τῷ λιμῷ, καὶ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν ἀνθρώπων ἀλγεινότατα, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη τῦ Σιμωνίδυ, καὶ ἐξεβόησεν εἰς τρὶς, ὦ ξένε Κεῖε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος συ, ἐγὼ δὲ ὑπ' ἀνοίας ὐδὲν αὐτὸν ᾤμην εἶναι.

aereum) *congregati caeduntur.* Nam *circa Chalcioecon* reuera idem est, quod circa templum Chalcioeci. Vide et Corn. Nepotem in Pausania, atque ibi Lambinum: vt et Meursium in miscell. Lacon. I. 3. Perizon.

ΚΕΦ. μβ.

Περὶ Ἀρταξέρξυ, καὶ Δαρείυ.

Ἀρταξέρξυ ἀποκτείναντος τὸν πρεσβύτερον υἱὸν, Δαρεῖον ἐπιβυλεύοντα, ὁ δεύτερος, [1] ἀξιῦντος τῦ πατρὸς, σπασάμενος τὸν ἀκινάκην, ἑαυτὸν πρὸ τῶν βασιλείων ἀπέκτεινεν.

1. Ἀξιῦντος τῦ πατρὸς) Imme vero Ochi dolis et fraudibus, filii natu minimi, ad mortem adactus est. Subinde enim Ochus subornabat homines, qui patris, omnium ignari, iram filio huic secundo nunciarent atque asseuerarent. Et ita ille tandem sibi necem consciuit *veneno*, vt ait Plutarchus in Artaxerxe extr. qui eum *Ariaspen* appellat, at Iustinus X. 1. *Ariaraten*, si recte codices. *Artaxerxes* autem hic fuit Mnemon, cui Ochus successit. Perizon.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

[1] Φερενίκη τὸν υἱὸν ἦγεν εἰς ὀλύμπια ἀθλεῖν. Κωλυόντων δὲ αὐτὴν τῶν ἑλλανοδικῶν τὸν ἀγῶνα θεάσασθαι, παρελθοῦσα ἐδικαιολογήσατο, πατέρα μὲν ὀλυμπιονίκην ἔχειν, καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς, καὶ αὐτὴ παῖδα ὀλυμπίων ἀγωνιστήν· καὶ ἐξενίκησε [2] τὸν δῆμον, καὶ τὸν εἴργοντα

1. Φερενίκη) Alii appellarunt hanc Καλλιπάτειραν, non quod duplex haberet illa nomen, sed quod scriptores quidam confuderint duas sorores, quarum altera fuit Καλλιπάτειρα, altera Φερενίκη, quae, vt eundem patrem et eosdem fratres, sic pariter habuere filium ἀγωνιστὴν ὀλυμπίων et ὀλυμπιονίκην, illa *Euclea*, haec *Pisidorum*. Vide Pausan. Eliac. II. 7. Vixit autem post Athenas a Lysandro captas, vt liquet ex eo, quod frater eius *Dorieus* Cononis attici fuit aequalis, quod discimus ex eodem Pausaniae loco. Pater eius fuit *Diagoras* Rhodius, cuius in honorem Pindarus composuit oden septimam *olympiorum*, vbi vide scholia. Reliqua huius capitis copiose et erudite illustrata dederunt Schefferus et Kuhnius, qui recte etiam obseruauit nostrum a Pausania diuersum discedere in eo, quod noster matrem dicat impetrauisse copiam, spectandi olympia, ab initio, seu antequam filius vicisset, quum adhuc esset ὀλυμπίων ἀγωνιστής, necdum ὀλυμπιονίκης. Pausanias vero matrem tradat clam virili habitu spectasse olympia, sed deprehensam post victoriam filii causam dixisse apud iudices. Perizon. — De lege hac, qua nulli feminae, praeter Cereris sacerdotum vnam illam, quae χαμύνη dicebatur, permissum erat ludorum olympicorum spectaculum, exposuerunt, commentatores Statii Theb. I. 424. Potter. Archaeol. Graec. II. pag. 414. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. pag. 197. Ceterum si quis omnes scriptores, qui hanc historiam narrauerunt, collectos videre cupiat, is adeat Schneider. ad Pindar. fragm. pag. 3.

2. Τὸν δῆμον) Hic vero nihil notarunt viri doctissimi, nec docuerunt, quis ille sit *populus*, vtrum eorum, qui ex omni Graecia venere ad olympia, an ciuitatis Eleorum. Quod posterius verissimum est. Elei enim erant ἄρχοντες καὶ ἡγεμόνες τῆσδε τῆς πανηγύρεως, *arbitri et duces istius conuentus*, vt loquitur Dio Chrysost. in or. olympica. Atque ideo Hellanodicae ex Eleis sorte ducebantur, ac totidem, quot erant eorum tribus, ex vnaquaque vnus, vide Pausan. Eliac. I. 9. Hinc iustitia et seueritas iudicandi in hisce ludis tribuitur semper Eleis. Plutarch. in

νόμον τῆς θέας τὰς γυναῖκας, καὶ ἐθεάσατο ὀλύμπια.

Apophth. Lacon. narrat, Agidem regem Laconum, *cum quidam laudarent Eleos*, ὅτι δικαιότατοί εἰσι περὶ τὸν ἀγῶνα τῶν ὀλυμπίων, *quod iustissimi sint in agone olympiaco*, respondisse, *quid magnum aut mirum faciunt, si in quinque* (immo *quatuor*) *annis uno die iustitia utantur?* Hellanodicae illi iudicabant separati et diuisi in ternos homines, alii de alio certamine, quod diserte in eodem Pausaniae loco traditur. Ab eorum autem iudicio prouocabatur ad βουλὴν ὀλυμπιακὴν, inque eo *senatu* accusari et damnari poterant ipsi hellanodicae, si parum recte iudicassent, cuius rei exemplum habet Pausan. Eliac. II. 3. Sed et alii aliis de caussis in eo iudicabantur. Ita certe Xenophon, quod a Lacedaemoniis accepisset Scilluntem, *iudicatus* dicitur *in illo senatu*, κριθῆναι ἐν τῇ ὀλυμπιακῇ βουλῇ, *et veniam accepisse ab Eleis*, συγγνώμην τυχεῖν παρὰ Ἠλείων, vide Pausan. Eliac. I. 6. Ceterum si quae res esset maioris momenti, ad ipsum ea ferebatur *populum* Eleorum. Sic quum Callippus Atheniensis mulctatus esset, eamque mulctam Athenienses, misso Hyperide oratore, remitti vellent, causa acta fuit apud populum. Pausanias Eliac. I. 21. Athenienses ait misisse Hyperiden, πείσοντα Ἠλείους ἀφεῖναί σφισι τὴν ζημίαν, *persuasurum Eleis, vt sibi*, suam in gratiam, *remitterent illam mulctam*. Atque ideo illa oratio Hyperidis, citata ab Harpocrat. voce ἑλλανοδίκαι, titulum habet, ὑπὲρ Καλλίππου πρὸς Ἠλείους, *pro Callippo ad Eleos*. Neque aliter res gesta in hoc Pherenices casu. Nam quia res ipsa erat contra leges, adeo, vt, si mulier deprehensa esset spectare olympia, ea de rupe montis cuiusdam praecipitaretur, idcirco de ea re agi, debebat cum ipso populo, qui solus poterat legibus soluere. Apud Pausan. I. 6. additur, quod iidem, qui mulierem hanc absoluerunt, *fecerint* hac occasione *legem in futurum de gymnastis, vt et illi nudi ingrederentur locum certaminis*, quia mater haec gymnastae habitu latuerat. Periz.

ΚΕΦ. β.

Περὶ Εὐβάτου σωφροσύνης.

[1] Εὐβάταν τὸν Κυρηναῖον ἰδοῦσα [2] Λαῒς ἠράσθη αὐτοῦ

1. Εὐβάταν) Diuersis modis hoc nomen scribitur. A Pausan. Eliac. II. 8. vocatur Εὐβώτας, a Xenophonte rer. graecar. lib. I. Εὐβότας, a Diodoro lib. XIII. olymp. 93. Εὔβατος. Dicitur autem ab his, vicisse olymp. 93. at a Pausania olymp. 104. qua alii Phociden Atheniensem vicisse tradunt. Ad vtramque olymp. nominat victorem, *Eubatum*, vel *Eubotam*, *Cyrenaeum*, auctor olympiadum. Non putem tamen, quod credidit Ionsius, eundem fuisse hominem, qui cursu vicerit vtraque olympiade, quum intercesserit spatium 44. annorum. Posterior autem olympias magis congruit in aetatem Laidis, quae floruit tempore Aristippi, Diogenis Cynici, Demosthenis, et Apellis pictoris. Ceterum Clemens Alexandr. Strom. lib. III. p. 447. eandem referens historiam, Cyrenaeum hunc appellat *Aristotelem*, quod iam obseruauit Ionsius de script. philos. histor. I. 12. quem vide. Periz.

2. Λαῒς) Meretrix haec celebratissimae fuit famae apud Corinthios, ad quam ex omni Graecia ditiores

θερμότατα, καὶ περὶ γάμου λόγους προσήνεγκεν. Ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπιβουλὴν, ὑπέσχετο ταῦτα δρά-

amatores concurrebant, vnde et quia immane pretium poscebat pro concubitu, ortum aiunt graecum illud adagium, *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, non cuiuis contingit adire Corinthum,* vel potius, non cuiuis viro datur sperare copiam Laidis, et ea gratia contendere Corinthum. Vide Gellium noct. att. I. 8. Venusta adeo fuit et pulchra, vt eam adirent pictores, quando pulchritudinem perfectam pingere volebant, et maxime eius vbera et pectus exprimerent, teste Athen. lib. XIII. pag. 588. Varia etiam et magnifica Graeci epigrammata in eius formam composuerunt, vt videre est in Anthologia lib. III. Loquuntur autem auctores, tanquam de vna Laide, nisi quod Athenaeus lib. XIII. pag. 574. memorat *τὴν Λαΐδα τὴν νεωτέραν*, cuius mater fuerit amica Alcibiadis iam exulis. Haec *Lais iunior* fuit celebris illa Corinthia, quam etiam Plutarch. in Alcib. extr. dicit filiam fuisse istius amicae Alcibiadis. Sed tamen omnes hanc dicunt fuisse Corinthiam quidem appellatione et habitatione, sed ortam Hyccaris oppido Siciliae, vnde septennis delata sit Corinthum, capta a Niciae Atheniensis militibus bello Siculo, olymp. 91. Sic Pausan. Corinth. cap. 2. Athen. d. l. schol. Aristoph. ad Plutum pag. 19. At minime conuenit, vt quae amata et desiderata dicitur a Demosthene, eumque per immane illud pretium repulisse, nata fuerit olymp. 89. Sic enim habuisset iam annos 37. antequam nasceretur Demosthenes, vti ostendit Palmerius exercit. ad auct. gr. pag. 368. qui duas fuisse *Corinthias Laidas*, probare istic nititur. Et sane, si iam tempore Euripidis exstitit *Lais* quaedam *Corinthia*, celebris meretrix, vt ex Machone liquet apud Athen. XIII. 5. et, si Lais amata iam fuit ab Aristippo Cyrenaico, Socratis auditore, Platonis et Dionysii aequali, dicere [illegible]lito, *Laidem se habere, non haberi ab ea,* teste Laert. et Athen. XII. 11. sed et, si iam Aristoph. in Pluto Laida Corinthiam nominauit, vt habuerunt codices iam Athenaei tempore, qui tamen dubitat lib. XIII. p. 592. vt et Harpocration v. Ναΐς, an *Nais* sit istic potius legendum, tum vero prorsus assentiar viris doctissimis, qui duas statuunt. Tanto magis, quoniam iunior illa dicitur ab Athen. p. 588. etiam Phrynes, quae post Alexandri mortem floruit, fuisse aemula. Adde, iuniorem hanc in flore aetatis exstinctam in Thessalia a mulieribus, *ὑπὸ φθόνου καὶ ζήλου, διὰ τὸ κάλλος, ex inuidia et aemulatione, propter pulchritudinem eius,* vt loquitur Plutarch. *ἐρωτικῷ* pag. 768. Vide et schol. Aristoph. p. 20. Ex quo liquet, non fuisse igitur vnam modo, quae eadem floruerit iam tempore Euripidis et Aristophanis, et tamen peruenerit ad aetatem Demosthenis, ac tunc demum, et ex aemulatione quidem, ab aliis mulieribus fuerit occisa. Crediderim ergo fuisse et antiquiorem *Laidem*, cuius meminerit Aristophanes inter Corinthias meretrices, et hanc iuniorem, sed quae serius fuerit nata, et serius Corinthum venerit ex Sicilia, quam traditur a Pausania, et in scholiis Aristoph. Nempe, verisimilius est, quod eadem schol. pag. seq. seu 20. tradunt, matrem eius a Philoxeno dithyrambico, cui eam dederit Dionysius, abductam demum esse Corinthum, et istic celebrem euasisse, cuius tamen famam dein superauerit haec eius filia *Lais*. Sed quod addunt, matrem etiam ab Alexandro Corinthi amatam, et cum eo inde in Persas profectam, id iterum ratio aetatis haudquaquam fert, et credo id ex eo ortum, quod alii tradiderunt, eam cum Alcibiade in Asiam ab-

σειν. [3] Ου μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ ὁ Εὐβάτας, σωφρόνως διαβιώσας· ἡ δὲ ὑπόσχεσις αὐτῷ μετὰ τὴν ἀγωνίαν ἦν. Νικήσας δὲ, ἵνα μὴ δόξῃ διαφθείρας τὰς ὁμολογίας τὰς πρὸς τὴν ἄνθρωπον, εἰκόνα γραψάμενος τῆς Λαΐδος, εἰς τὴν Κυρήνην ἐκόμισε, λέγων, ἄγειν Λαΐδα, καὶ μὴ παραβῆναι τὰς συνθήκας. [4] Ἀνθ' ὧν ἡ γυνὴ, ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτῷ, παμμέγιστον ἀνδριάντα ἐν Κυρήνῃ ἀνέστησεν, αὐτὸν ἀμειβομένη τῆς σωφροσύνης.

fiſſe. Vocat autem eam Athen. *Damaſandram*, Plutarch. Alcib. extr. *Timandram*, at ſchol. Ariſtoph. *Epimandram*. Ceterum amauit Lais, auara licet et faſtidioſa, etiam alios, non modo illa prior Eubatan hunc, ſed et poſterior haec Theſſalum illum, quem in Theſſaliam fuit ſecuta. Perizonius. — Verbo monendum, ſchol. Ariſtophan. ad Plut. 179. errare, dum pro Θαΐς ſcripſit Λαΐς. Illam enim, non hanc Alexandro, in Perſidem profecto, comitem adfuiſſe docet Citarch. apud Athen. XIII. pag. 576. et Plutarch. in Alexandr. pag. 687. vt erudite animaduertit magnus Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. l. c.

3. Ου μὴν ὡμίλησεν) Scilicet rem cum ea ne haberet ante certamen, pactus eſt diſerte prorſus, vt ſequitur. Ratio eſt, quod in hiſce ludis,

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Abſtinuit venere et vino.

De continentia eorum, qui ſe praeparabant hiſce certaminibus, vide me ſupra ad III. 30 et infra XI. 8. atque ibi Schefferum et Kuhnium. Perizon.

4. Ἀνθ' ὧν γυνὴ) Repoſui ex mſſ. ed edd. priſcis ἡ γυνὴ, ἡ νόμῳ γημαμένη. Prius ἡ exciderat ex omnibus Schefferi et poſtremis edd. Dicitur autem eleganter ἡ νόμῳ γημαμένη, hoc eſt, *ex legibus nupta illi*, quia verbum γαμεῖσθαι etiam de quouis concubitu adhibetur. Sic apud Antonin. Lib. fab. 20. Coronis Phlegiae f. dicitur γαμηθεῖσα Ἀλκυονεῖ, *concubuiſſe cum Alcyoneo*. Vide Munker. ad fab. I. Minime ergo otioſum hic eſt illud νόμῳ. Perizon.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ ζώων τινῶν ἰδιότητος.

Τὰ τῶν περδίκων νεόττια, [1] ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς πόδας

1. Ἐπειδὰν τάχιστα) Res profecto mira, quam perperam haec acceperint viri doctiſſimi in indice. Schefferus ex hoc loco iſtic nobis exhibet τάχιστος τοὺς πόδας. Kuhnius id non agnoſcit, ſed relegat nos ad verbum ποιέω, vbi abſque ἐπειδὰν, phraſin hanc ita effert, τοὺς πόδας τάχιστα ἔξω τοῦ λέμματος ποιεῖν. At vero ἐπειδὰν τάχιστα ſeparari nequeunt, et per ſe ſubſiſtunt, notantque *ſimulac primum*. Sic Lucian. de morte peregr. non longe ab initio, ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμην etc.

ἔξω ποιήσῃ τοῦ λέμματος, ἐντεῦθεν ἤδη δρομικώτατά εἰσι. Τὰ δὲ τῶν νηττῶν νεόττια, ὅταν ἴδῃ φῶς, παραχρῆμα [2] ἐξ ὠδίνων νήχεται. Καὶ οἱ τῶν λεόντων δὲ σκύμνοι [3] καταγράφουσι τοῖς ὄνυξι τὰς μήτρας τῶν μητέρων, πρὸς φῶς ἐπειγόμενοι.

ἐπήκουον, *simulac primum veni, audiebam*. Sed res est notissima, vide Vigerum de idiotism. cap. 7. sect. 6. Perizon.

2. Ἐξ ὠδίνων νήχεται) Hist. Anim. V. 33. de anate, ἐξ ὠδίνων ἐστὶ νηκτική, hoc est, *natare potest, perita est natandi, a partu*. Perizon.

3. Καταγράφουσι) Interpres *stimulant*. *Nullo sensu*, vt ait Kuhnius in indice, vertens *dilacerant*. Sed hoc nimium. Sensus verbi est, *scalpunt, vellicant, fodicant*. Catullus eodem sensu dixit *conscribillare flagellis*. Rem ipsam explodit auctor hist. anim. IV. 34. de quo vide hic Schefferum, sed qui male Gellium quoque auctorem laudat. Periz.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ταχυεργίας.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου [1] τρὶς τεσσαρακόσια στάδια

1. Τρὶς τεσσαρακόσια) Turbauit hic locus miris modis editores. Mihi diserte τρὶς υ, hoc est, τετρακόσια. Quamobrem miror, vnde Camillus Peruscus hauserit suum τρὶς δέκα, quod ex romana illa repetiit Basileensis editio, et versione sua expressit Vulteius, vertens, *ter decem*. Gesnerus in textum immisit τεσσαρακόσια, sed, quod miror, maiore versionis reverentia ductus, seruauit illud *ter decem*; tantum margini adscripsit *ter quadringentis*. Secuti sunt eius exemplum reliqui, vsque ad Schefferum. Is vero in prima editione, Gesneri notam marginalem prorsus praetermisit, ac retinuit *ter decem*, at in secunda, nescio qui aut vnde, edidit *quatuordecim*. Et hoc tamen, tam abhorrens a graecis, incredibili negligentia admittere potuit etiam Faber. Kuhnius tandem *pro interpretis* (debuisset dixisse *Schefferi*) *quatuordecim*, ait *quadringentis se reponendum duxisse*. Sed etiam ita nullam habet rationem τὸ τρὶς, in quo tamen vel praecipua est emphasis. Studui ergo etiam hic emendata versione, veram, quam proxime potui, auctoris mentem exprimere, quae est, Alexandrum tribus singulis diebus, iisque continuis, confecisse cum armato exercitu quadringenta stadia, seu tribus illis diebus pariter sumtis mille et ducenta stadia. Vocula τρὶς referenda est ad ἐφεξῆς (quod abest a cod. Sluisk. et Med. 3.) ὁδοιπορήσας, et sic nulla superest haesitationis caussa. Auctori visum est notatu dignum, quod cum ita fatigasset exercitum tribus continuis diebus, nihilo tamen minus cum isto exercitu, nulla quiete refecto, ausus fuerit cum hoste confligere. *Quadringenta stadia* faciunt 50000 passuum. Vsitatum spatium, quod vno die conficere solet exercitus in longo itinere, est 150. stadiorum, vt docet nos Herodot. V. 53. At immane quantum exsuperat hoc spatium, etiam illud Alexandri, quod legimus apud Tacitum ann. XI. 8. de Bardane Partho, qui cum exercitu

ἐφεξῆς μεθ' ὅπλων ὁδοιπορήσας, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, [2] πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον, ἐκράτησε τῶν ἐχθρῶν.

ſed parthico, hoc eſt, equeſtri, *biduo tria millia ſtadiorum inuadit.* Verum, vt monet iſtic Lipſius, haud dubie noctes quoque aſſumtae ad illum curſum. De Caeſare notat Sueton. cap. 57. eum *expeditum, meritoria rheda, centena paſſuum millia in ſingulos dies confeciſſe*, hoc eſt, octingena ſtadia, ſed et hanc *incredibilem celeritatem* ille appellat. Milites quoque Romani ſub Conſtantio multo iam die, quum fugientes Perſas inſequerentur, decucurriſſe dicuntur 150. *ſtadia* a Libanio in *Baſilico*, vel *centum* ab Iuliano orat. I. pag. 14. vbi vide illuſtriſſ. Spanhemium. Periz.

2. Πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον) Male etiam hoc verſum, *priusquam quietem caperet exercitus.* Ἀναπαῦσαι eſt actiuae ſignificationis, et ſenſus eſt, *antequam quietem daret exercitui Alexander.* Exciderat etiam ex Kuhniana ed. in ſeqq. articulus τῶν, quem reſtitui. Periz.

ΚΕΦ. ς.

Περὶ τυράννων ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου.

[1] Φρύγιος οὗτος λόγος· ἔστι γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός· τὴν

1. Φρύγιος οὗτος λόγος) Caput hoc deſcripſit Stobaeus totum, ſerm. 148. ſed ita, vt omnia paulo plenius et planius connectat. Quapropter integrum hic exhibebo locum, vt cuiuis promta ſit copia conferendi, ac diiudicandi, vtrum Aeliani codices corrupti ſint et mutilati, an vero Stobaeus de ſuo locutionem ac conſtructionem expleuerit. Sic ergo ille, Φρύγιος οὗτος λόγος· ἔστι γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός. Ὁ δὲ λόγος φησὶ, τὴν ὗν, ἐὰν αὐτῆς τις ἅψηται, βοᾶν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Οὔτε γὰρ ἔρια ἔχει ὗς, οὔτε γάλα, οὔτε ἄλλο τι πλὴν τῶν κρεῶν. Παραχρῆμα οὖν ὀνειροπολεῖν τὸν θάνατον, εἰδυῖαν εἰς ὃ, τι τῶν χρησίμων αὐτὴ πέφυκε λυσιτελὴς εἶναι. Ἐοίκασι δὲ τῇ ὑῒ τῇ Αἰσώπου οἱ τύραννοι, ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα. Ἴσασι γὰρ, ὅτι, ὥσπερ ἂν αἱ ὕες, ὀφείλουσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν πᾶσι. Vides hic primum addi ὁ δὲ λόγος φησὶ, de quo Schefferus ait; *non dubitabunt etiam noſtrum ſic ſcripſiſſe, qui hunc locum cum aliis ipſius conferent.* Et ſane ſic noſter III. 35. λόγος δέ τις διαῤῥεῖ, καὶ οὗτος ἀττικὸς, ὅς λέγει etc. atque ita et I. 15. et cap. 19. additur λέγων, λέγει. Sed et illud omittit ſaepe, inprimis quando additur οὗτος. Sic I. 32. λόγος δὲ καὶ οὗτος περσικός. φασὶν ἄνδρα Πέρσην etc. XIII. 1. λόγος οὗτος ἀρκαδικὸς ὑπὲρ τῆς Ἀταλάντης. Ταύτην ὁ πατὴρ γενομένην ἐξέθηκεν. Intelligitur in his ἐστι, quod exprimitur V. 4. ὅτι ὡμολόγηται λόγος ἐστι· δήλιος φυτὰ ἐν Δήλῳ, ἐλαίαν καὶ φοίνικα. Vt adeo vtrouis modo loqui hic potuerit auctor, et alias locutus ſit. Λόγος in his eſt idem, quod latinis *fabula*, hoc eſt, narratiuncula vulgaris, ſingularis rei aut facti. Et hinc pro ipſo facto, ſupra II. 4. εἶπε τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, *dixit rem totam ab initio.* Sed et ideo, ſicut Latini aliquid reiicientes dicunt *fabulas*, Terent. Andr. I. 3. ſic Graeci λόγον, quod ipſum ab his accepere etiam Latini, vt ex Plauto et Terentio conſtat. Vide in Phorm. III. 2. 8. *logi.* Perizon.

ὖν, ἐάν τις ἅψηται αὐτῆς, βοᾷν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Οὔτε γὰρ ἔρια ἔχει, ὔτε ἄλλο τι· [2] καὶ ὀνειροπολεῖ εὐθὺς τὸν θάνατον, [3] εἰδυῖα εἰς ὅ, τι τοῖς χρησομένοις λυσιτελεῖ. Ἐοίκασι δὲ τῇ [4] ὑῒ τῦ Αἰσώπυ οἱ τύραννοι, ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα. [5] Ἴσασι γὰρ, ὅτι, ὥσπερ ὖν ἡ ὗς, ὀφείλυσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν πᾶσι.

2. Καὶ ὀνειροπολεῖ) Vt proximis superioribus addidit Stobaeus, quae sensum reddunt longe disertiorem, sed quae tamen, vt omnia sibi constent, abesse etiam possunt, ita hic multo est expressius, quod pro καὶ exhibet παραχρῆμα ὖν. Certe si recte se habet illud καὶ in codd. Aeliani, per ὖν exponi debet. Atque ita Anton. Lib. fab. XI. ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέῤῥιψαν, ὅτι πλέον ἀλλήλυς Ἥρας καὶ Διὸς φιλῦσιν, καὶ Ἥρα μεμψαμένη τὸν λόγον ἔριν αὐτοῖς ἔπεμψε, *quum vero vanum effudissent sermonem, quod magis se inuicem amarent, quam Iuno et Iupiter, ideo Iuno, vitio vertens hunc sermonem, litem in eos immisit.* Et fab. XIX. *Iupiter quum intonuisset, vibrabat in eos fulmen: Parcae vero et Themis vetuerunt: non enim fas erat mori quenquam isto in loco,* καὶ ὁ Ζεὺς πάντας αὐτὺς ἐποίησεν ὄρνιθας, *ideo Iupiter omnes eos fecit aues.* Vide et nostrum XIII. 42. XIV. 15. Quia tamen nimis hic ieiunum videtur solum illud καὶ, crediderim Aelianum scripsisse, vt solet, καὶ ὖν καὶ. Sic I. 3. σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων, καὶ ὖν καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρυσι κατὰ πολύ. Et cap. 10. οἱ Κρῆτές εἰσι τοξεύειν ἀγαθοὶ, καὶ ὖν καὶ τὰς αἶγας βάλλυσιν ἐπ' ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσι. Perizonius.

3. Εἰδυῖα εἰς ὅ, τι τοῖς χρησομένοις λυσιτελεῖ) Haec vero non opus fuerat mutari a Stobaeo, quum satis planum et idoneum habeant sensum, quem tamen non perceperunt editores, vertendo, *non ignorans, se ipsam vsui esse vtentibus.* Id enim sunt et oues, et alia pecora, quae non ita clamant. Immo vero, quo magis vario erant vsui, eo ipso minus clamabant. Sues vero, quia nulli sunt vsui vtentibus viuae, ideo arreptae continuo mortem sibi augurantur, qua sola vsui esse possunt. Verte igitur, *sciens, quo vsque, vel ad quid, vsui sit vtentibus,* scilicet ad mactandum se tantummodo et comedendum. Perizon.

4. Ὑῒ τῦ Αἰσώπυ) Sluisk. Med. I. et regius Strategi τῇ ὖϊ τῦ Αἰσώπυ. Atque ita Stobaeus quoque Lugd. et regii duo τῇ ὖϊ τῇ τῦ Αἰσώπυ, priscae edd. ante Schefferum, τῇ ὖϊ τῦ Αἰσώπυ. Quod restitui, nihil contradicturus, si quis sequi malit Stobaeum, et mstos illi assentientes. Periz.

5. Ὥσπερ ὖν οἱ ὗς) Habuimus in superioribus semper τὴν ὖν. Atque ideo, et quia vterque codex meus, vt et Med. I. ac regii omnes, hic habent, ἡ ὗς, id reposui. Stobaeus αἱ ὗς, quod rectius etiam est vulgato. Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ ἀνδρῶν λεπτῶν.

Ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα [1] Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητής, καὶ [2] Μέλιτος ὁ τραγῳδίας ποιητής, καὶ [3] Κινησίας κυκλίων χορῶν, καὶ [4] Φιλήτας ποιητὴς ἐξα-

1. Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας) Recte ita. Fuit enim veteris comoediae poeta, Aristophanis et huius Meliti aequalis, quem ipse Sannyrion appellauit τὸν ἀπὸ Ληναίου νεκρὸν, *cadauer ex Lenaeo*, vt ex Athen. XII. 13. discimus. Comoediam eius, γέλωτα, citant idem Athen. et Pollux. Vide et Suidam. Emendanda ergo sunt verba Aristophanis apud Athen. d. l. partim ex nostro, qui eum etiam hic sequitur ac descripsit, partim ex aliis. Nam pro eo, quod istic legitur Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν, reponendum est sine haesitatione ἀπὸ τῶν κωμῳδῶν. Periz. — Sannyrionem hunc comicum poetam eundem fuisse cum Susarione, veteris comoediae auctore, contendit Selden ad Chron. Marmor. Epoch. XL. adeoque apud Athenaeum et Suidam pro Σαννυρίων legendum esse coniicit Σουσαρίων, non sine leui errore. Susarion enim ante Pisistratum, Sannyrion vero Aristophanis temporibus vixit, vt clare ostendit Pearson. in Vindic. epistol. Ignat. Part. II. cap. 1. qui idem apud Schol. Aristophanis, quem h. l. allegauerat Schefferus, οἱ περὶ Σουσαρίωνα pro οἱ περὶ Σαννυρίωνα legendum esse, recte monuit, quoniam τὸ γέλως non nomen comoediae, sed *risum* simpliciter denotat. Praeterea vero in l. c. Aristophan. pro:

— — — πρῶτα μὲν
Σαννυρίων
Ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν,

emendandum esse ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν iam dudum vidit Richard. Bentley in Diss. de Phalarid. epist. pag. 299. Abr. Gronou. De Susarione conf. Wesseling. ad Simson. Chronic. ann. 3441. (not. †)

2. Μέλιτος) Fuit hic ille inimicus Socratis, qui cum Anyto eum accusauit, vt diserte ait schol. Aristophan. ad ranas pag. 273. Vide et Suidam. Inimici illius meminit et noster II. 13. sed a quo index latinus male hunc distinguebat, et diserte *alium* dicebat. Perizon.

3. Κινησίας κυκλίων χορῶν) *Cinesiam* hunc saepius ludit Aristophanes, maxime in *auibus*, vbi illum inducit volitantem, et φιλόρνεον, appellat pag. 605. quod exponit Athen. d. l. vt ad gracilitatem eius referat, propter quam se cingere debuerit tabella, vt rectus ingredi posset. Poeta autem ibidem adeo macilentum et λεπτὸν fingit, vt dicat eum *indigere pondere illo alarum*, quas sibi aptauerat, scil. vt consistere posset. Vide et ranas pag. 279. vbi per iocum hunc *Cinesiam*, tanquam leuissimum, iubet etiam alteri aptari pro alis. Erat vero ille etiam διθυράμβων ποιητής, sed *inglorius*, ἀκλεὴς, vt ait Plutarchus *in lib. vtrum Attici bello an sapientia praestiterint*, seu διθυραμβοποιὸς, vt ait schol. ad ranas pag. 218. vbi Aristophanes memorarat πυῤῥίχην Κινησίου. Dithyrambica autem carmina cantabantur maximo motu et licentia, etiam poetica seu metrica, ab ebriis maxime, per circulos hominum saltantium circa aras Bacchi: sic dicta a Baccho, qui et ipse *dithyrambus* dicebatur. Vide Procli chrestomath. vbi et inuentor istius carminis dicitur primus duxisse vel instituisse τὸν κυκλικὸν χορόν. Nempe κύκλιοι χοροὶ videntur fuisse primitus Baccho sacrati, (vid. supra ad III. 40. 1.) et ideo eorum cantilenae erant *dithyrambi*. Ita enim

μέτρων. Ἀρχέστρατος δὲ ὁ μάντις ὑπὸ πολεμίων ἁλοὺς, καὶ [5] ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς, [6] ὀβολοῦ ὁλκὴν ἔχων εὑρέ-

ipsae de Baccho cantilenae proprie etiam vocabantur, sicuti de Apolline *paeanes*. Vide Plutarch. de ει, pag. 389. Hinc promiscue Tzetzes prolegom. in Lycophron. διθύραμβον ἤτοι κυκλικὸν χορὸν ἐν Κορίνθῳ πρῶτον ἔστησεν Ἀρίων. Schol. Pindari ad olymp. od. 13. v. 25. ὅτι πρῶτος ἐν Κορίνθῳ διθύραμβος ἐφάνη, ὃς ἦν κύκλιος χορός. Sed de hoc ipso *Cinesia* res est manifesta ex Aristoph. auibus p. 606. vbi eum appellat κυκλιοδιδάσκαλον, quod scholiastes interpretatur διθυραμβοποιόν. Vide et ad nubes p. 145. Memoratur istic inter κυκλίων χορῶν ποιητὰς, ac διθυραμβοποιοὺς, praeter *Cinesiam*, etiam *Philoxenus*, quem Plutarchus de *musica* ait primum intulisse μέλη, *modulatos cantus*, εἰς τοὺς κυκλίους χορούς. Adde his Platon. in Gorgia pag. 501. vbi iunguntur ἡ τῶν χορῶν διδασκαλία, καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, quas tribuit huic *Cinesiae*, *Meletis* citharoedi *filio*. Satis ex hisce liquet, *dithyrambos* esse *cyclicis choris*, et Bacchi quidem, proprios, quamuis dein etiam ad lyricam poesin traducti sint, quia multum habebat et illa spiritus dithyrambici. De *choris* autem illis κύκλον facientibus seu exhibentibus vide et Callimach. epigr. 50. vbi tribui Acamantidi tribuuntur *chori*, in quibus horae bacchicae exclamauerint ob *dithyrambos*, et honorauerint *peritos cantores: quorum* κύκλον μελίγηρυν ἐχορήγησε, *cyclum suauiter cantatem duxerit*, *Hipponicus*. eum quo loco conferendus est Plutarch. vitis X. rhet. in Andocide, καὶ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, *choragum egit tribui suae, in cyclio choro certante, carmine dithyrambico*. Sed intricata haec sunt. Putem legendum, καὶ ἐχορήγησε κύκλιον χορὸν τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ, hoc est, *et praebuit aut duxit cyclium chorum suae tribui certanti dithyrambico carmine.* Ceterum hi *cyclii chori*, non soli ducebantur Baccho, sed etiam aliis diis. Sic apud Plut. *ibidem*, *Lycurgus rhetor* legem tulisse dicitur, vt Neptuno certamen fieret in Pyraeeo κυκλίων χορῶν, οὐκ ἔλαττον τριῶν, *choris circularibus*, *non minus tribus*. Vide et illustr. Spanhem. ad Callimach. hymnum in Dianam v. 266. 267. In illis tamen *choris* adhibuere etiam dithyrambica, licet antiqui tantum διθυραμβεῖν fuerint soliti, quando ipsi Baccho libabant in vino et ebrietate: at quando sacra faciebant aliis diis, certe Apollini, eius laudes cecinerint μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως, *cum quiete corporis, et decoro modo*, vt apud Athen. XIV. 6. ait Philochorus. Cui adde Plutarch. περὶ τοῦ ΕΙ, pag. 389. *Cinesiam* autem hunc a Vossio plane praeteritum miror. Perizon.

4. Φιλήτας) De eo vide supra ad IX. 14. Periz. — De hoc poeta Propert. 3. 1. Callimachi manes, et Coi sacra Philetae. Et eleg. 13. eiusd. lib. Ora Phileteae nostra rigauit aqua. In patria eius definienda dissentiunt scriptores. Alii eum Coum, alii Rhodium, alii Samium faciunt. Plurimi tamen eum Coum cognominant. Vide de hoc poeta plura apud Reiskium in *Notit. Poet. Anthol.* v. Φιλητᾶς. Schneid. *in Analect. Critic.* fasc. I. pag. 5. 6. et I. Toup. *in indic. ad addend. sua in Theocrit.* *s. v.* Φιλητᾶς, quo in loco etiam de duobus aliis Philetis agitur. De Phileta glossographo nos alio tempore agemus, cuius meminit Hesych. s. v. ὑπ' ἀυνὴν· παρ' Ἑκαταίῳ Φιλητᾶς, quae glossa optime a I. Toupio l. c. emendata est sic: ὑπαυλίην· παρ' Ε. Φ. Similis fere laudationis exemplum extat s. v. Σκίδικαι.

5. Ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς) Athen. XII. 13. et ex hoc Eustath. ad Homer. Iliad. Ψ. pag. 1288. ed. Rom.

θη, ὥς φασι. Καὶ [7] Πανάρετος δὲ λεπτότατος ἦν· διετέλεσε μέντοι ἄνοσος. Λέγουσι δὲ καὶ [8] Ἱππώνακτα τὸν ποιητὴν οὐ μόνον γενέσθαι μικρὸν τὸ σῶμα, καὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ καὶ λεπτόν. Ἀλλὰ καὶ [9] Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἐστὶν Ὑπερίδῃ, λεπτότατος ἦν· ὅθεν καὶ τὸ πάνυ κατισχνῶσθαι τὸ σῶμα, [10] πεφιλιππῶσθαι

ἐπὶ habent. Quam praepositionum permutationem non esse infrequentem, exemplis probauit Fischer. V. D. Animadu. in Weller. p. 399. Vir Doctus in Obseru. Misc. tom. III. pag. 237. reiicit vero ἐπὶ, propterea quod iugum est in superiori parte.

6. Ὀβολοῦ ἕλκειν) Illud vero est pondus nihili, potius quam admirandum. Et sine dubio vel Polemo in suis *admirandis*, vnde habet Athenaeus, a poetis hoc acceperit, qui quam hyperbolice in his loquantur, videri potest anthol. lib. II. cap. 32. εἰς λεπτοὺς, vel *oboli pondus* longe aliud illi fuit, quam Atticis, quibus erat octaua et quadragesima pars vnciae. Augustus apud Sueton. cap. 43. quum nullos amplius publico spectaculo exhiberet honeste natos, ostendit tamen adolescentulum *bipedali minorem*, et non *obolorum*, ne vnciarum quidem, sed *librarum septemdecim*, quia illud pondus, etiam in adolescentulo, res erat inuisitata prorsus. Recte igitur auctor noster hic addit, ὥς φασι, *vt aiunt*, quia res longe superat fidem. Apud Siculos tamen et Aeginetas *obolus* erat idem, quod libra, quae XII. continebat vncias, vt ex Aristotele nos docet Pollux lib. IV. et IX. Perizon.

7. Πανάρετος) Etiam hoc tradidit Polemo. Fuit autem *Panaretus* Arcesilai auditor, tempore Ptolemaei Euergetae, a quo annua accepit XII. talenta. Vide Athen. Perizon.

8. Ἱππώνακτα) *Hipponax* fuit Ephesius, tempore Cyri, auctor carminis hipponactei, seu scazontis. *Deformitas* eius ex eo etiam colligitur, quod scripsit in statuarios, qui eius imaginem fecerant πρὸς ὕβριν, *ad eum irridendum*, et cum irrisu aliis ostentandum: vide Suidam. Λεπτότης eius videtur causam dedisse carmini mendicantium vulgato, quod saepius memorat Plutarchus, veluti de *amore diuitiarum*, *paradoxis Stoicorum*, etc.

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
Καὶ βαμβακύζω.

Da pallium Hipponacti, nam valde algeo, et dentibus crepo. Athenaeus vero addit, fuisse eum adeo validum tamen manibus, vt vacuam lagenam in longissimum posset mittere spatium. Perizon.

9. Φιλιππίδης) Fuit Athenis inter eos, *qui remp. curabant*, inter τοὺς πολιτευομένους. Legem tulit de mulcta, qua mulctarentur feminae ἀκοσμοῦσαι *indecore se gerentes* in publico. Vide Harpocrat. in v. ὅτι χιλίας. Ita factum, vt contra eum dixerit Hyperides, celeberrimus orator, cuius vitam inter X. Rhetores habet Plutarchus. Vixerunt ergo pariter tempore Alexandri, quo tempore etiam floruit celebris comicus, itidem *Philippides* dictus, de quo noster XII. 31. siue is idem fuerit, siue diuersus ab hoc homine. Eundem putauit Valesius ad Harpocrat. d. l. Vide et Suidam. Perizon.

10. Πεφιλιππῶσθαι) Sic mssti: sic ergo etiam editur, cum hic, tum apud Athenaeum, et Suidam. Sed videtur sane analogia postulare πεφιλιππιδῶσθαι, atque ideo sic etiam legunt Casaubonus ad Athenaeum,

φασιν

(11 Φαϛὶν) ἔλεγον. Μάρτυς Ἄλεξις.

ac Meursius lect. attic. II. 5. Verum huic emendationi aduersatur, quod viri eruditissimi non animadverterunt, Eustath. ad Hom. odyss. K. pag. 379. ed. Basil. qui Athenaeum istic laudat, vt ex quo, quae ibi narrat, hauserit. Ille vero ait, ὅθεν Ἄλεξις τὸν Φιλιππίδην συγκόψας, ἤγουν συγκοπὴν ποιήσας τοῦ τοιούτου ὀνόματος, πεφιλιππῶσθαι εἶπε τὸ λελεπτύνθαι, ὁ κατά τινα Φίλιππον δηλαδὴ, ἀλλὰ κατὰ τὸν συγκοπέντα Φιλιππίδην, *vnde Alexis Philippidem contrahens, seu contractionem nominis istius faciens, dixit* πεφιλιππῶσθαι *pro extenuatum esse, non videlicet a Philippo quodam, sed ab illo contracto Philippide.* Satis ex his manifestum, tempore Eustathii certe iam lectum in Athenaeo, non, vt viri doctissimi volunt, πεφιλιππιδῶσθαι, sed contracte πεφιλιππῶσθαι, vt editur. Neque vero ratio metrica versus iambici ex Alexide apud Athenaeum, qui ex illorum emendatione incipit πεφιλιππίδωσαι, quum vulgata sit lectio πεφιλιππῶσθαι, postulat istam emendationem, quum prima in φίλος, et deriuatis etiam longa sit, atque ita ratio versus non respuat πεφιλίππωσαι, quod ego malim. His de caussis etiam in Aeliano vulgatum retinui. Paulo ante ὅθεν καὶ tuetur Sluisk. At Lugd. conspirat cum duobus regiis B. et C. qui διὰ τοῦτο καὶ legunt. Periz. — Cum vero in secundo pede spondaeus locum habere non possit, id quod contra Perizonium recte monuit Lud. Kuster. ad Suid. s. v. Φιλιππίδης, haud scio, an cum Viro Docto in Misc. Obseru. Tom. III. pag. 237. recte negari possit, hoc verbum plane non e versu aliquo depromtum esse.

11. Φαϛὶν ἔλεγον) Nihil habet quo se commendet illud φαϛὶν, in vulgata lectione. Adeo supervacuum illic est, et otiosum. Atque ideo legere malim cum Sluiskiano cod. φαϛὶν. Ἔλεγε μάρτυς Ἄλ. Vt sensus sit, ita locutos tunc Graecos, idque constare ex Alexide, qui πεφιλιππῶσθαι ita *dixerit. Alexis* autem celebris fuit comicus, patria Thurius, patruus Menandri. Ille vero non tradidit hoc, tanquam *testis* historicus, sed vocabulum illud in comoedia quadam eo sensu adhibuit. Vide Athenaeum, qui verba Alexidis adfert, et quem Aelianus sequitur. Quia vero Aelianus non solet integra ex antiquioribus auctoribus loca exhibere, vt facit Athenaeus, ideo satis habuit, rei ex Athenaeo narratae subiicere, *locutus est* ita, et *probauit* hanc verbi significationem *Alexis*. Cl. Boiuinius, qui in regiis vulgatam reperit, *illa verba*, ait, ἔλεγον, μάρτυς Ἄλεξις, *videntur esse scholium hominis approbantis, vt sensus sit: sic olim loquebantur: et Alexis testis est.* Perizon.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ ἀϛρολόγων τινῶν, καὶ μεγάλου ἐνιαυτοῦ.

1 Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ἀϛρολόγος ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις

1. Οἰνοπίδης ὁ Χῖος) Meminit huius astrologi, non Censorinus tantum, sed et alii, inque iis Diog. Laertius in Democrito, §. 37. vbi vide Menag. et Plutarch. de placitis philosophor. II. 12. vbi ait, *Pythagoram primum dici excogitasse obliquitatem zodiaci, quam Oenopides Chius velut suam inuentionem sibi tribuerit.* Quam tamen

τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ [2] τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν [3] μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον.

Ὅτι Μέτων [4] ὁ Λευκονιεὺς, ἀστρολόγος, ἀνέστησε

uterque videtur accepisse potius ab Aegyptiis, ad quos, aeque ac Pythagoras, profectus etiam fuit Oenopides, et si illis fides, hoc de zodiaco ab iis didicit. Vide Diod. Sicul. lib. I. extr. Ita vero hunc quoque *μέγαν ἐνιαυτὸν LIX. annorum*, quem *Oenopides* tabulae inscripsit, et dedicauit Olympiae, alii tribuunt Philolao Pythagorico. Vide Censorinum cap. 18. vbi item memoratur huius spatii *annus magnus*, continuo post *Metonicum*. Sed tamen aliter suum annum descripsit et constituit Oenopides, aliter Philolaus. Vide Scaligerum de emend. temp. pag. 166. et 168. Et praeterea iam ante Philolaum ille exstitit, aequalis Democriti et Anaxagorae. Vide Laertium d. l. Atque ideo Diod. Sicul. inter philosophos, qui ab Aegyptiis pleraque hauserint, nominat hunc *Oenopidem*, post *Democritum*, ante *Eudoxum*, ratione aetatis, vt liquet, habita. Perizon.

2. Τὴν ἀστρολογίαν) Intelligit motus solis et lunae, aliorumque etiam siderum, tum solstitia, aequinoctia, eclipses, et similia, quae, et quando intra illud *magni anni* systema essent euentura. Talia enim in sui anni parapegmate, seu tabula suspensa, annotare solebant astrologi. Sic apud Diog. Laert. in Democrito inter alia eius scripta memoratur *μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ ἀστρονομίης παράπηγμα*. Vbi vide Menagium. Periz.

3. Μέγαν ἐνιαυτὸν) *Magnus annus* dicebatur, quo sol et luna pariter, decursis aliquoties suis spatiis, concurrunt nouo ortu in eundem articulum seu punctum, atque ita simul nouos iterum auspicantur cursus. Hoc primo credebant fieri singulis bienniis, exactis XXV. mensibus lunaribus. At postea quum didicissent solis conuersionem annuam non finiri certo numero dierum, sed insuper etiam aliquot horarum et minutissimarum particularum horae, alium atque alium dein constituerunt *annum magnum*, sed potissimum vel *octo annorum*, vt Eudoxus Cnidius, vel XIX. vt Meton, vel LIX. vt Philolaus et Oenopides. Vide Plutarch. de placitis philos. II. 32. et Censorinum cap. 18. Perizon.

4. Ὁ Λάκων) Certus et manifestus error. *Meto* enim non Lacedaemonius, sed Atheniensis erat omnium consensu. Quin et ex nostro id liquet XIII. 12. Concurrunt ergo omnes eruditi in emendationem huius loci, leguntque Λευκονιεύς. Δῆμος enim erat Atheniensium, qui dicebatur Λευκόνοιον: ad eum pertinebat *Meton*, vt discimus ex schol. Aristoph. ad aues, pag. 589. Emendatio haec tam liquida est, vt in contextum recipi debeat, nisi quis putet, ipsum errasse auctorem memoriae vitio, quod tamen ego hic neutiquam crediderim. MSti Sluisk. Med. I. et Mediol. ac regii duo retinent vulgatum. Ab Lugdun. et regio tertio numeri 3064. haec capitis pars de Metone prorsus abest. At Med. II. legit ὁ Λακώνων. Periz. — Cum hunc Metonem non Laconem, sed Atheniensem fuisse constet: non dubitaui emendationem virorum doctorum recipere in textum. De hoc vero Metone consul. Diodor. Sicul. XII. pag. 501. edit. Wessel. quem locum debeo Viro Clariss. Meinecke, qui Λευκονιεὺς quoque in sua versione expressit. Et ita quoque edd. Gronou. et Bas.

ϛήλας καὶ τὰς τȣ̃ ἡλίȣ τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν, ὡς ἔλεγεν, εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτὸν, (⁵ ὡς ἔλεγεν), ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν.

5. Ὡς ἔλεγεν) Nullus etiam dubito, quin posterius hoc, ὡς ἔλεγεν, sit plane eiiciendum, licet in Sluisk. id etiam repererim, et in regiis illis duobus cl. Boiuinius. Perizon.

ΚΕΦ. η.

Περὶ εὐεργεσίας.

¹ Ἀριϛοτέλης ὁ Κυρηναῖος ἔλεγε, μὴ δεῖν εὐεργεσίαν παρά τινος προσίεσθαι· ἢ γὰρ ἀποδιδόναι πειρώμενον, πράγματα ἂν ἔχειν, ἢ μὴ ἀποδιδόντα, ἀχάριϛον φαίνεσθαι.

1. Ἀριϛοτέλης ὁ Κυρηναῖος) Aristoteles hic Cyrenaeus, si idem est, qui a Laertio in *Stilpone* cognominatur *Cyrenaicus*, aetate aequalis fuit illi Stilponi et Theophrasto, vt et Antigono ac Demetrio Poliorcetae. Celebris fuit philosophus, a quo tamen aliquot abduxit discipulos Stilpo, qui et vnum ex suis dialogis *Aristotelis* nomine, haud dubie huius, inscripsit. Mox Lugd. habet μηδὲ εὐεργεσίαν etc. hoc est, *ne beneficium quidem vt quis ab alio acciperet.* An voluit? μὴ δεῖν μηδὲ εὐεργεσίαν etc. Perizon.

ΚΕΦ. θ.

Ὅτι λίχνος ὁ Φιλόξενος.

¹ Φιλόξενος λίχνος ἦν, καὶ γαϛρὸς ἥττων. Λοπάδος δὲ

1. Φιλόξενος) *Philoxenos* cum helluones, tum poetas, confudisse videntur veteres ipsi. Nam primum Athen. lib. I. duos vel tres helluones istius nominis commemorat, *Philoxenum Leucadii*, qui scripserit Δεῖπνον, seu *nouam artem praeparandi cibos*, dein *Philoxenum Cytherium*, poetam dithyramborum, denique *Philoxenum Eryxidis*, omnes lurcones et helluones turpissimos; quorum hic optauerit sibi guttur gruis, vt tanto diutius frueretur sensu ciborum, quos deuorabat et deglutiebat, quod de eodem refert etiam Aristot. ethic. III. 10. illi exercuerint, et ita parauerint sibi facultatem, comedendi maxime calida, vt ita aliis praeriperent, quae desiderabant, in conuiuiis. At lib. VIII. pag. 341. ex Machone comico refert versus, quibus *Philoxenus Cytherius*, dithyramborum poeta, sibi gulam trium cubitorum expetit, eadem, qua ille *Eryxidis*, ratione; et praeterea describitur, vt voracissimus, qui Syracusis integrum polypodem duorum cubitorum praeter caput deuorauerit, cumque inde morbum contraxisset, et moriturus esset intra septem horas, caput insuper poposcerit, vt id quoque deuoraret, antequam moreretur. Libro vero XIV. p. 642. et 643. tribuit eidem *Cytherio*

ποτὲ ἑψομένης ² ἐν καπηλείῳ, τέως μὲν εὐφραίνετο, καὶ

carmen, quod appellauerit Δεῖπνον, ex quo multos deia versus exhibet de mensis secundis; eumque laudatum docet, tanquam praestantissimum omnium poetam, ab Antiphane. Diserte immo IV. p. 146. probat carmen illud esse *Phil. Cytherii, siquidem eius meminerit etiam Plato comicus, non autem Phil. Leucadii.* Sic enim vertendus ille locus, quem non intellexit interpres. Quartus Athenaeo est *Philoxenus, parasitus* festiuissimus, cognominatus πτερνοκόπις, de quo satis multa legas illius libro VI. Suidas vero hunc *parasitum* ait fuisse *Philoxenum Leucadii*, et ei tribuit, quae Athen. lib. I. de *Philoxeno Cytherio* refert. *Philoxenum* autem *Cytherium* ille vocat *filium Euletidae*, et *mortuum* ait *Ephesi. Philoxenum Eryxidis* nominat Plutarch. sympos. IV. 4. vt amatorem maximum obsoniorum, immo in libello, *an recte dictum sit*, λάθε βιώσας, ait *Philoxenum* hunc solitum in cibos inspuere, vt alii iis abstinerent. Porro iam *Philoxenum poetam* tradit in latomias a *Dionysio maiore* coniectum in lib. de bono animo. Idem testantur Diodor. Sic. lib. XV. Cicero ad Attic. IV. 6. Diog. Laert. in Arcesilao, Athen. lib. I. schol. Aristoph. ad Plutum pag. 32. Suidas, et noster denique XII. 44. *Cytherium* eum cognominant Diodorus, Athenaeus, Suidas. Euasisse eum aiunt ex latomiis Diodorus, Suidas, et schol. Aristoph. At noster et Athenaeus in iis composuisse *cyclopem*, quo designauerit Dionysium. Sed et Diodorus eum, vt hominem festiue seuerum in vino, vel potius contumacem, depingit, qui in carcerem fuerit coniectus, quia probare noluerat carmina Dionysii, ac in carcerem reduci se iusserit, ne laudaret illorum ineptias, cui similia tradunt Cicero et Suidas. Athenaeus vero et schol. Arist. in latomias coniectum tradunt, quia amicam Dionysii Galateam corruperit. Errant autem, vt hoc obiter moneam, interpretes Pausaniae, et ex iis Vossius de Poetis, qui scribit eum *Dionysio iuniori familiarem fuisse, vt Pausanias in atticis ait.* Pausanias tradit iam olim plerosque reges aut tyrannos multum vsos poetis, sic *Polycratem Anacreonte, Hieronem Syracusanum Aeschylo et Simonide*, Διονυσίῳ δὲ (pergit) δς ὕστερον ἐτυράννησεν ἐν Σικελίᾳ, Φιλόξενος παρῆν, vertitur simpliciter, *Dionysio posteriori Philoxenus*, scil. familiaris fuit. At vero hic Dionysius ὕστερον τυραννῆσαι dicitur, non respectu *maioris Dionysii*, sed *Hieronis*. Res est certissima, et diserte Plutarchus ac Diodorus hunc Dionysium *maiorem* dicunt. Sed et extra dubium alius ab illo *Cytherio*, lasciuo et plane luxurioso dithyramborum poeta, fuit *Philoxenus ὁ μελοποιὸς, melicorum carminum conditor*, qui, quum in coloniam quandam Siculam adscitus, haberet istic *praedium, victum, et domum copiosam*, sed deprehenderet *luxuriam et mollitiem* in ea grassantem, maluit omnia relinquere et discedere, vt refert Plutarchus de vitando aere alieno. Fuerint ergo duo *Philoxeni* poetae, *Cytherius* ille *dithyrambicus*, et *melicus* iste Vossianis poetis addendus, duo item helluones, poetarum alter, quem et *Philoxenum Leucadii* crediderim, et *Philoxenum Eryxidis*, qui forsan ab auctore hic intelligitur, et qui *Anaxagorae* fuit *discipulus*, atque adeo aequalis Pericli, vt traditur apud Athen. lib. V. cap. vlt. Fuit et *Philoxenus Siphnius* ex insula iuxta Cretam, qui et Ὑπερονίδης fuit dictus. Vnde σιφνιάζειν dicebantur, qui μέλεσι περιέργοις vtebantur, teste Polluce lib. IV. cap. 9. Perizon.

2. Ἐν καπηλείῳ) Med. 3. ἐν καπήλῃ. Est autem ἡ καπήλη, docente Hesychio, locus, ὅπου ὁ κυβερνήτης κάθηται, πάσσαλος, περὶ ὃν κατείλητα τὰ σχοινία, καὶ τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ

ἑαυτὸν εἰσίᾳ τῇ ὀσμῇ. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ ἐπετείνετο ἡ ὄρεξις, καὶ ἡττᾶτο τῆς φύσεως, κακῆς δὲ ὄσης, ὦ Θεοὶ, τηνικαῦτα οὐκ ἐνεγκὼν, προσέταξε τὸν παῖδα πρίασθαι τὴν λοπάδα. Ἐπεὶ δὲ ἔφατο πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ, ταύτῃ μᾶλλον ἡδίων ἔσται, φησὶν, [3] εἰ πλείονος ὠνήσομαι. Χρὴ δὲ καὶ τῶν τοιούτων μνημονεύειν, οὐκ εἰς ζῆλον αὐτῶν, ἀλλ' ὥστε φεύγειν αὐτά.

κοίλωμα, ἔνθα οἱ ναῦται πάντα ἀποτίθενται. Quae omnia huc facere non videntur. An ergo κάπηλα medicina exspectanda? Nam hoc ab Hesychio exponitur per κρεώπολις, ἀγορὰ παρὰ Ταραντίνοις. Sed melius in vulgata acquiescendum puto. Simile vero intemperantiae exemplum in Claudio proponit Sueton. Claud. c. 33. quem narrat *illum nidore prandii*, *quod in proxima Martis aede Saliis adparabatur, deserto tribunali, adscendisse ad sacerdotes, vnaque discubuisse*.

3. Ἐι πλείονος ὠνήσομαι) Quod ex mss. R. et C. notat Schefferus, legere eos, εἰ πλείονος αὐτὴν ὠνήσομαι, id ipsum etiam in Lugd. reperi. Sed nihil indiget locus hoc augmento. Periz.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ τῶν παλαιῶν ζωγράφων.

[1] Ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινὰ ἐν γάλαξι καὶ ἐν σπαργάνοις, οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον.

1. Ὅτε ὑπήρχετο) Plinius *apparere* ait, *Iliacis temporibus* picturam *nondum fuisse*, licet in Italia superessent tabulae, quae iam ante Romam conditam istic fuerant pictae. Vide eum lib. XXXV. 3. Nec obstat illi, vt putat Vossius de graphice, §. 4. quod statuaria vtique fuerit antiquior, et ab ipso Daedalo iam exculta, quum sine dubio haec simplicior, et in quouis ligno exercita, longe prius fuerit inuenta, et in communem vsum inducta, quam illa. Nullum tamen dubium est, quin ante, quam aliquo esset in vsu, saepe exstiterit quis, qui atro colore aliquid notauerit in albo, et quoquo modo posset, expresserit, seu per ludum iocumque, siue vt figuram quandam alteri declararet. Sed talium ratio haberi non debet, quando quaeritur tempus, quo coeperit existere ars quaepiam, vt facit d. l. Plinius. Nam quicquid *illius* antea forte factum fuerat, non artis erat, sed naturae, arti praeludentis. Mox Sluisk. ἐν γάλαξι καὶ σπαργάνοις, omisso posteriore ἐν. Phrasin ipsam vide et supra VIII. 8. vbi itidem de initiis picturae agitur. Perizon.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Διογένȣς ἀλγȣ̃ντος τὸν ὦμον.

Ἤλγει τὸν ὦμον Διογένης, ἢ τρωθεὶς, οἶμαι, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει σφόδρα ἀλγεῖν, [1] τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει, λέγων, τί ȣ̓̃ν ȣ̓κ ἀποθνήσκεις, ὦ Διόγενες, καὶ σεαυτὸν ἀπαλλάττεις κακῶν; Ὁ δὲ εἶπε· τȣ̀ς εἰδότας ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τȣ́τȣς γε ζῆν προσήκει, ὧν καὶ αὐτὸς ὡμολόγει εἶναι. Σοὶ μὲν ȣ̓̃ν, ἔφη, ȣ̓κ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐςιν. Ἐμὲ δὲ, τὸν ἐπιςήμονα ἐκείνων, πρέπει ζῆν.

1. Τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει) *Aliquis ex iis, qui ab eo vexati fuerant dictis, et ideo inimici eius erant, insultabat ipsi.* Sic Hesiod. θεογ. 155. de liberis Coeli, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ, *a suo patre odio habebantur, et infestabantur.* Vide ibi eruditiss. Graeuium. Κατακερτομεῖν est *irridere, insultare.* Polyaen. I. 34. 2. μάλα δὴ τῶν συμμάχων κατεκερτόμησαν, *maiorem in modum irriserunt socios.* Sluisk. hic legit αὐτὸν, sed rectum est, quod vulgatur, idque in Lugdun. reperitur. Perizon. — Offert quoque Med. 3. αὐτὸν, quod praefert τῷ αὐτῷ Abr. Gronou. Putat enim τὸ ἀχθόμενος in his esse absolute positum, et κατεκερτόμει cum tertio casu construi, e *Suida* nouerat, qui κατακερτομεῖν, inquit, ἀντιλέγειν, καταχλευάζειν.

ΚΕΦ. ιβ.

Ἀρχύτȣ ἀπόφθεγμα περὶ ἀνθρώπων.

Ἀρχύτας ἔλεγεν· ὥσπερ ἔργον ἐςὶν εὑρεῖν ἰχθὺν, ἄκανθαν μὴ ἔχοντα, ȣ̓́τω καὶ ἄνθρωπον, μὴ κεκτημένον τι δολερὸν καὶ [1] ἀκανθῶδες.

1. Ἀκανθῶδες) Verti, *malignum.* Maligni enim sunt, qui *lubenter alios pungunt, aut aliis nocent,* quod proprie illo vocabulo hic designatur. Periz.

ΚΕΦ. ιγ.

Ὅτι Ἀρχίλοχος ἑαυτȣ̃ κατηγόρει.

Αἰτιᾶται [1] Κριτίας Ἀρχίλοχον, [2] ὅτι κάκιςα ἑαυτὸν

1. Κριτίας) Celebris est scriptor, qui a Polluce citatur quam saepissime. Meminit et noster iterum eius cap. 17. Scripsit de rebus

εἶπεν. Εἰ γὰρ μή, φασιν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης· οὐθ' ὅτι [3] καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν, ἦλθεν εἰς Θάσον· οὐθ' ὅτι ἐλθὼν, τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο; οὐδὲ μὴν

publicis. Certe eius remp. Laced. laudat Athen. lib. XI. cap. 3. et 10. Ad hanc etiam illius remp. seu librum refero fragmentum, quod Clemens Alex. stromat. VI. pag. 620. ex eo profert, quasi ex Euripide expressum, quum plane conueniat iis, quae Xenophon quoque, in rep. Laced. in initio, memoriae prodidit de cura Lycurgi in matres et feminas, vt tanto robustiores parerent liberos. Perizon.

2. Ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν) Fecisse id videtur, vt sua quoque caederet vineta, nec sibi parceret, quum tanta libertate alios reprehenderet. Dio. Chrysost. orat. 33. potiore loco habendos censet eos, qui vitia incusent, Homerum quidem omnia laudasse, at *Archilochus*, inquit, ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἥκετο, ψέγειν· ὁρῶν, οἶμαι, τούτου μᾶλλον δεομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πρῶτον αὐτὸν ψέγειν, *in contrariam partem se vertit, ad reprehendendum, videns, vt opinor, eo magis indigere homines, et primo quidem ad seipsum reprehendendum.* Addens, ideo τῆς μεγίστης τυχεῖν μαρτυρίας παρὰ τοῦ δαιμονίου, *maximum accepisse testimonium a deo*, seu oraculo. Periz.

3. Καταλιπὼν Πάρον) Immo vero ἐξενάγησε Παρίους, *duxit Pariorum coloniam, in Thasum*, vel potius, quum pater eius oraculum accepisset, vt nunciaret Pariis, vrbem esse condendam in insula *Aeria*, Archilochus docuit Parios, insulam Thason esse *Aeriam*, vel olim sic fuisse appellatam. Vide Eusebium praepar. euangel. VI. 7. qui locus debuit etiam conferri, vt fecisse video Holsteinium, cum Stephano in voce Θάσος, vbi Pinedo, deceptus corrupto adhuc loco, existimat, Telesiclea, cui oraculum fuit datum, fuisse Archilochi filium. Sed recte ex Mss. emendarunt Stephanum Holstenius et Berkelius, inserendo πατρὶ, vt legatur, χρησμοῦ, τοῦ δοθέντος τῷ πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου, *oraculi, quod datum est patri Archilochi.* Ipse tamen Berkelius istic grauissime etiam errat, quando putat Parios ex hoc oraculo, quod Archilocho ait datum, misisse eo hos colonos aliquanto post tempora *Darii* Hystaspis, quum Archilochus non Dario tantum, sed et Cyro, fuerit longe antiquior, quippe qui vixit tempore Gygis, vt Herodotus, vel vt Cicero, Romuli. *Thasus* autem *condita* dicitur olymp. XV. vel XVI. Vide Clement. Alexandr. lib. I. strom. pag. 333. Ceterum in Aeliano illa Archilochi migratio accipienda ergo est, non ita, ac si solus eam fecerit, sed vt particeps coloniae, quam ipse suasit, cuius suadendae causa in ipso fuit, vt ex nostro iam discimus, paupertas. Quapropter etiam Eusebium putem, nimis magnifice de Archilocho locutum, quando eum ait, ξεναγῆσαι τοὺς Παρίους, *duxisse Parios in istam coloniam*, quum fuerit inter eos priuatus, et ideo dein Thason quoque reliquerit, implicitus etiam istic inimicitiis quamplurimis. Certe *paupertatem* eius, et quod bona sua consumserit ciuilibus factionum nugis, deque eo questus apud Apollinem, oraculum acceperit migrandi in insulam Thason, ipse alibi (praep. eu. V. 31.) tradit, prout emendatur, et recte, ab Holstenio ad Stephanum d. l. Periz.

ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγε. Πρὸς δὲ τούτοις (ἦ δ' ὅς) οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν, ᾔδειμεν ἄν, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες· οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστής· καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχιστον, ὅτι [4] τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν ὁ Ἀρχίλοχος μάρτυς ἑαυτῷ, τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν, καὶ τοιαύτην ἑαυτῷ φήμην. Ταῦτα [5] οὐκ ἐγὼ Ἀρχίλοχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτίας.

4. Τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν) Versus, quibus id de se prodidit ipse Archilochus, recitat Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. III. 24. Strabo lib. XII. pag. 549. et Aristoph. in pace p. 749. Accidit id autem in pugna contra Saios, populum Thraciae. Nihilo tamen minus iactat idem Archilochus strenuum se Martis cultorem aeque ac poetam fuisse, Athen. XIV. 6.

> Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος,
> Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Sum vero ego famulus quidem Enyalii regis, et amabile musarum donum sciens. Sed et in bello periit. Vide Plutarch. de sera numinis vindicta, Euseb. praep. euang. V. 33. et Suidam. Quod autem turpissimum fuerit, *scutum abiecisse*, res notissima est, et satis etiam hic exposita a Schefferο et Kuhnio. Vnum ego addam, quia ad ipsum pertinet Archilochum. Nempe eum, quum Lacedaemona venisset, iussum statim rursus abire, quia intellexerant Lacones, eum illis versibus, quos refert Aristophanes et Strabo, dixisse rem pessimi, vt arbitrabantur, exempli, *melius esse abiicere scutum, quam mori.* Vide Plutarch. in lacon. institut. Periz.

5. Οὐκ ἐγὼ) *Archilochus* veteribus fuit laudatissimus poeta, seu, vt ait Valer. Max. VI. 3. *maximus, aut certe summo proximus.* Atque ideo etiam Apollo oraculis suis eum ornauit. Vide Euseb. V. 33. Haec causa est, quare ita sollicite auctor ab se amoliatur speciem accusandi Archilochi, quum, tanquam sophista, faueat poetis graecis. Sic supra IX. 4. magno studio defendit Anacreontis continentiam, minus profecto certam. Perizon.

ΚΕΦ. ιδ.

Περὶ ἀργίας.

Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι [1] ἡ ἀργία ἀδελφὴ τῆς ἐλευθε-

1. Ἡ ἀργία) Sunt illae aequaliter inter se veluti sorores. Nam sicut *otium* sequitur *libertatem*, et est cum *libertate* coniunctum: sic *libertas* vicissim sequitur *otium*, seu oritur saepe ex *otio*. Vnde Aristot. polit. V. 11. inter alia etiam hoc, *ciues ad paupertatem redigere*, tyrannicum esse ait, ὅπως, πρὸς τὸ καθ' ἡμέραν ὄντες, ἄσχολοι ὦσιν ἐπιβουλεύειν, *vt quotidiano victu quaerenda occupatis, otium non sit ad insidias tyrannidi struendas.* Hinc ergo Amasis rex Aegypti legem tulit, vt quisque apud praesidem suae regionis declararet, vnde viueret. Vide Herodot. II. 177. De Pisistrato vide similia apud nostrum IX. 25. Adde et quae notaui ad IV. 1. Periz. — Aut in his verbis

ρίας ἐςὶ· καὶ μαρτύριον ἔλεγεν, ἀνδρειοτάτους καὶ ἐλευθεριωτάτους Ἰνδοὺς καὶ Πέρσας, ἀμφοτέρους δὲ [2] πρὸς σχηματισμὸν ἀργοτάτους εἶναι· Φρύγας δὲ καὶ [3] Λυδοὺς ἐργαςικωτέρους, δουλεύειν δέ.

vitium latet, aut Socrates huius dicti male auctor ab Aeliano factus est. Ille enim ab otio inertia que vt qui maxime abhorrebat. Hinc paulo iniquior quoque ftatuebat in artes fellularias, quibus vitam rusticam fere praeferre folebat.

2. Πρὸς σχηματισμὸν) hoc eft, *exteriori habitu et specie.* Sic Anton. Lib. fab. 13. πρὸς ὄψιν ἀντίπαις ὢν, *quod ad faciem, ipso aspectu.* Nihil ergo hic mutandum, quod facere voluit Gesnerus, legendo χρηματισμὸν. Periz.

3. Λυδοὺς) Crediderint ergo, Cyrum ademiffe iis potius ludos, et impofuiffe labores, contra quam fcribit Iuftinus l. 7. et alii. Lugd. cod. per compendium videtur fcripfiffe ἐργασικωτάτους. Periz.

ΚΕΦ. ις.

Περὶ τῶν μνηςευσαμένων τὰς τοῦ Ἀριςείδου καὶ τοῦ Λυσάνδρου θυγατέρας.

Τὰς Ἀριςείδου θυγατέρας, ἔτι αὐτοῦ περιόντος, ἐμνηςεύοντο οἱ τῶν Ἑλλήνων δοκοῦντες διαφέρειν. Ἔβλεπον δὲ ἄρα οὐκ εἰς τὸν βίον Ἀριςείδου, οὐδὲ ἐθαύμαζον αὐτοῦ τὴν [1] δικαιοσύνην· ἐπεὶ, τούτων γε εἰ ἦσαν ζηλωταὶ, κἂν μετὰ ταῦτα ἐπέμειναν τῇ μνηςείᾳ. Νῦν δὲ ὁ μὲν ἀπέθανεν, οἱ δὲ οὐδὲν ἡγήσαντο εἶναι πρᾶγμα κοινὸν πρὸς τὰς κόρας. Ἀποθανὼν γὰρ ἐγνώσθη ὁ παῖς Λυσιμάχου, ὅτι πένης ἦν· ὅπερ καὶ ἀνέςειλεν ἐκείνους τοὺς κακοδαίμονας ἐνδόξου τε ἅμα καὶ σεμνοτάτου [2] γάμου, παρ' ἐμοὶ κριτῇ. Παραπλήσιον δὲ καὶ [3] ἐπὶ Λυσάνδρου·

1. Δικαιοσύνην) Refpicit cognomen Ariftidis, quod erat δίκαιος, *iuftus.* Vide et fupra IV. 16. et Corn. Nepot. in eius vita. Periz.

2. Γάμου) Dotem acceperunt dein hae virgines a populo 3000 drachmarum, vt refert Plutarch. in Ariftide. Alteram harum, nam duae fuerunt, vt ex illo Plutarchi loco liquet, Andocides rhetor clam abduxit, et dono mifit regi Cypriorum, cui dein eam iterum furto abftulit, vt idem Plut. in vitis X. rhetor. tradit. *Paupertas* Ariftidis clariffima fuit, et memoram iam fupra II. 43. et infra XI. 9. Periz.

3. Ἐπὶ Λυσάνδρου) Lugd. Λυσάνδρῳ. Sed rectius alii. Intelligitur enim λέγεται. Sic fupra I. 30. τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν. Iulian. orat. I. pag. 44. τοῦτο τίς ἐπί σοῦ λέγειν ἐτόλμησε, *id quis de te dicere auderet?* Vel forfan, ἐπὶ τὸ χρῆμα, *res fe habet cum*, vel *in Lyfan-*

μαθόντες γὰρ αὐτὸν εἶναι καὶ πένητα, τὸν γάμον ἀπέδρασαν.

ἄνε. Sic ferme Epict. cap. 40. ἐπὶ σεαυτῶ ὤν, *solus tecum existens*. De filia Lysandri vide supra VI. 3. Perizon. — In Med. 3. abest καὶ ante πένητα. Et videtur, nisi plane otiosa esse, certe alieno posita loco particula. Commodiori enim loco legeretur ante αὐτὸν.

ΚΕΦ. ις.

Περὶ Ἀντισθένους, καὶ Διογένους.

Ἐπεὶ ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον, τέλος ἀγανακτήσας, οὐδένα προσίετο. Καὶ Διογένην οὖν ἤλαυνεν ἀπὸ τῆς συνουσίας αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης, καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἤδη καὶ τῇ βακτηρίᾳ καθίξεσθαι αὐτοῦ

1. Οἱ δὲ οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον) Sluisk. προσεῖχε. Vtro legas modo, ciccum non interduim. Videntur tamen viri docti adhaesisse ad hanc syntaxin. Vidi enim, ad Laertium in Diogene, ita allegare quosdam hunc Locum, quasi legeretur ac ederetur, ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχε. Sed male prorsus. Vsitatum enim est Graecis et Latinis, tali zeugmate vti, et pro genitiuo partitionis, quasi per appositionem, eundem adhibere casum, quo dein pars subiecta exprimitur. Sallust. Catil. 43. *cetera multitudo suum quisque negotium exsequeretur. Iugurth.* 58. *at nostri*, etc. *magna pars, vulnerati aut occisi.* Idem orat. I. ad Caes. *cetera multitudo, alius alium secuti.* Liu. I. 37. *montes effuso cursu Sabini petebant, et pauci tenuere, maxima pars, in flumen acti sunt.* Sueton. Domit. 10. *ceteros leuissima quemque de causa occidit.* Sall. Iug. 66. *Vaccenses, fatigati regis suppliciis, principes ciuitatis, inter se coniurant.* cap. 104. *Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt, duo ad regem redeunt.* Noster supra I. 5. ἡ ἀλώπηξ, οὐ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον δολερόν ἐστι, ἀλλὰ καὶ ἡ θαλαττία πανοῦργός ἐστι. V. 10. ὁπλῖται δὲ ἀπώλοντο αὐτοῖς, ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τέσσαρες. Adde et omnino, quae notaui ad Sanctii Mineruam pag. 532. 533. Vide et supra III. 16. et infra XIV. 46. I. Periz. — Non possum cum Koenio facere, qui ad Gregor. de Dialect. p. 34. haec Aeliani verba, reiecta Hoogeuenii ad Viger. pag. 6. prolata sententia, ita emendabat; οἱ δὲ οὐδεὶς προσεῖχεν, eiecto illo αὐτῷ, quod pro glossemate τοῦ οἱ habebat, aeque ac illud Ariani de exped. Alexandr. IV. 3. pag. 170. οἱ βιαιότατοι οἱ ἐστιν, vbi in cod. quodam οἱ αὐτῷ legitur. Neque vero ad Abreschii obseruationem confugiendum erit, qua in Dilucid. Thuc. VII. 64. pag. 714. multa protulit exempla, quibus coniungi solere οἱ αὐτῷ probabat, v. c. Hom. Iliad. α. 324. κακῶς δὲ ἔρχ οἱ πέλει αὐτῷ. Herodo. 3. 72. δς ἂν αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσται. Plato Polit. 3. τὴν θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι. Nam οἱ non tertium h. l. sed primum efficit casum, atque adeo τὸ οἱ δὲ, a sequentibus verbis distinctione seiungendum, in τῶν δὲ resoluendum erit, si hanc orationis ἀνακολουθίαν, nulli non scriptori frequentem, ad regulas reuocare velis.

ἠπείλει· [2] καί ποτε καὶ ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Ὁ δὲ οὐκ ἀπηλλάττετο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως, ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν, καὶ ἔλεγε· σὺ μὲν παῖε, εἰ βούλει, ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληρὰν, ὥς τε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Ὁ δὲ [3] ὑπερησπάσατο αὐτόν.

2. Καί ποτε καὶ ἔπαισε) In codd. Sluisk. et Med. 3. abest καὶ ante ἔπαισε. Haud dubie errore librarii.

3. Ὑπερησπάσατο) Idem verbum eodem sensu habes etiam XIV. 14. Simplex ἀσπάζομαι notat non tantum *salutare* in adeundo vel abeundo, sed et *amare*, et liberaliter cum aliquo agere. Sic infra XIII. 18. Dionysius Siciliae tyrannus τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐτίμησε, ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκειτο. Lucian. de morte peregrin. εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ, ὡς Ἡράκλειόν τι, ἀσπάζεται, *si vero etiam ignem, vt Herculeum quid, amplectitur*, h. e. praefert in genere mortis eligendo. Hesiod. ἀσπ. v. 84. οἱ ῥά μιν ἠσπάζοντο, *qui eum benigne exceperunt*. Maxim. Tyr. diss. 8. init. de Harmodio, et duobus eius amatoribus, ὑπεριδὼν τοῦ τυράννου, τὸν ἰδιώτην ἠσπάσατο, *contemnens* amatorem *tyrannum, amabat priuatum*. Perizon.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ τῶν πλουτησάντων ἐκ τῶν κοινῶν.

Λέγει Κριτίας, Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους, πρὶν ἢ ἄρξασθαι πολιτεύεσθαι, [1] τρία τάλαντα ἔχειν, τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν. Ἐπεὶ δὲ τῶν κοινῶν προέστη, εἶτα ἔφυγε, καὶ ἐδημεύθη αὐτοῦ ἡ οὐσία, κατεφωράθη ἑκατὸν ταλάν-

1. Τρία τάλαντα) Non ergo exheredatus fuit a patre, quod plerique tradunt, (vide et nostrum II. 12.) sed quod Plutarchus quoque falsum et confictum putat. Satis autem amplum hoc erat patrimonium pro ratione istius temporis. Etenim immane quantum creuerunt opes cum publicae Atheniensium, tum priuatae singulorum post bella persica, aeque ac Romanorum post bella maxime Mithridatica. Maximam enim tunc habuerunt Attici occasionem locupletandi se ex vrbibus Asiae, et insulis Aegei maris. Res manifesta est ex diuersitate dotium, mulctarum, etc. Aristidis filiae a populo honestam tunc dotem accepere dimidii Talenti, nam hoc faciunt tria millia drachmarum, quae illis data. At tempore Menandri, quem expressit maxime Terentius, priuati et plebeii ciues dotem iam dabant aliquot talentorum. Chremes ideo apud Terent. Andr. V. 48. fingitur promittere *decem talenta*. Nihil ergo mirum, Themistoclem post victoriam Salaminiam tantas quoque opes, *centum talentorum*, h. e. 180000 carolinorum, potuisse sibi comparare, quum dein *XX. talentis* Isocrates vnam orationem, immo Demosthenes silentium suum, vendere potuerit, h. e. 36000 carolinorum, vt notum est. De opibus Atheniensium maximis vide Budaeum de asse lib. V. et me infra ad IX. 9. Perizon.

των [2] πλείω οὐσίαν ἔχων. [3] Ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα, πρὸ τοῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὰ κοινά, μηδὲν τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶναι· μετὰ δὲ, [4] πεντήκοντα ταλάντων τὸν οἶκον ἀπέλιπε.

2. Πλείων οὐσίαν) Irrepsit hoc in Schefferi et Kuhnii editiones. Reponendum est, vt feci, ex pristinis edd. quod et postulat ratio grammatica, πλείω. Perizon.

3. Ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα) Sic omnibus literis masti. Sollicitant tamen hunc locum eruditi, et partim corruptum pronunciant, partim coniecturis tentant. Alii exponunt, vt μηδὲν positum accipiant pro κατὰ μηδέν. Malim ego, quod vsitatum est nostro in initiis periodi, nomen hoc proprium, Κλέωνα, per ellipsin, quasi pro κατὰ Κλέωνα, accipere istoc modo, vt sensus euadat: *Similiter vero etiam de Cleone*, seu *quod ad Cleonem*, scilicet loquitur Critias, *priusquam ad remp. accessit, nihil ei rerum familiarium fuisse non obligatum, non oppigneratum*, vel *nihil fuisse liberale, libero et honesto homine dignum*. Sic infra XII. 39. φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν οὐκ, ἵπποτε εἶλε λέοντα etc. μέγα ἐφρόνει, hoc est, *dicunt igitur etiam de Semiramide*. Vide et quae notaui ad II. 13. 10. Si tamen vere vitii quid conceperit hic locus, tum sane legerim Κλέωνι, quando omnia erunt plana et expedita. De ipso *Cleone* habuimus iam supra II. 9. Floruit tempore Periclis, et periit in bello Peloponnesiaco. Perizon. — Quod ad priora attinet verba, Perizonii emendationem, qua Κλέωνι vulgatae lectioni substituit, non necessariam esse puto. Nam haec verba, ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα, pendent, vti recte quoque monuit Vir Doctus Obs. Misc. tom. III. pag. 238. aperte ab initio huius capitis, λέγει Κριτίας. Paulo difficiliora esse verba haec: μηδὲν τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶναι, tot tamque diuersae Virorum Doctissimorum de iis sententiae declarant. Gronouius quidem de Pec. Vet. II. 7. μηδὲν elliptice accipit pro πρὸς μηδὲν hoc sensu: *Cleonem in patrimonio non liberum*, f. *obligatum esse*, probauitque, vtriusque linguae scriptoribus τὸ ἐλεύθερον, et *liberum* hoc sensu vsurpari. Optime vero contra Gronouii interpretationem mouit Vir Doctus in Misc. Obseru. l. c. hoc: *bona quidem apud Graecos aeque ac apud Latinos dici* οὐκ ἐλεύθερα εἶναι, *quando sint oppignorata, sed non occurrere loca, in quibus et homines, qui eiusmodi bona possideant, dicantur* οὐκ ἐλεύθεροι εἶναι. Quare aut Perizonii emendatio est recipienda, aut Scheffero adsentiendum, qui auctorem ipsum, cum festinanter exceperet, τὸ εἶναι τῷ ἔχειν substituisse coniicit.

4. Πεντήκοντα ταλάντων) Sic et Sluisk. At Lugd. ρ ταλάντων, h. e. *centum*. Auarus certe fuit, seu magnas opes congessit hic homo, vnde Plutarch. in Nicia pag. 524. obiicit ei πλεονεξίαν. Idem in politicis praeceptis narrat Cleonem, quum ad remp. accederet, renunciasse omnibus amicitiam, sed addit, debuisse eum potius dimittere τὴν φιλοπλουτίαν, *studium diuitiarum*. Filius fuit coriarii, seu hominis, qui habebat officinam seruorum *pelles subigentium*, βυρσοδεψῶν. Vnde Cleonem ipsum βυρσοδέψην vocat Aristoph. *in equitibus* pag. 290. vbi schol. τὴν εὐτέλειαν δείκνυσι τοῦ Κλέωνος, ἀφ' οἵας τύχης ὁρμώμενος ἐπρώτευσε τῶν Ἀθηναίων, *vilitatem Cleonis declarat, ex qua fortuna progressus euaserit primus Atheniensium*. Perizon.

ΚΕΦ. ιη.

Περὶ Συρακουσίου Δάφνιδος, καὶ βουκολικῶν μελῶν.

Δάφνιν τὸν βουκόλον λέγουσιν, οἱ μὲν, ἐρώμενον Ἑρμοῦ, [1] ἄλλοι δὲ, υἱόν· τὸ δὲ ὄνομα ἐκ τοῦ συμβάντος σχεῖν. Γενέσθαι μὲν αὐτὸν ἐκ νύμφης, τεχθέντα δὲ, ἐκτεθῆναι ἐν δάφνῃ. Τὰς δ' ὑπ' αὐτοῦ βουκολουμένας βοῦς, φασιν, [2] ἀδελφὰς γεγονέναι τῶν Ἡλίου, ὧν Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσείᾳ μέμνηται. [3] Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ

1. Ἄλλοι δὲ υἱόν) Confer Seruium ad Virgil. ecl. V. 20. *Daphnin quendam pastorem, quem mater sua, compressa a Mercurio et enixa, abiecit: hunc pastores, quia inuenerunt inter lauros, Daphnin vocauerunt: quem Pan musicen docuisse dicitur: qui cum venationis et musices peritissimus esset, adamatus a nympha est, qui* (lege *cui*) *etiam iureiurando astrictus est, ne cum alia concumberet. Hic dum boues persequitur, ad regiam peruenit, et ob pulcbritudinem appetitus, cum regis filia consuetudinem miscuit. Hoc cum nympha rescisset, luminibus eum orbauit.* Similia Diodor. Sic. lib. IV. extr. addens ab eo ipso inuenta carmina bucolica. Mercurium tamen *Daphnidis amicum* vel *amatorem* dicit schol. Theocriti Idyll. I 79. Sed et ipse Theocritus aliter narrat fabulam *Daphnidis*, scil. eum amore extabuisse. Vnde schol. ad v. 65. de poeta ait, μέλλει δὲ ᾄδειν, ὃν τρόπον ὁ Δάφνις, μὴ δυνάμενος φέρειν τὸν τῆς, Ξενέας τοὔνομα, νύμφης ἔρωτα, ἀπέλιπε τὸ ζῆν, *canet autem, quomodo Daphnis, non ferens amorem Nymphae, quae Xenea dicebatur, reliquerit vitam.* Nympha autem haec eum auersabatur διὰ τὴν πρὸς ἑτέρας γυναῖκας ὁμιλίαν, *propter amorem aliarum mulierum.* Perizon. — Carminum bucolicorum laudantur varii a variis inuentores. *Diomo Siculo* hanc gloriam tribuit Athen. XIV. Δίομος δὲ ἦν ὁ βουκόλος Σικελιώτης, ὁ πρῶτος εὑρὼν τὸ εἶδος: *Daphnidi* vero Diodor. Sicul. IV. 84. aliique a Perizonio laudati: *Stesichoro* denique *Himeraeo* Aelianus paulo post et alii, quos collegit M. Hardionus in *vita Daphnidis*, inserta *historiae memor. liter. acad. Parisiens.* tom. VI. pag. 459. et D'orvill. in Sicul. IV. pag. 25.

2. Ἀδελφὰς γεγονέναι τῶν Ἡλίου) De his *bobus solis*, quae etiam erant in Sicilia, nec propagabantur generatione, nec interibant, vide Homer. odyss. Μ. 127. etc. vbi Eustathius, quia Homerus diuidit has boues in septem armenta, singula quinquaginta boum, tradit ab Aristotele ista allegorice explicari de diebus anni lunaris, qui sunt 350. quae allegoria magnam sane habet speciem veri, atque ita inane erit, quod hic de Daphnidis *boum cognatione* cum istis solis traditur. Periz.

3. Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ) Ne quem turbet haec constructio, vide quae notaui ad II. 11. et indicem Kuhnianum in v. *Nominatiuus*. Sed et plane vt hic, ita VII. 1. de Semiramide, ἀφικομένη δὲ πρὸς τὸν τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα, ὁ δὲ ἐντυχὼν τῇ ἀνθρώπῳ ἠράσθη αὐτῆς. Et XII. 46. de Dione. Perizon.

ὄντι, καὶ νέῳ, καὶ [4] πρώτῳ ὑπηνήτῃ, [5] ἔνθα τοῦ χρόνου

4. Πρώτῳ ὑπηνήτῃ) Sic et msti, cum mei, tum regii, nisi quod vnus ex hisce, qui fuit Strategi, rem reliquerit in dubio per compendium scripturae, vltimam literam non exprimentis. Faber tamen *legendum omnino* ait πρώτως. Prorsus perperam. Satis enim recte se habet vulgata lectio, quae illud ipsum notat. Frequentissime enim adiectiua, etiam tempus significantia, ponuntur pro ipsis aduerbiis. Supra VII. 13. Ἀγησίλαος ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προῄει, τὸν τρίβωνα περιβαλλόμενος ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα ἑωθινὸς ἐν ὥρᾳ χειμερίῳ. Vbi ἑωθινὸς notat *matutino tempore* illum eo fecisse. Vide alia et plura ad III. 14. et IX. 8. sic πρῶτος, et *primus*, eodem sensu Graecis et Latinis. Liu. I. 16. *Prima hodierno luce se mihi obuium dedit.* Terent. adelph. V. 3. 55. *Cum primo luci ibo hinc.* Virgil. georg. III. 324. *Luciferi primo cum sydere.* Vide et supra ad III. 19. init. Deinde vero si recedendum hic esset a mstis, explorari tunc prius, quam coniecturis tentaretur locus, debuerant verba Homeri, quae exhibere se ait auctor, subiiciens his, ὥς πε φησι καὶ Ὅμηρος. Hic autem Iliad. Ω. 348. Mercurium ait assimilasse se *iuueni*, κούρῳ,

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

Quis dubitet, quin, si quid hic mutandum, legendum ergo foret, non πρώτως, sed πρῶτον. Ego tamen, vt vere dicam, putem pene, in Homero potius quam in nostro errasse librarios, quia nostri lectio est a vulgari captu remotior. Sed neuter forte emendandus, quia noster videtur ex memoria, id quod declarat vocula πε, Homeri verba retulisse. Memorat haec verba Homeri, et in Alcibiadem confert Athen. V. 19. extr. Perizon. — Iensium ad Lucian. tom. I. p. 534. πρῶτον restituisse constat. Sed nolim eius sequi sententiam. Vereor enim, ne talibus emendationibus, quibus opem tulisse auctoribus videmur, multa scriptorum loca deprauentur. Id, quod potissimum accidit illis locis, quae ex aliis scriptoribus citata leguntur. Sic apud Maxim. Tyr. dissert. XIX. 5. ex Euripid. Phoen. v. 18. laudatur, μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ, vbi codd. optimi non βίᾳ, sed ὕπερ exhibent. Bene. Sophista enim memoriae lapsu huncversum cum sequenti non nihil mutatum laudauit: librarius vero, vt hunc errorem tolleret, margini adscripsit lectionem Euripidis βίᾳ, e quo in contextum est ab aliis receptum. Ita et Valckenar. ad Euripid. l. c. statuit. Quam ob rem non videtur Marklandi sententia firmis superstructa esse argumentis, qui e loco allato, aliisque eiusdem notae secundam ἔκδοσιν illarum dissertationum, ab ipso Maximo paratam, probare conatus est. Quid vero? an sophistam credamus in retractando opere verba tantum leuia captasse, contra ea grauiora, contra omnem historiam commissa, peccata reliquisse intacta?

5. Ἔνθα τοῦ χρωτὸς ἡ χαριεστάτη) Sic et Lugd. Sed Sluisk. vt et duo regii, Strategi ille, ac num. 3132. aliam, et veram, vt reor, nobis suggerunt lectionem; ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριέστατη, hoc est, *quo tempore adolescentum pulchrorum venustissima est pubertas.* Sic ἔνθεν τῆς ἀκάνθης apud Aristotelem, et similia apud Stephanum videri possunt. Sed et noster supra II. 23. ὀψὲ τῆς ἡλικίας. et III. 17. καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνου. hist. anim. VIII. 10. ἐνταῦθα τοῦ καιροῦ, *tunc temporis.* Aristoph. auibus pag. 610. πηνίκ' ἐστιν ὥρα τῆς ἡμέρας; *quod est diei tempus?* respondetur, σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν, *paululum post meridiem.* Plato Protagora pag. 342. σοφισταὶ πλεῖστοι γῆς ἐκεῖ εἰσιν, *sophistae plurimi in illa terra sunt.* Suidas in Ἀσπίας 2. καὶ πικρὸς ἐν τούτων δεσπό-

ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥσ πȣ φησι καὶ Ὅμηρος. [6] Συνθήκας δὲ ἐποιήσαντο, μηδεμιᾷ ἄλλῃ πλησιάσαι αὐτὸν, καὶ ἐπηπείλησεν, ὅτι πεπρωμένον ἐστὶν, αὐτὸν στερηθῆναι τῆς ὄψεως, ἐὰν παραβῇ. Καὶ εἶχον ὑπὲρ τȣ́των ῥήτραν πρὸς ἀλλήλȣς. Χρόνῳ δέ ὕστερον, βασιλέως θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτȣ̃, οἰνωθεὶς ἔλυσε τὴν ὁμολογίαν, καὶ ἐπλησίασε τῇ κόρῃ. [7] Ἐκ δὲ τȣ́τȣ τὰ βȣκολικὰ μέλη πρῶτον ᾔσθη, καὶ εἶχεν ὑπόθεσιν τὸ πάθος, τὸ κατὰ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς αὐτȣ̃. Καὶ Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας [8] ἀπάρξασθαι.

της κάτω τȣ̃ χρόνȣ γενόμενος, *et propter haec acerbus dominus postea factus est.* Liquet ex his, quam vsitatum sit Graecis, aduerbia cum genitiuis construere, atque adeo non temere me, reiecta vulgata lectione, secutum illorum codicum fidem, qui hic ἔνθα τȣ̃ χρόνȣ legunt. Perizon.

6. Συνθήκας δὲ ἐποιήσαντο, μηδεμιᾷ) Sic et Sluisk. Faber tamen *legendum* censet ἐποιήσατο *propter sequens verbum* eiusdem numeri. Et sane et ego malim hoc numero, vt referantur omnia haec tantum ad nympham, quae id pacta sit: quum dein demum de vtroque simul dicatur, καὶ εἶχον ὑπὲρ τȣ́των ῥήτραν πρὸς ἀλλήλȣς, quae ceteroqui nimis ταυτολόγως prioribus subiicerentur. Sed et Lugd. habet ἐποιήσε, quod quin genuinum sit, vix dubito. Συνθεῖναι autem, vel συνθήκας ποιεῖν, etiam vnus dicitur cum altero. Sic Anton. Lib. fab. I. καὶ συνθεμένη διὰ τῆς τροφȣ̃, νύχιον ἀπέπλευσε, *et pacta cum illo per nutricem suam, noctu abnauigauit.* Et fab. vlt. συντίθεται Ἀμφιτρύων ἐπὶ τȣ́τοις πρὸς Καδμείȣς, *paciscitur de illis cum Cadmeis.* Perizon.

7. Ἐκ δὲ τȣ́τȣ τὰ βȣκολικὰ) Non dubito, quin ante haec verba aliquid exciderit, quo ipsum illud πάθος oculorum Daphnidis fuerit declaratum, quod ante omnia exprimi debuit. Atque ita Diodor. Sicul. d. l. κἀκεῖνον ὑπό τινος θυγατρὸς βασιλέως καταμεθυσθέντα, καὶ πλησιάσαντα αὐτῇ, στερηθῆναι τῆς ὁράσεως, κατὰ τὴν γεγενημένην ὑπὸ τῆς νύμφης πρόῤῥησιν, *et illum a quadam regis filia inebriatum, et congressum cum ea, visu esse orbatum, secundum factam illi a nympha praedictionem.* Mox etiam illud πρῶτον Sluisk. omisit, at Lugd. aeque ac B. et C. regii, teste Scheffero habet πρότερον. Sic et paulo ante Sluisk. ac duo regii omittunt οἰνωθεὶς. Perizon.

8. Ἀπάρξασθαι) Lugd. et reg. 3064 ὑπάρξασθαι. Quod sine dubio verum. Sic supra II. 12. καὶ ὑπήρχετό πως τȣ̃ σωφρονεῖν. Ἀπάρχεσθαι ad res sacras potissimum refertur, et notat maxime *primitias alicuius rei offerre*, vel *initium sacri facere.* Ceterum excidisse et hic cum Gesnero autumo φασὶ, vel simile quid, quod ipsa requirit syntaxis. De *Stesichoro*, vide supra ad IV. 26. Perizon.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ τȣ̃ καταπιόντος τὰς ἰδίας ὀδόντας.

Εὐρυδάμας ὁ Κυρηναῖος [1] πυγμῇ ἐνίκησεν, ἐκκρουσθεὶς μὲν ὑπὸ τȣ̃ ἀνταγωνιστȣ̃ τὰς ὀδόντας, [2] καταπιὼν δὲ αὐτὰς, ἵνα μὴ αἴσθηται ὁ ἀντίπαλος.

1. Πυγμῇ ἐνίκησεν) Lugd. et reg. 3064. vt et 3132. sed hic ex emendatione recentioris manus, πυγμὴν, quod prorsus praefero. Nam ita solet noster II. 8. καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος στάδιον. IV. 15. ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον. Plut. de Lycurgo, in apophth. reg. πυγμήν τε καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν. Perizon.

2. Καταπιὼν δὲ αὐτὰς) Solebant scil. athletae dissimulare et occultare plagas, vel certe dolorem, ne animus adderetur aduersario, et ita is acrius contra se insurgeret. Sic apud Plutarch. de aud. poet. ὁ μὲν γὰρ Αἰσχύλος, πύκτȣ πληγέντος εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ κραυγῆς γενομένης, οἷον, εἶπεν, ἡ ἄσκησίς ἐστι! οἱ θεώμενοι βοῶσιν, ὁ δὲ πληγεὶς σιωπᾷ, *Aeschylus, quum pugil quispiam plagam in os acciperet, et clamor propterea oriretur, quantum, inquit, valet exercitatio! spectatores clamant, percussus silet.* Atque hinc Epictet. cap. 35. proponit illis, qui ὀλύμπια νικῆσαι velint, omnia dura subeunda, χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι, *manu laedi, talum distorquere, multum puluerem deglutire, flagellari.* Perizon.

ΚΕΦ. κ.

Περὶ Ἀγησιλάȣ.

Ὅτι ὁ Πέρσης ἐπέστειλε πρὸς Ἀγησίλαον, φίλον αὐτὸν ἔχειν. [1] Ἀνταπέστειλε δὲ Ἀγησίλαος, ὅτι ȣ̓ δυνατὸν

1. Ἀνταπέστειλε) Praecessit ἐπέστειλε. Nonne ergo et hic ἀντεπέστειλε? Sed nihil mutes velim. Rex Persarum *misit epistolam* (hoc enim est ἐπέστειλε, quod male vertebatur, *legatos misit*) ad Agesilaum de amicitia et hospitio. Sed Agesilaus nihil illi rescripsit, verum per eum, qui epistolam attulerat, renunciavit ea regi, quae sequuntur. Vide Xenoph. de laudibus Agesilai pag. m. 389. Illud autem est ἀποστέλλειν, vel ἀνταποστέλλειν. Simile responsum Cyro iuniori dedit Callicratidas, etiam Spartanus. Vide Plutarch. apophth. lacon. Sed et confunduntur haec ac promiscue ponuntur. Sic certe apud Pausan. Messen. cap. 22. de Aristocrate Arcade et Anaxandro Spartano, illum ait consilia Aristomenis inscripsisse βιβλίῳ, idque *misisse* (ἐπιστέλλειν) per fidelissimum seruum ad Anaxandrum, illum vero seruum ab Arcadibus quibusdam interceptum, qui tunc *populo ostenderint, quae Lacedaemone responsa erant*, ἐπεδείκνυον ἐς τὸν δῆμον τὰ ἀνταπεσταλμένα ἐκ Λακεδαίμονος. Additur dein, ἐπέστελλεν δὲ ὁ Ἀνάξανδρος, *scripserat vero Anaxander*, ea scilicet, quae sequuntur. Priora autem huius capitis rectius et clarius ita vertas, *rex Persarum literas ad Agesilaum misit, vt se haberet amicum.* Vide et infra XII. 1. pag. 668. Perizon.

φίλον

φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάυ ἰδίᾳ εἶναι· εἰ δὲ εἴη Λακεδαιμονίοις κοινῇ φίλος, δῆλον, ὅτι καὶ αὐτῦ ἔσται· ἐφ' ἅπασι γὰρ καὶ ἐκεῖνον [2] ἀριθμεῖσθαι.

2. Ἀριθμεῖσθαι) Sluisk. ἂν ἀριθμεῖσθαι. Notissimum autem, hanc voculam ἂν saepe infinitis praemitti, et ita efficere in praesentibus significationem futuri. Vide eos, qui de particulis egere, Vigerum et Devarium, et nostrum supra cap. 8. Perizon. — Sluisk. accedit Med. 3. Recepit itaque cum Gronouio edit. Basil.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Πλάτωνος.

Ὅτι τὸν Πλάτωνα [1] ἡ Περικτιόνη ἔφερεν ἐν ταῖς ἀγκάλαις. Θύοντι δὲ τῷ Ἀρίστωνι ἐν [2] Ὑμηττῷ ταῖς μούσαις ἢ ταῖς νύμφαις, [3] οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα ἐν ταῖς πλησίον μυῤῥίναις, δασείαις οὔσαις, καὶ πυκναῖς. Καθεύδοντι δὲ ἑσμὸς μελισσῶν, [4] ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι,

1. Ἡ Περικτιόνη) Mater haec erat Platonis, orta ab Solone, vel eius fratre Dropide, soror patruelis Critiae illius, qui inter XXX. tyrannos fuit. Pater verò Platonis Ariston genus referebat ad Codrum. Vide vitam *Platonis* apud Laertium et Olympiodorum. Perizon.

2. Ὑμηττῷ) Pausanias in *Atticis*, inter montes Atticae, *Hymettum* quoque nominat, et addit, ὃς φύει νομὰς μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας, *qui profert pascua apibus maxime idonea*. Hinc celeberrimum est apud veteres *mel hymettium*, quod et auctor mox memorat. Periz.

3. Οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα) Ambigitur in notis, quinam sint illi οἱ μὲν, qui videntur opponi ipsi matri Platonis, praeter quam alii plures non memorantur. Sed oppositio est, licet paulo obscurior, inter illos Platonis parentes, qui nominati iam sunt, et ideo hic designantur per οἱ μὲν, atque ipsum Platonem, qui interim, dum illi sacris operabantur, depositus fuit in myrteto. In versione oppositionem eam disertius expressi. Periz.

4. Ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι) Satis salua hic sunt omnia et integra; sed tamen a tot editoribus minime intellecta, dum verterunt, *Hymettii mellis opifices, in os insidentes*. Id quod non est vertere, sed de suo addere, quae velis, ad explendum ex coniectura sensum. Nec enim in graecis reperitur illud *opifices*, neque vero vlla idonea ellipseos ratione intelligi potest. Sed declarant ita agendo sic satis, nescire se, quae ratio sit istius genitiui, ὑμηττίου μέλιτος. Dicam ergo, quid rei sit. Genitivus hic notat *aliquid hymettii mellis*, quod *deposuerunt* apes *in labiis* Platonis. Vsitatissimum enim est Graecis, quando *aliquid* ex vniverso rei alicuius genere sumtum aut captum, volunt dicere, iungere tunc genitiuum isto sensu, per ellipsin voculae τι, verbis actiuis. Sic XI. 5. ex Aristot. polit. V. 4.

ὑπῆδον, τὴν τῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν.

[f] εἰς τὰ κανᾶ ἐνέβαλεν τῶν ἱερῶν χρημάτων λάθρα. Intellige τι vel τινα. Supra I. 7. ὅταν ῥοδοκυάμε φάγωσι, et καὶ ἐνταῦθα τῶν καρκίνων ἀναλέγεσι. cap. 8. εἰ μέντοι κιττῦ γεύσωνται. cap. 10. αἱ δὲ βληθεῖσαι παραχρῆμα τῆς δικτάμε διέτραγον. Vide et supra I. 14. 1. et II. 17. 4. Sic et Pausan. Phocic. cap. 14. τῶν τῦ θεῦ χρημάτων συλήσαντα, *qui aliquid ex rebus dei abstulerat.* Nam de Dionysio, qui omnia abstulit, ait noster I. 20. ἐξ ἁπάντων ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα. Καθίσασαι autem notat hic, non *considere*, sed *deponere*, *collocare*, *inserere*. Sic IV. 22. ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτὸς εἰκῆ. VII. 1. ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τῦ θρόνυ. XII. 1. ἕως αὐτὴν ὁ Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισε. Vide et Lucian. Soloecist. in extr. et ibi Clariss. Graevium. Sed et qui hanc narrant fabulam, tradunt, apes *labellis paruuli mel inseruisse*, quae ipsa sunt verba Valer. Max. I. 6. extr. Quin ipse auctor XII. 45. apes ait non *insidere* tantum, sed εἰς τὸ στόμα Πλάτωνος κηρίον ἐργάζεσθαι, *in os eius fauum parare.* Notanda etiam constructio, ἑσμὸς μελισσῶν καθίσασαι. Sed ita solent Graeci et Latini. Iulian. orat. I. pag. 24. ταῦτα δρῶντες τὸ στράτευμα. Vide et omnino ad istam orat. Excellent. Spanhem. pag. 199. et me ad Sanctii Mineruam pag. 538. 539. Perizon.

ΚΕΦ. κβ.

Περὶ Διωξίππυ.

Ὅτι [1] Διώξιππος, παρόντος Ἀλεξάνδρυ, καὶ Μακε-

1. Διώξιππος) Erat Atheniensis athleta, qui varias ex Olympiis reportauerat victorias. Vide Diog. Laert. in Diog. VI 43. et nostr. XII. 58. Postea secutus est castra Alexandri, cui fuit *pernotus et gratus ob eximiam virtutem virium*, vt ait Curt. IX. 7. vbi et pluribus hanc pugnam ita accurate exponit, vt noster ex eo multum illustrari possit, et ex ista illius cura et fide, in referenda hac historia, liqueat, quam temere nuper vir ceteroqui doctissimus auctorem hunc, omnia summo studio captans et conquirens ita infamauerit, vt nihil prorsus illi relinquat bonae frugis, nisi forte verba quaedam et locutiones elegantioris notae. Quamuis dein ipsum etiam stylum illius magno molimine itidem explodat, atque omnium pene vitiorum insimulet. Quam nimio id studio, et simul quo successu, fecerit, eius rei exemplum ipsa haec Curtii verba nobis praebebunt. Scilicet *nullam minus tolerabilem* pronunciat Vir Doctus tom. II. Art. Crit. p. 674. ἀκυρολογίαν, quam hancce, *virtutem virium*, quod *neminem vnquam dixisse putat*: ne ipsum quidem Curtium, quem ideo hic corruptum censet. Sed integer satis est locus, et phrasis latinissima. Videtur autem existimare, *virtutem* dici proprie et vnice de animo, eiusque praestantia, vt sane nunc a philosophis in ethica doctrina accipitur, atque ideo improprium prorsus esse, et vitii *intolerabilis*, si corpori tribuatur, aut rebus illi propriis, vt sunt *vires*. At qui ἀκυρολογίας arguit vsum vocabuli in quacunque tandem lingua, is enimvero attendere debebat primum etymologiae, vnde proprietas significationis maxime cognoscitur. *Virtutis* autem vocabulum tantum

δόνων, [2] ῥόπαλον λαβὼν, Κόῤῥαγον τὸν Μακεδόνα [3] ὁπλίτην μονομαχήσας, καὶ ἐκκρούσας αὐτοῦ τὸ ξυστὸν, καὶ [4] ἁρπάσας τὸν ἄνδρα σὺν τῇ πανοπλίᾳ, ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ κειμένου, τὴν μάχαιραν, ἣν ὑπέζωστο, ὑφαρπάσας, ἀπέκτεινε τὸν ὁπλίτην. Ἐμισήθη δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. Ὁ δὲ ἀπογνοὺς, [5] ὡς μισηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀθυμήσας ἀπέθανε.

abest, vt ab origine sua notet quid animo proprium, vt e contrario, si non ab ipsis *viribus*, quod multi putant, tum certe vel quasi *viri vis*, hoc est, robur, *a virilitate* formatum sit, vt tradit Varro, vel *a virendo*, et ideo significet proprie omnem cuiusque rei vigorem et praestantiam. Certe vt etymologiam nunc mittamus, vsu ipso ista vocabuli significatio sic satis probatur. Sic *virtute formae id euenit, te vt deceat, quicquid habeas*, apud Plaut. Mostell. III. 1. 17. Quid enim istic est *virtus formae*, quam eius praestantia? Neque alio sensu Sallust. Iug. 4. *Cuius* (historiae) *de virtute, quia multi dixere, praetereundum puto*. Ita ergo et *virtus virium* significat robur, praestantiam, ἰσχὺν, δύναμιν, σθένος, ῥώμην, quibus etiam modis in glossis Labbaei exponitur: atque adeo nulla est in eo ἀκυρολογία. Specimen hoc sit, non quaesitum, vt vides, Lector, sed vltro oblatum, illius exsibilationis, qua Curtium excepit vir eruditus. Sane si ea seueritate, captando etiam minutissima quaeque, cum omnibus ageretur, quid tandem foret in rebus humanis, etiam vtilissimis, quod non, hinc illinc arripiendo singula et arguendo, facile exponi ludibrio possit. Neque vero intelligo, cui bono talia fiant, quum non ea vtique agamus tempora, quibus periculum sit ab anxia nimiae lectionis diligentia. Errores auctorum occultari aut dissimulari, neutiquam opus, immo ineptum est, sed neque par est tam acerbo et professo inuestigari studio plures, quam reuera existunt, tantum vt scriptoribus per tot secula probatis suum decedat apud adolescentes pretium, per se satis procliues ab studio ad otium. Perizon.

2. Ῥόπαλον λαβὼν) Diod. Sic. ait lib. XVII. διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα τὴν πρόσοψιν Ἡρακλεωτικὴν εἶχεν, *propter singularem clauae vsum speciem habebat Herculeam*. Curtius *validum nodosumque stipitem* appellat. Periz.

3. Ὁπλίτην) *Grauioris armaturae militem*. Curtius, *Macedo iusta arma sumserat, aereum clypeum, hastam, quam sarissam vocant, laeua tenens, dextra lanceam, gladioque cinctus*. P.

4. Ἁρπάσας) h. e. *corripiens* et in terram deiiciens. Etenim erat Dioxippus *Pancratiastes*, vt vocatur ab Athen. VI. 13. et Plin. XXXV. 11. Pancratium autem constabat πυγμῇ καὶ πάλῃ, *pugilatu et lucta*, Plutarch. Συμποσ. II. 4. ὅτι μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης, δῆλον, *certum et manifestum est, conflatum esse pancratium ex pugilatu et lucta*. Pugnabant ergo Pancratiastae percutiendo et contundendo alter alterum, ac arripiendo se inuicem, et ad terram affligendo. Id autem voluisse auctorem hoc verbo, docebit nos iterum Curtius, qui disertius id expressit, *quem* (stringere gladium parantem) *occupatum complexu pedibus repente subductis Dioxippus arietauit in terram*. Adde Diodor. Sicul. Perizon.

5. Ὡς μισηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου) Crediderim haec esse a glossa, et ex superioribus repetita. Certe nimis inconcinne e proximo repetuntur, quam vt credibile sit ab auctore id factum. Perizon.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

Περὶ Ὀρικάδμου, καὶ τοῦ παλαίειν.

Ὅτι [1] Ὀρίκαδμος πάλης ἐγένετο νομοθέτης, καθ' ἑαυτὸν ἐπινοήσας τὸν Σικελὸν τρόπον καλούμενον παλαίειν.

1. Ὀρίκαδμος) Quis ille sit vel fuerit *Horicadmus*, ignoro. Konigius apud Kuhnium suspicatur rescribendum Ὀνόμαστος, quia Euseb. in chron. dicat, XXIII. olymp. adiectam πυγμὴν, et vicisse *Onomastum* Smyrnensem, qui et leges tulerit τῇ πυγμῇ. Duplex in his error. Alter, quod Euseb. in chron. haec tradatur dicere, quum occurrant in Anonymi *olympiadum catalogo*. Alter in eo, quod confunditur πυγμὴ καὶ πάλη. Onomastus ille leges tulit πυγμῇ, *pugilatui*, qui illa demum olympiade est additus olympiis certaminibus. At πάλη, *lucta*, de qua hic agitur et quae iam olymp. XV. vel XVIII. addita fuit ludis olympiis, quaque vicisse ibidem traditur Eurybatus Lacedaemonius, diuersa erat prorsus. Varios et antiquissimos *luctandi* modos exponit Eustath. ad Hom. Iliad. ψ. pag. 1450. ed. Basil. Ipsa *lucta* omnium certaminum antiquissima fuisse dicitur apud Plutarch. Sympos. II. 4. In *Sicilia* fuisse iam olim lucta, immo et caestibus, pugnatum, ex Erycis historia, ab Hercule occisi, liquet. Vide Servium ad Virgil. Aen. I. 574. et Pausan. Messen. cap. vlt. vbi Eryx cum Hercule *luctatus*, παλαῖσαι, dicitur, et certamen ipsum πάλη appellatur. Forte ab eo Σικελὸς καλούμενος τρόπος τοῦ παλαίειν. In Lugd. etiam est Σικελικὸν, vt in B. et C. regiis. Perizon.

ΚΕΦ. β.

Περὶ Ὀροιβαντίου ἐπῶν, καὶ Δάρητος, καὶ Μελισάνδρου.

Ὅτι ἦν Ὀροιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὁμήρου, ὥς φασιν οἱ [1] Τροιζήνιοι λόγοι· καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, [2] οὗ

1. Τροιζήνιοι λόγοι) *Troezenii* enim erant σεμνύνοντες, εἴπερ καὶ ἄλλοι τινες, τὰ ἐγχώρια, *extollentes, si vlli alii, res suas*, vt ait Pausan. Corinth. cap. 30. Habebant etiam templum musarum, vbi Pitthea, auum Thesei, docuisse aiunt *artem dicendi*, λόγων τέχνην, et librum scripsisse, ibid. cap. 31. Nihil ergo mirum, eos etiam iactasse carmina ante Homerum a ciue quodam suo composita. Sed Ioseph. lib. I. contra Apion. init. *nullum plane ait inueniri apud Graecos* ὁμολογούμενον

Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. Μελίσανδρος ὁ Μιλήσιος [3] Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψεν.

γράμμα, *scriptum indubium, quod antiquius sit Homeri carminibus.* Periz.

2. Ὀυ Φρυγίαν Ἰλιάδα) Etiam huius nomine, si tale quid exstitit tempore Aeliani, suppositum id fuit et falsum, certe aliis ignotum aut repudiatum. Nam, vt taceam, omnes historicos fateri, res Graecorum esse incertissimas ante olympiadas, immo, vt tradit ipse Thucyd. lib. I. ante bellum Peloponnesiacum: diserte prodiderunt Plinius V. 29. et VII. 56. Cadmum Milesium scripsisse primum *prosa oratione*, et *historiam*. Iosephus etiam lib. I. contra Ap. init. *eum et Acusilaum Argiuum* ait *primum admonuisse manus historiae conscribendae*. Vixerunt autem illi temporibus Cyri. Adde Proclum Lycium, qui in defensione Homeri cap. 26. affirmat, *nullum Homeri aetate fuisse historicum, qui res tunc gestas memoriae prodiderit.* Sed et Dio Chrysostomus τρωικῷ, vbi contendit, Ilium non fuisse ab Agamemnone captum, Graecos ait pag. 161. qui contrarium credebant, ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξαπατηθέντας, *ab vno viro deceptos*, nempe Homero. Sed disertius pag. 176. Homerum audacius omnia finxisse scribit, quia *nulli erant alii poetae aut historici*, συγγραφεῖς, *a quibus res gesta narraretur*, ἀλλ' αὐτὸς πρῶτος ἐπιθέμενος ὑπὲρ τούτων γράφειν, *verum ipse* PRIMVS *aggressus fuerit, de illis* (Troiani belli rebus) *scribere*. Clarissimo argumento, nihil ergo hunc Dionem Chrysostomum, qui in Asia minore vixit, sciuisse aut credidisse, de *Daretis* huius *Iliade*. Periz.

3. Λαπιθῶν) Pugna haec accidit tempore Herculis et Thesei in Thessalia iuxta montem Pelion, ex quo *Lapithae* ductu Ixionis et Pirithoi expulere *Centauros*. Vide Strabon. lib. IX. pag. 439. et Palaephat. fab. I. Periz.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ Ἴκκου, καὶ πάλης.

Ὅτι [1] Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος [2] πάλης ὑπήρξατο σωφρο-

1. Ἴκκος) Corruptum est hoc nomen in codd. Aeliani. Etenim Sluisk. et Med. 2. exhibent vulgatum. Lugd. cum B. et C. regiis Ἴκτος. At Medic. I. recte Ἴκκος, vel Ἰκκὸς. Ita enim legendum docuit iam Schefferus ex variis auctoribus, qui omnes eum ita appellant. Certauit autem primum ipse, dein optimus omnium sui temporis fuit γυμναστὴς, vt ait Pausan. in Eliac. II. 10. Alii eum dicunt *medicum*. Sic olymp. recensio ad olymp. 77. Stephan. in v. Τάρας, et Eustath. ad Dionys. Perieg. 376. Nam quin vterque idem sit homo, nullum est dubium, quum vterque ab eadem continentiae summae laude pariter celebretur. De medico enim Eustath. δὲ ἐπὶ βίου εὐτελείᾳ εἰς παροιμίαν κεῖται, τὴν λέγουσαν, Ἴκκου δεῖπνον, ἐπὶ τῶν ἀπερίττως δειπνούντων, *qui propter victus tenuitatem in prouerbium abiit, quo dicitur, Icci coena, de iis, qui tenuiter coenantur.* Vixit et floruit olymp. LXXVII. post depulsos ex Graecia Persas. Periz. — Idem Eustath. ad Hom. Iliad. E. pag. 610. edit. Rom. hunc Iccum facit Rheginum

νέςερον τὸν τῆς [3] ἀθλήσεως χρόνον διαζήσας, καὶ κεκολασμένη τροφῇ διαβιώσας, καὶ ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσας.

patria: Ἴκκος, ὅπερ ἐςὶ κύριον ὄνομα σοφϑ Ῥηγίνϑ, ἐξ ὅυ παροιμία, τὸ δεῖπνον Ἴκκϑ, διὰ τὸ εὐτελὲς τῆς ἐκείνϑ ζωῆς, vbi e noſtro aliisque Ταραντίνϑ legendum. Abr. Gronou.

2. Πάλης ὑπήρξατο, σωφρονέςερον) Quid? Is ergo, qui vixit tempore Themiſtoclis, Hieronis, etc. is inquam *primus auctor fuit luctae*, (nam ita haec vertenda, non vt fecit Vulteius, *luctas exercuit*) quae iam olymp. XV. vel XVIII. προσετέϑη, *addita eſt*, agonibus olympicis, vt oſtendi ad cap. 1. Certiſſimus hic eſt error, ab librariis ortus, ſed qui totum quoque huius capitis ſententiam peruertit. Pet. Faber in Agoniſt. III. 4. hunc locum adferens, *forſan* ait poſt verbum ὑπήρξατο, *addendum aliquis cenſuerit* νικητὴς, *aut certe* ἀσκητὴς *vel* ἀϑλητὴς, *vel ſimile quippiam*. Sic ſenſus foret, *Iccus Tarentinus luctae victor fuit*, vel *lucta certauit*. Sed longius haec coniectura abit a codd. Vix dubito legendum propiori emendatione, et diſtinguendum ſimul hoc modo: ὅτι Ἴκκος, ὁ Ταραντῖνος παλαιςὴς, ὑπήρξατο σωφρονέςερον τὸν τῆς ἀϑλήσεως χρόνον διαζήσας, *Iccus, Tarentinus luctator, coepit primus temperantius viuere per totum certaminis exerciti tempus*. Cauſa erroris fuit, quod participia ſequentia ſepararunt librarii a verbo ὑπήρξατο, ſecus quam fieri oportebat, et quod forſan παλαιςὴς per contractionem fuit ſcriptum, quod ita dein facile degenerauit in πάλης. Supra IV. 15. Δημοκράτης ὁ παλαιςὴς. De participio quod dixi, ita Xenophon ἀναβ. lib. V. ἀδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς ὀδὲν πώποτε ὑπήρξαμεν κακῶς ποιῦντες, *neque enim nos vnquam primi coepimus quidquam mali vobis facere*. Lucian. de morte peregr. ἀνέχονται παροπτώμενοι, *patienter ferunt ſe igne torreri*, Iulian. orat. I. pag. 43. extr. ὀκ ἀπείχοντο βασκαίνοντες, *non deſierunt inuidere*. Vide et ſupra ad III. 17. De continentia athletarum vide ad III. 30. et quae hic Schefferus. et Kuhnius notant. Tale autem exemplum continentiae, vt a medico athleta primum daretur, conueniens plane erat. Periz. — Abr. Gronou. receptam lectionem, πάλης ὑπήρξατο, haud temere reiiciendam putat, quoniam ita et ſupra 2. 12. καὶ ὑπήρχετό πως τϑ σωφρονεῖν. Hiſtor. Anim. 4. 34. βαδίσεως ὑπάρχοντας, et paulo poſt τϑ γήρως δὲ ὑπαρχόμενος. Nec ego quidem magnopere repugno, quamuis negare haud poſſim, Perizonii emendationem mihi videri praeferendam eſſe. Omnino vero hoc caput videtur lucuientiſſime demonſtrare, Variarum harum Hiſtoriarum opus valde mutilatum ad nos perueniſſe. Nullus enim dubito, quin Aelianus h. l. rationem reddere voluerit prouerbii: Ἴκκϑ δεῖπνον quod Euſtathius aliique adferunt, adeoque illa omnia, quae huc pertinebant, deperdita eſſe.

3. Ἀϑλήσεως χρόνον) Intelligit tempus decem menſium, quo ſe certamini praeparabant, et quod ſe impendiſſe illi, iureiurando declarare debebant. Pauſan. Eliac. I. 24. iuraſſe ait athletas, *ſe X. continuis menſibus accurate feciſſe omnia, quae ad certaminis exercitium*, ἄσκησιν, *pertinerent*. Quin et ipſi Hellanodicae per X. menſes erudiebantur in iis, quae ipſos facere oportebat, vt teſtatur idem Eliac. II. 24. Hoc ergo eſt illud ἀϑλήσεως tempus, de quo et Euſtath. ad Homer. Iliad. Ω. pag. m. 1472. οἱ ἀϑλῆται τὸν τϑ ἀϑλεῖν πάντα καιρὸν ὀκ ἀφίεντο πλησιάζειν γυναιξὶ, *athletae per omne tempus certandi non admittuntur ad coeundum cum feminis*. Per.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ Ἀγαθοκλέους φαλακρώματος.

[1] Ἀγαθοκλέα φασὶ τὸν Σικελίας τύραννον γελοιότατα [2] τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν. Ψιλουμένης γὰρ αὐτῆς, κατὰ μικρὰ [3] ὑποῤῥεουσῶν αὐτῷ τῶν τριχῶν, ὅδε αἰδούμενος προκάλυμμα κόμης ἐποιήσατο τὸν μυῤῥίνης στέφανον, [4] καὶ ἦν πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. Ἤιδεσαν μέν τοι τὸ

1. Ἀγαθοκλέα) Homo hic ab infima fortuna ad maximam tyrannidem summa audacia, fraude, et crudelitate euectus est. Vide Diod. Sic. lib. XIX. et Iustin. lib. XXII. atque ibi Berneggerum. Perizon.

2. Τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν) Referunt haec Vulteius in versione, Schefferus in notis, Kuhnius in indice, ad formae vitium, et peculiariter caluiciem. Sed errant, si quid video. Accipienda enim haec de exteriori specie, quam ipse capiti circumdedit, seu de corona, quam semper gestauit ad occultandam caluitiem, quod ornamentum ridiculum erat et indecorum, quia insolitatum. Nec enim coronati erant veteres, nisi in sacris, aut in conuiuiis et comessationibus. Hinc apud Gell. IV. 14. *quo eum venire cum coronario non decuisset.* Et Caesari ad honorandas eius victorias extra ordinem decretum fuit inter alios honores *ius laureae perpetue gestandae*, vt refert Sueton. cap. 45. Ceteroquin a rebus seriis et seueris aliena prorsus erat corona. Ouid. fast. V. 341.

Nulla coronata peraguntur
seria fronte.

Deinde videtur etiam haec corona ex myrto latiorem et ampliorem, atque ideo magis indecoram, habuisse speciem, quia esse debebat προκάλυμμα κόμης, et πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. Certe ἀσχημονεῖν et εὐσχημονεῖν de exteriore habitu, et specie, quam quis sibi finxit, et fecit, tum etiam de factis vitae honestis aut indecoris, potissimum adhibetur. Sic noster ἀσχημονεῖν ait Il. 15. de Clazomeniis, qui ephororum sellas fuligine infecerant. Et VI. 12. de Dionysii tyrannide depulsi, et iam γελωτοποιοῦντος, turpi vita, quam egit Corinthi. Et XIV. 26. de conuiciante in foro. Epictet. cap. 59. de eo, qui sumsit aut cepit munus viribus suis maius. Contra εὐσχήμονες νέοι apud Plutarch. de aud. poet. cap. 2. non sunt *formosi*, sed *decore se gerentes*, *bonis moribus vtentes*. Atque ita accipiendum est hoc vocabulum de mulieribus honestis ac decore viuentibus Actor. Ap. XIII. 50. et XVII. 12. secus quam fecit Beza, qui *opulentas* interpretatur. Ita ergo Agathocles erat τὴν κεφαλὴν ἀσχημονῶν, quia praeter morem Syracusanorum semper cum myrtea prodibat corona, atque ita, vt caluitiem tegeret, frontem habebat ramis et foliis, quasi *valla*, προβλήματι, obumbratam. Diodor. lib. XX. ait, eum coronam perpetuo gestasse ἔκ τινος ἱερωσύνης, *ex sacerdotio quodam*. Addit tamen, alios tradere, eum de industria sumsisse coronam, quia non esset εὐχαίτης, *crinitus*. Periz.

3. Ὑποῤῥεουσῶν αὐτῶν τῶν τριχῶν) Substitui, quod malebat Schefferus, αὐτῷ, quia non sensus tantum id videbatur postulare, sed et iubebant mss. et mei, et regii, pariter vno consensu. Perizon.

4. Καὶ ἦν πρόβλημα τῆς ψιλώσεως) Multo malim absque illo ἦν haec legi. Certe longe concinnius cohaererent superioribus. Et potest

φαλάκρωμα Συρακούσιοι, καὶ [5] τὴν ἐς αὐτὸν τῶν τριχῶν ἐπιβουλὴν οὐκ ἠγνόουν· ἐσιώπων δὲ διὰ τὸ τῶν τολμημάτων αὐτοῦ καὶ ἀσεβημάτων ἐμμανές.

videri ortum ex glossa, atque additum ab iis, qui haec habuerunt pro separato commate, cui suum deesset verbum, quum ex superioribus dependerent, ἐποιήσατο τὸν στέφανον προκάλυμμα κόμης, καὶ πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. De ψιλώσεως voce et eius significatione. Vide Salmas. de coma, pag. 240—242. Periz.

5. Τὴν εἰς αὐτὸν τῶν τριχῶν ἐπιβολὴν) In hisce verbis aestuant valde eruditi interpretes, et videas eosdem eodem tempore, modo tueri explicando, modo coniectando sollicitare vulgatam lectionem. Confer hic notas Kuhnii et indicem. Sed neque sensus est idoneus in edito, neque quod illi substituunt, ἀποβολὴν, vllum hic locum habet. Peccatum est a primo editore, vel eius codice, ex quo ille edidit ἐπιβολὴν, quum mei pariter, qui ceteroquin, vbi varia occurrit in codd. nostri auctoris lectio, discrepare solent, vt et Mediceus vterque, teste Gudio, denique regii omnes, exhibeant hic diserte prorsus ἐπιβουλὴν, eleganti locutione et pene poetica, sed cuiusmodi locutione graeci sophistae delectabantur. Notat enim, *crinium contra ipsum conspirationem, et machinationem*, quae consistebat in defectione illorum ab ipsius capite. Periz. — Perizonii sententiae accedit etiam D'Orvill. ad Charit. I. 2, pag. 35. Solemnis enim est harum vocum permutatio, vti a D'Orvillio l. c. et Wesseling. ad Diod. Sicul. tom. I. 8. exemplis probatum est.

ΚΕΦ. ϛ.

Περί τινων ἀδίκως θεοσυλίας κατακριθέντων.

Ἔθυόν τινες ἐν Δελφοῖς. [1] Τούτοις ἐπιβουλεύοντες Δελφοὶ εἰς τὰ κανᾶ, ἔνθα ἦν αὐτοῖς ὅ, τε [2] λιβανωτὸς καὶ

1. Τούτοις ἐπιβουλεύοντες) Sic et Sluisk. At Lugd. τούτους, quod et ipsum recte dicitur. Neque tamen id annoto, quod praeferam, sed ne quid praeteream, quod admonitione dignum videbatur. Periz.

2. Λιβανωτὸς καὶ τὰ πόπανα) Antiquissimorum hominum sacra erant tenuia, et minime sumtuosa. Hinc apud Plutarchum Lycurgus dicitur, interrogatus, quare Spartanis praeceperit ita vilia ac tenuia sacra, respondisse, ne vnquam desinerent colere Deum, vel, vt semper ex facili, et ideo promtis studiis, Deum colerent. Vide Apophth. Lacon. et praefat. ad Apophth. Reg. Similiter Pythagoras suasit apud Iamblichum in vita eius cap. 11. feminis Crotoniatarum, ne in sacris faciendis *complura vno tempore simul effundant, quasi nunquam denuo sacra facturae*, sed offerant potius haec ipsa, πόπανα καὶ λιβανωτόν. Ita vero etiam Romulum laudat Dionys. Halic. Ant. Rom. II. pag. 93. quod *frugalia* instituerit sacra, sed et ipse Romae vidisse se ait, ἐν κανοῖς καὶ πινακίσκοις κεραμίοις ἀλφίτων μάζας, καὶ πόπανα, καὶ καρπῶν τινων ἀπαρχὰς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λιτὰ καὶ ἰνδάπανα, *in canistris et patinis testaceis farinaceas offas, et placentas, et fructuum quorundam primitias, atque alia eius generis tenuia et vilia.*

τὰ πόπανα, [3] ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων λάθρα. Λαβόντες οὖν αὐτοὺς, [4] ὡς θεοσύλας, ἀπήγαγον ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ κατεκρήμνισαν κατὰ τὸν Δελφικὸν νόμον.

Sed et Valer. Max. II. 5. 5. Romanos ait *primitus ex libamentis victus sui, deos eo efficacius, quo simplicius, placasse.* Hinc ergo apud Romanos veteres in sacris frequentia prorsus, fuerunt *liba.* Festus, *ferctum, genus libi, quod ad sacra ferretur, dictum.* Et *ianual, genus libi, quod Iano libatur.* Et *pastillum genus libi rotundi in sacris.* Polyb. VI. 23. clypeos comparat τοῖς ὀμφαλωτοῖς ποπάνοις, τοῖς ἐπὶ τὰς θυσίας ἐπιτιθεμένοις, *placentis, ex quibus vmbilicus quispiam eminet, quae sacrificiis imponuntur.* Ceteroqui tamen iidem inualescente iam rep. *in suppliciis deorum magnifici* fuerunt, teste ipso Sallustio. Possint ergo etiam haec de Delphis ita accipi, vt facit Schefferus, quasi fuerint, non tamen hominum *tenuiorum sacrificia,* verum antiquissimi moris tenuia sacrificia. Sed tamen, quia haec res videtur accidisse seriori iam tempore, seu tempore Aristotelis, vel paulo ante, ex cuius polit. V. 4. noster haec hausit; et quia homines vtrimque fuerunt non infimae sortis, quum causa istius ἐπιβουλῆς fuerit orta ex relicta vel repudiata sponsa, et facinus ipsum causa exstiterit Delphis omnium malorum, vt patet non ex Aristotele tantum, sed et Plutarch. polit. praecept. in extr. vbi et nominat patrem sponsae, auctorem istius ἐπιβουλῆς, *Cratetem,* occisos vero *Orgialum et fratrem eius:* ideo crediderim, haec, quae per occasionem *canistri* solum memorantur, fuisse προθύματα, quibus adderetur mox victimae sacrificium. Solebant enim ista plerumque prius, seu ante victimae proficias, offerri diis. Hinc Aristoph. in Pluto pag. 71. coniungit πόπανα καὶ προθύματα, vbi schol. ea exponit τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα θυμιάματα, ἢ πλακοῦντια, *qui ante ipsum sacrificium fiunt, suffitus, aut placentae,* παρὰ τὸ προθύεσθαι τῶν ἱερείων, *quia offerebantur ante ipsam victimam.* Hinc apud Suidam in πόπανα legimus, ἐπὶ τέσσαρσι ποπάνοις ἔθυον βοῦν, *bouem demum immolabant post quatuor placentas oblatas.* Aliquando tamen etiam *sacrificiis imponebantur,* vt ex Polyb. d. l. patet. Sed et ideo in hisce *canistris* inerat non modo *thus et placenta,* sed plerumque ipsa etiam μάχαιρα, *secespita,* ad victimae viscera scindenda, et στέμματα, *infulae,* quibus ornabantur victimae et ipsi sacrificantes. Vide Suidam in voce κανοῦν, et ibi Portum. Periz.

3. Ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων) Ipsa haec sunt verba Aristot. polit. V. 4. vt adeo ex illo haec sumsisse videatur Aelianus. Accedit, quod sicuti nec ille, ita nec noster, nominat homines, quos Plutarch. d. l. nominavit. Elegans est ellipticus iste genitiui vsus, de quo egimus supra X. 21. Ceterum male accipitur χρήματα, et hic et apud Aristot. de pecuniis sacris, qua occasione probauit abunde Schefferus, etiam *pecunias fuisse diis consecratas.* At vero χρήματα ἱερὰ non sunt proprie *pecuniae,* sed quaelibet *res sacrae,* veluti vasa aurea etc. Sic apud Pausan. in phocic. cap. 14. τὸν τοῦ θεοῦ χρημάτων συλήσαντα ἄνθρωπον, *hominem qui furto abstulerat aliquid ex suppellectile dei.* Mox enim appellatur ἱερὸν χρυσίον, *sacrum donarium ex auro.* Atque ita Plutarchus etiam hocce Delphis surreptum appellat χρυσίον τι τῶν ἱερῶν. Vide me et supra ad I. 20. Perizon.

4. Ὡς θεοσύλας) Sic et Sluiskian. At Lugd. θεοσύλους. Sic ἱερόσυλος Actor. Ap. XIX. 37. Et Arist. d. l. ὡς ἱερόσυλον ἀπέκτειναν. Solitos autem sacrilegos ita Delphis puniri, etiam ex Aesopi historia constat, quam vide apud Simson. chron. ann. 3441. Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ μοιχοῦ.

Συνέβη τινὰ μοιχὸν [1] ἁλῶναι ἐν Θεσπιαῖς· εἶτα ἤγετο διὰ τῆς ἀγορᾶς δεδεμένος. Ἀφείλοντο οὖν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι· ἐξήφθη οὖν στάσις, καὶ [2] συνέπεσε γενέσθαι φόνους πολλούς.

1. Ἁλῶναι) Vertitur ab omnibus, *vt caperetur*. Id vero graeci dicunt συλληφθῆναι, vt supra V. 18. At ἁλῶναι est potissimum *conuinci et damnari* alicuius criminis. Sic XII. 18. μοιχεύων ἁλοὺς, vbi itidem vertitur, *deprehensus in adulterio*, sed malim, *conuictus adulterare feminas*. XIII. 25. de Zaleuco, προσέταξε τὸν μοιχὸν ἁλόντα ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. At mox ibid. ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, quod est *conuictus et damnatus adulterii nomine*. Sic de Palamede Polyaen. praefat. in extr. ἥλω προδοσίας, *damnatus est proditionis*. Sed disertissime Dion. Halic. lib. VIII. pag. 546. αὕτη γὰρ ἦν τοῖς τότε Ῥωμαίοις ἐπιχώριος τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἁλόντων ἡ κόλασις, *haec enim erat vsitata tunc Romanis poena eorum, qui morte damnati essent*. Et lib. IX. p. 581. τοιγάρτοι ὑπαχθεὶς ὑπὸ τῶν δημάρχων εἰς δίκην, ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα τῇ αἰτίᾳ ἑάλω, *ideo a tribunis vocatus in ius, eo maxime crimine damnatus est*. Herodian. III. 10. πεφυγαδεῦσθαι ἔλεγον, ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασι, *in exilium dicebant actum, quum damnatus esset propter seditiones et complura peccata*. Plutarch. apophth. reg. extr. ἔγραψε νόμον, ἐν ᾧ διώρισται, πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας, *legem scripsit, qua definitum erat, quomodo reos oporteat iudicari et damnatos puniri*. Recte ergo apud Aristoph. in Pluto pag. 18. ἁλοὺς γε μοιχὸς, exponit schol. ἁλοὺς μοιχείας, *conuictus et damnatus adulterii nomine*. Sed tamen noster XII. 12. μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, vbi notat in ipso facto *deprehensum*, et ita simul *conuictum*. *Seditionis* prorsus simile est exemplum, quam itidem ἐπ' αἰτίᾳ μοιχείας, motam ait Aristot. polit. V. 4. ἐν Θήβαις, vt pene dubitem, an alterutro in auctore peccauerint librarii in nomine oppidi. Videtur autem adulter ille, iam *damnatus* in foro, et ideo *vinctus*, *duci per forum* ad supplicium. Nam ἄγεσθαι de *suppliciis* maxime dicitur. Vide supra I. 30. Perizon. — Plane a recepta lectione abit Med. 3. qui hoc caput ita orditur, Στάσιν ἐν Θεσπιαῖς ἐξαφθῆναι, μοιχοῦ ἁλόντος. Sed praefero vulgatam.

2. Συνέπεσε γενέσθαι μ. π.) Codic. Medic. 3. συνέπεσεν ἁλῶσθαι πολλοὺς, quam lectionem Abrah. Gronouio iuuare videtur Cod. Sluisken. qui, omissis tribus prioribus literis, sic habet: συνέπεσεν — — — — σθαι πολλούς. Melior recepta lectio.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Λυσάνδρου, καὶ Ἀλκιβιάδου.

Ἔλεγεν [1] Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων, δύο Λυσάνδρους τὴν Σπάρ-

1. Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων) Ephorus hic fuit tempore Alexandri magni, et Antipatri, cui victori, post occisum regem Laconum, Agidem,

την μὴ ἂν ὑπομεῖναι· καὶ [2] Ἀρχέστρατος ὁ Ἀθηναῖος ἔλεγε, δύο Ἀλκιβιάδας τὴν τῶν Ἀθηναίων. Οὕτως ἄρα [3] αὐτῶν καὶ οἱ ἕτεροι ἦσαν ἀφόρητοι.

obsides poscenti pueros, laconicum plane dedit responsum. Vide Plutarch. in Apophth. Lacon. Dictum hoc de *Lysandro* habet etiam Plut. in huius vita, sed ita, vt non de Sparta tantum, sed de tota *Graecia* dixerit Eteocles, eam duos Lysandros ferre non posse, propter eius scil. ambitionem et arrogantiam. Mox pro Λυσάνδρους Sluisk. et duo regii habent Λυκούργους, sed male. Perizon.

2. Ἀρχέστρατος) Celebris fuit poeta Siculus, sed qui vixit Athenis tempore ipsius Alcibiadis, siquidem familiariter egisse traditur cum altero filiorum Periclis, qui Alcibiadis auunculus fuit. Vide Athen. V. cap. vlt. Si tamen impurus ille, istic memoratus, idem est, qui poeta, luxuriosus itidem homo, quem Epicuro in voluptatis commendatione praeiuisse, et gulae ac obsoniis studuisse, docet lib. III. cap. 22. Eundem *Syracusanum, vel Geloum* fuisse ait I. 4. Alius fuit *Archestratus*, qui post tempora Alexandri rogationem composuit, quam tulit Agnonides, de accusando Phocione apud Polyspercontem. Vide Plut. in Phoc. p. 757. Eius aduersarius fuit Dinarchus, Phocionis amicus, vnde et inter Dinarchi orationes a Dionys. Hal. in huius vita memoratur vna *contra Archestratum*. Huius pene crediderim dictum illud de *Alcibiade* fuisse, siquidem *Atheniensis* ab auctore dicitur. Perizon.

3. Αὐτῶν καὶ οἱ ἕτεροι) Gesner. ἑκάτεροι, Kuhnius καὶ τοῖς ἑταίροις. Lugd. vt et duo regii οἱ ἑταῖροι. Sed recte Sluisk. et reg. Strategi tuentur vulgatum, cuius optima est sententia. Nempe αὐτῶν οἱ ἕτεροι sunt *gemini, alteri illorum*. Alter Lysander, et alter Alcibiades. Sic passim ἕτερος de duobus, quum ἄλλος de pluribus dicatur. Vide Thomam Magistrum. Hinc ἑτερόφθαλμος, qui vno ex duobus oculis tantum vtitur, infra XII. 43. Res est tam liquida et certa, vt mirer, adeo hic haesitasse viros eruditiss. et editores omnes, qui verterunt, *adeo intolerabiles erant suis vterque ciuibus*. Atqui ferri *vterque* poterat, sed solus, non item geminus, seu non etiam οἱ ἕτεροι singulorum. Perizon.

ΚΕΦ. η.

Περὶ Ἱππάρχου τελευτῆς.

Ἵππαρχος ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, [1] ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναϊκοῖς κομίσαι [2] κανοῦν τῇ Θεῷ, κατὰ

1. Ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναϊκοῖς) Vera sine dubio fuit haec caedis Hipparcheae causa, quam etiam Thucydides vnice probat, et plerique sequuntur. Plato quam refert in Hipparcho pag. 229. et locat in inuidia Aristogitonis et dolore praerepti sibi ab Hipparcho discipuli, amici, et admiratoris, aliena est et absona, quamuis in eo illum sequatur etiam in Plutarch. in ἐρωτ. pag. 770. Sed et saepius errauit Plato in historia Pisistratidarum. Veluti quod in conuiuio pag. 182. ait amorem Harmodii et Aristogitonis καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν τῶν τυράννων, *sustulisse imperium tyrannorum*. At ipse in Hipparcho d. l.

τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, ἐκ εἴασε τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἁρμοδίε, [3] καὶ ἴσως ἀξίαν ἐσαν.

post facinus illud Harmodii et Aristogitonis tum demum coepisse ait *tyrannidem* Athenis exerceri, plus quam tres continuos annos, Hippia irritato caede fratris. Et diserte Thucyd. VI. 53. Pisistratidarum *tyrannidem, non a populo Atheniensi et Harmodio καταλυθεῖσαν, sed a Lacedaemoniis.* Prior tamen Platonis sententia vulgo dein tradita est. Et sequitur eam Max. Tyr. diss. 8. et Arrianus de exp. Alex. lib. IV. pag. m. 263. vt et auctor carminis scolii apud Athen. XV. 15. quod Athenis postea in honorem Harmodii et Aristogitonis cantari solebat, et in quo illi dicuntur non tantum occidisse tyrannum, sed et Athenas reddidisse ἰσονόμους, hoc est, *liberas, aequabili iure vtentes.* Recte ergo Dio Chrysost. in Troico, inter errores Graecorum refert et hoc, quod Harmodium et Aristogitona maxime colant Athenienses, ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν τύραννον, *vt qui liberauerint ciuitatem, et sustulerint tyrannum.* Causa erroris fuit haud dubia, quod dicebantur vulgo τυραννοκτόνοι, *tyrannicidae,* quia Hipparchum interemerant, quem plerique crediderunt fuisse filiorum Pisistrati natu maximum, et illius in tyrannide successorem; et quod, qui tyrannum interemit, plerumque etiam patriam eo ipso liberauit, quod hic tamen secus accidit. Atque ideo longe rectius, quam Plato, Aristoteles rhetor. II. 24. amor Harmodii et Aristogitonis κατέλυσε τὸν τύραννον Ἵππαρχον, *sustulit, occidit, tyrannum Hipparchum,* non, vt ille, *imperium tyrannorum.* Ceterum Thucydides non in *Panathenaicis,* sed in alia *quadam pompa* sororem Harmodii hac iniuria affectam ait, at mox subsecutis in *Panathenaeis magnis* occisum esse Hipparch. VI. 56. 57. Erant autem et aliis in pompis virgines κανηφόροι. Sic in Dionysiacis, vide Aristoph. in Acharn. II. 1. Adde et Suidam. Sed et hinc apud Dionys. Hal. lib. II. pag. 92. τοῖς ἑλληνικοῖς ἱεροῖς, *graecis sacris,* tribuuntur generatim virgines κανηφόροι. Et lib. I. pag. 17. speciatim Iunoni Argiuae, et Faliscae, ἡ λεγομένη κανηφόρος, ἁγνὴ γάμων, κατερχομένη τῶν θυμάτων, *quae dicitur canephorus, innupta puella, initium faciens sacrorum.* Perizon.

2. Κανῦν τῇ Θεῷ) *Dea* est Minerua, cui celebrabantur Panathenaea magna singulis quinquenniis. Hinc apud Aristoph. in Pace pag. 650. promittitur Mercurio, si pacem daret Atheniensibus, fore, vt ipsi, *non amplius Mineruae, celebrarentur Panathenaea.* Vide istic schol. *Canistra* autem illa erant *aurea, in quibus gestabant* ἀπαρχάς, *primitias omnium,* vt ait scholiast. Arist. in Acharn. pag. 383. vel, vt Suidas et Harpocrat. vterque in κανηφόροι, in quibus inerant τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, *quae ad sacrificium pertinebant.* Periz.

3. Καὶ ἴσως ἀξίαν ἐσαν) Valde mihi suspecta haec sunt vitii. Facile enim virgo attica digna erat, quae gestaret cum reliquis canistrum in pompis, modo pudica esset et vere virgo: vt adeo frigide prorsus, si non inepte, addatur hic illud ἴσως. Crediderim excidisse negantem particulam, legendumque καὶ ἴσως μὴ ἀξίαν. Certe id praetexuerunt Pisistratidae, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι, vt his ipsis verbis ait Thucyd. VI. 56. Adde quod noster amet et laudet Hipparchum, ἅτε ὄντα καλὸν καὶ ἀγαθὸν, vide supra VIII. 2. Atque ideo caedem illam Hipparchi, tanquam nullo iure factam, improbare hisce verbis videtur, aeque ac Plato id fecit in Hipparcho pag. 229. testatus sub Hipparcho vixisse Athenienses, tanquam sub Saturno, in aureo seculo. Periz.

ΚΕΦ. Θ.

Περί τινων ἀρίστων πενήτων, καὶ δῶρα μὴ προσηκαμένων.

Οἱ τῶν Ἑλλήνων ἄριστοι [1] πενίᾳ διέζων παρὰ πάντα τὸν βίον. Ἐπαινείτωσαν οὖν πλοῦτόν τινες ἔτι, μετὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀρίστους, οἷς ἡ πενία παρὰ πάντα τὸν βίον συνεκληρώθη. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, οἷον Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ [2] πολλὰ μὲν ἐν πολέμῳ κατορθώσας, καὶ [3] τοὺς φόρους δὲ τοῖς Ἕλλησι τάξας· ἀλλ' οὗτός γε ὁ τοιοῦτος οὔτε ἐντάφια ἑαυτῷ κατέλιπεν ἱκανά. Καὶ [4] Φωκίων δὲ

1. Πενίᾳ διέζων) De *paupertate* Graecorum proprie dictorum (nam quaedam magnae Graeciae vrbes in Italia et Sicilia iam antea fuerunt opulentissimae) ante, et opulentia eorum post bella cum Xerxe et Artaxerxe gesta, egimus iam supra ad X. 16. Liquet haec opulentia ex patrimonio multorum hominum istius temporis. Sic Crates Thebanus a patre suo habuit aliquot *centena talenta*, si fides Laertii codd. Ex maximis item sumtibus, quos faciebant publice priuatimque in statuis, picturis, donariis templorum, et omni luxuriae instrumento: ex grauissimis porro mulctis, quae a priuatis exigebantur, vide supra ad V. 12. denique ex immensis quaestibus, quos faciebant meretrices, Lais, Phryne, et similes. Vide IX. 32. et X. 2. Verum haec opulentia multum iam erat imminuta tempore Polybii per continua bella vsque a temporibus Philippi et Alexandri, per quae integrae fuerunt vrbes euersae, veluti Thebae, et Phocensium vrbes: aliae tributis et collationibus exhaustae: ac denique omne graecarum vrbium imperium in alios populos aut insulas concidit, atque ita prouentus ipsarum ex illis terris sublati fuere. Vide ipsum Polyb. lib. II. pag. m. 205. vnde Schefferus perpetuam Graecorum paupertatem, sed male, probare conatur, nec cogitare videtur, quanta sit summa 6000 *talentorum*, de qua agit Polybius, hoc est, 108. auri tonnarum. Qui vero hoc capite ex illo opulentiae seculo memorantur, fuere homines antiquis moribus, et philosophico ingenio, contemtores opum, vt liquet ex Phocionis exemplo. Ceterum de plerisque iam egimus ad II. 43. Perizon.

2. Πολλὰ μὲν ἐν πολέμῳ) Nam inter duces fuit Atheniensium in pugna marathonia, et inter duces Graeciae totius in pugna ad Plataeas contra Mardonium. Vide Plutarch. et Corn. Nep. Periz.

3. Τοὺς φόρους δὲ) Nepos in *Aristide: ad classes aedificandas exercitusque comparandos quantum pecuniae quaeque ciuitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret; eius arbitrio quadringenta et sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata:* Vide etiam hic Schefferum, et Meursium de fortuna attica cap. 7. Periz.

4. Φωκίων) Nepos in eius vita c. 1. *fuit enim perpetuo pauper, quum ditissimus esse posset.* Repudiauisse istic dicitur etiam munera a Philippo ad se missa. Vide et supra I. 25. et II. 43. Dictum hoc Phocionis refert etiam Plutarch. in apophth. reg. et ducum, et paulo quidem plenius, ita tamen vt noster videatur haec et sequentia ex illo hausisse. Certe enim ipsa eius verba aliquando exhibet. Perizon.

πένης ἦν· Ἀλεξάνδρου δὲ πέμψαντος αὐτῷ τάλαντα ἑκατὸν, [5] ἠρώτα, διὰ τίνα αἰτίαν μοι δίδωσιν; Ὡς δὲ εἶπον, ὅτι μόνον αὐτὸν ἡγεῖται Ἀθηναίων καλὸν καὶ ἀγαθὸν· οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με τοιοῦτον εἶναι.

Καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ ὁ Πολύμνιδος πένης ἦν· [6] Ἰάσονος δὲ αὐτῷ πέμψαντος [7] πεντήκοντα χρυσοῦς, ὅδε, [8] ἀδίκων, ἔφη, ἄρχεις χειρῶν. [9] Δανεισάμενος δὲ παρά τινος τῶν πολιτῶν πεντήκοντα δραχμὰς ἐφόδιον, εἰς Πε-

5. Ἠρώτα) Scil. τοὺς κομίζοντας, *qui afferebant* argentum, quod addidit Plutarchus, qui et respondisse ait, οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με καὶ δοκεῖν καὶ εἶναι τοιοῦτον. Periz.

6. Ἰάσονος) Pherarum ille, vrbis Thessalicae, fuit dominus ac tyrannus, sed aequissimus ac prudentissimus. Qui et post Leuctricam pugnam, qua concidit Lacedaemoniorum dominatio, exhortatus est Thessalos suos, vt principatum Graeciae arriperent, atque ita ab illis totius Thessaliae dux et imperator est constitutus. Vnde Plutarch. eum in apophth. reg. et duc. vt et in polit. praecept. appellat τὸν Θεσσαλῶν μόναρχον. Et sane transiit ille ducatus ad eius successores, tanquam hereditarius, sed mox tamen exstinctus est. Vide Diodor. Sic. lib. XV. maxime pag. 373. et Xenoph. rer. graec. lib. VI. pag. 350. 351. vbi et μέγιστος τῶν καθ' αὐτὸν, *maximus hominum sui temporis* dicitur fuisse. Certe primus animo concepit euersionem regni Persici, vt liquet ex Isocrate orat. ad Philipp. pag. 252. Fides illius in amicum, Timotheum Atheniensem, praedicatur a Nepote in Timoth. eius simulandi, atque hostis circumueniendi peritia, a Cicer. de offic. I. 30. Frequens eius erat dictum, necesse esse τὰ μικρὰ ἀδικεῖν, *in rebus paruis iniuste aliquando agere*, qui velit τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν, *in magnis iusta et praeclara facere*, quod refert Plut. in praecept. de valet. tuenda, et in polit. Periz.

7. Πεντήκοντα χρυσία) Reposui χρυσοῦς, quia sic habent non regii modo, sed et meus vterque cod. tum vterque Medic. et Mediolan. Plutarch. in apophth. similiter, sed augens numerum, δισχιλίους χρυσοῦς ait ab Iasone missos. Quum vero aureus Graecorum fuerit didrachmus pondo, et valuerit XX. drachmas argenti, ita *quinquaginta aurei* facient nostrates carolinos trecentos; at *duo millia aureorum* facerent 12000 carolinorum. Vtra verior sit summa, incertum est. Ex Plutarcho in Socratis Daemonio, vbi dicitur πολὺ χρυσίον, *multum auri* missum esse ad Epaminondam, praeferat quis forsan maiorem illam summam, quae et dignior opulentia tyranni. Periz.— Χρυσοῦς etiam in cod. Palat. legi, monet, docente Gronou. Neuelet. ad Phaedr. fab. 4. 11.

8. Ἀδίκων, ἔφη) hoc est, *manibus iniustis incipis rem gerere*, aut *mecum agere*. Vide Paul. Leopardum emend. X. 11. et 12. Rationem autem hanc addidisse Epaminondam ait Plut. in Daemon. Socr. quod ille, τῆς μοναρχίας ἐραστὴς ἄνδρα δημότην ἐλευθέρας καὶ αὐτονόμου πόλεως ἐπείρα διὰ χρημάτων, *studiosus monarchiae, tentaret pecunia ciuem ciuitatis liberae, et suo iure vtentis*. Perizon.

9. Δανεισάμενος) Omnia huius periodi seu facti verba sunt ex Plutarch. apophth. sumta. Nam sic ille: αὐτὸς δὲ πεντήκοντα δραχμὰς δανεισάμενος παρά τινος τῶν πολιτῶν ἐφόδιον τῆς στρατιᾶς, ἐνέβαλεν εἰς Πελοπόννησον. Perizon.

λοπόννησον ἐνέβαλε. Πυθόμενος δέ τὸν [10] ὑπασπιστὴν αὐτοῦ χρήματα εἰληφέναι παρά τινος τῶν αἰχμαλώτων, ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυτῷ δὲ [11] πρίω καπηλεῖον, ἐν ᾧ καταζήσεις. Οὐ γὰρ ἔτι κινδυνεύειν ἐθελήσεις, πλούσιος γενόμενος.

10. Ὑπασπιστὴν αὐτοῦ) *Satellitem*, δορυφόρον. Sic enim exponit id Suidas. Hesychius etiam interpretatur ὑπηρέτης, *famulus*. Et ita Dionys. Halic. lib. XI. p. m. 707. θεράπων δέ τις, ὑπασπιστὴς τοῦ Σικκίου, τὰ πολεμικὰ ἀγαθὸς, μηνυτὴς γίνεται τῷ δεσπότῃ, *seruus autem quispiam, armiger Siccii, indicauit rem domino*. Sic Horatii et Curiatii in certamen prodeuntes singuli suos habuerunt ὑπασπιστὰς, quibus dederunt tela tamdiu tenenda, dum ipsi se inuicem ante pugnam amplecterentur, apud eundem Dionys. lib. III. pag. 154. Sed et notabilis est locus Polyaen. II. 3. 10. vbi edixisse traditur Epaminondas, μηδεὶς τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸς φερέτω τὴν ἀσπίδα, ἀλλὰ διδότω τοῖς ὑπασπισταῖς ἢ τοῖς ἄλλοις ἀκολούθοις, *nemo grauioris armaturae militum ipse gestet clypeum, sed tradat armigeris, aut aliis famulis*. Vbi vides ὑπασπιστὰς iungi *famulis* singulorum, et singulis ferme militibus tribui tales ὑπασπιστάς. Arrian. de exp. Alex. passim *satellites* Alexandri ea voce designat. Lib. VII. pag. m. 455. τῇ χειρὶ δεικνύων τοῖς ὑπασπισταῖς, ὅς τινας χρὴ ξυλλαμβάνειν, *manu ostendens satellibus, quos oporteat comprehendere*. Vbi male vertitur *scutatis*. Et alibi passim. Sed et Plutarchus in hoc Apophthegmate similiter loquitur, et dein eadem plane, quae noster, verba tribuit Epaminondae, ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα. Perizon.

11. Πρίω καπηλεῖον) Vertitur ab omnibus *cauponam*, cum hic, tum apud Plutarchum, sed perperam prorsus. Etenim κάπηλοι apud Graecos non erant tantum *caupones*, sed omnis generis *propolae*, qui in eo differebant ab ἐμπόροις, quod hi essent plerumque exteri, vel certe ciues, qui aliunde merces importarent, κάπηλοι vero in foro et tabernis res ab aliis plerumque prius emtas venderent, et quaestum ita facerent. Hinc passim iunguntur ἔμποροι et κάπηλοι: aliquando illis etiam *opifices*, veluti apud Dionys. Hal. lib. IX. p. m. 583. vbi quum exposuisset numerum *iuuentutis Romanae*, addit fuisse *triplo maiorem feminarum, et puerorum, et seruorum*, ἐμπόρων τε, καὶ τῶν ἐργαζομένων τὰς βαναύσους τέχνας μετοίκων· οὐδενὶ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίων, κάπηλον, οὔτε χειροτέχνην βίον ἔχειν, *et mercatorum, ac opificum inquilinorum: nam romanorum nulli licet, neque propolarum, neque opificum vitam agere*. Locus illustris, in quo vides promiscue in eundem sensum poni, ac sibi inuicem respondere, ἐμπόρους et καπήλους, ac iungi *opificibus*. Similiter imp. Iulian. orat. I. pag. 15. iungit ἀμοιβὰς ἐμπόρων, καὶ καπηλείας, *permutationes mercatorum, et tabernarias nundinationes*. Vbi vide omnino τὸν πάνυ Ezech. Spanhem. et adde Salmas. de Vsuris cap. 12. Sed et apud Latinos *cauponis* et deriuata vocabula, licet maxime de iis, qui vinum in taberna vendunt, et diuersoria exercent, adhibeantur, tamen etiam de aliarum rerum propolis tabernariis dici certum est. Sic apud Plaut. Aulul. III. 5. 35. memorantur, qui luxuriae seu mundi muliebris instrumenta conficiunt, et vendunt. *Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, caupones patagiarii, indusiarii, flammearii, etc.* Nemo dixerit, *caupones* istic notare eos, qui vinum vendunt, sed notare potius illarum vestium propolas. Et Ennius apud Cicer. de offic. I. 12.

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes

Πελοπίδας δὲ ἐπιτιμώντων αὐτῷ τῶν φίλων, ὅτι χρημάτων ἀμελεῖ, πράγματος εἰς τὸν βίον λυσιτελοῦς, νὴ τὸν Δία, εἶπε, λυσιτελές, ἀλλὰ Νικομήδει τούτῳ, δείξας χωλόν τινα [12] καὶ ἀνάπηρον.

Ὅτι [13] Σκηπίων τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἔτη βιώσας, οὐδὲν οὔτε ἐπρίατο, [14] οὔτε ἀπέδοτο. Οὕτως ἄρα

Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.
Hoc est, non quaestum ex bello nummarium aucupantes. Sed et hinc videtur Festus, sentire, *coponam, tabernam, a copiis*, quae scil. venduntur, *esse dictam*. Certe hic loci καπηλεῖον nihil est aliud, quam *taberna propolae*. Mox malim καταζήσειας, atque ita et doctiss. Iensius cum in suis ad me literis, tum in Lect. Lucian. 2. 11. Perizon. — Vulgatam defendit Vir Doctus in Misc. Obseru. tom. III. pag. 239. quoniam non *futura* solum, sed etiam alia tempora *indicatiui modi* pro coniunctiuis ponantur. Conf. Budaei Comm. Graec. Lingu. pag. 349. et H. Stephan. in append. ad script. de Dial. p. 173.

12. Καὶ ἀνάπηρον) Sic et Plutarch. in apophth. At in Pelopida ait καὶ τυφλόν. Et sane πηρὸς et ἀνάπηρος laxam habent significationem, et *coecum* quoque notant. Hesych. ἀναπήροις, τυφλοῖς. Vide et in πηρὸν, et adde Suidam, et maxime Pricaeum ap Lucam XIV. 13. De *paupertate Pelopidae* egimus supra ad II. 43. Perizon.

13. Σκιπίων) MSti Σκηπίων. Et ita alii quoque auctores graeci: ac recte. Nam *Scipio* est a graeco σκήπων, *baculus*, et hoc a σκήπτω, *nitor*. Fuit autem hic *Scipio* Africanus posterior, vt liquet ex Plutarchi apophth. ybi eadem plane de isto referuntur. Ceterum vixit non 54. tantum annos, sed 55. vel 56. Velleius II. 4. *decessit anno ferme* LVI. qui numerus male istic sollicitatur a Lipsio. Certus enim est etiam ex Liu. XLIV. 44. vbi Scipio hic dicitur *septimum decimum tunc agere annum*, quando vincebatur Perseus a Paulo. Constat autem omnium consensu, ann. 39. post mortuum, atque ita anno aetat. LVI. Adde et omnino Cic. in somnio Scip. apud Macrob. l. 5. *Cum aetas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit, duoque hi numeri summam tibi fatalem confecerint.* Summa haec fatalis Scipioni ex *octies septenis* annis est 56. annorum. Sine dubio igitur errantem Plutarchum secutus est noster. Nam hic vtriusque consensus facit, ne librariis culpam hanc adscribam. Grauior est error in aetate *Scipionis* huius apud Gell. III. 4. vbi is ait, illum, postquam censor iam fuerat, accusatum a tribuno pl. Claudio Asello, cui equum in censura ademerat, et addit *in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse.* Lege omnino *maiorem XL. annis fuisse*. Cum enim censor esset, annum agebat XLIII. et haec accusatio aliquandiu post demum facta est. Praeterea mirabatur primo Gellius, Scipionem *rasitauisse barbam* in illa aetate, iam satis prouecta; sed postea se reperisse ait etiam alios *non admodum senes* id tunc fecisse, vt sunt homines quinquaginta circiter annos nati. Periz.

14. Οὔτε ἀπέδοτο) *Neque vendidit*, scil. vt pecuniam haberet, qua emeret subsidia vitae, aut alia ad corporis cultum pertinentia. Eo autem declaratur ipsius frugalitas, vt qui vixerit solis agrorum suorum fructibus. Sic passim eo sensu id verbum occurrit. Aristot. oecon. II. 3. δεηθέντες χρημάτων, ἀπέδοντο τὰ τεμένη τὰ δημόσια, *vendiderunt*

ὀλίγων

ὀλίγων ἐδεῖτο. [15] Ἀσπίδα δὲ αὐτῷ τινος ἐπιδείξαντος εὖ κεκοσμένην, εἶπεν· ἀλλὰ τόν γε Ῥωμαῖον ἄνδρα προσήκει ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ ἀριστερᾷ.

Ὅτι [16] Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδου πενέστατος ἦν. Δέκα δὲ τάλαντα διδόντων αὐτῷ τῶν ἑταίρων, ὅδε οὐ προσήκατο, εἰπών· ταῦτά με ἀναγκάσει αἰδούμενον ὑμᾶς, καταχαρίσασθαί τι τῶν δικαίων· μὴ αἰδούμενον δὲ, μηδὲ χαριζόμενον ὑμῖν, ἀχάριστον δόξαι.

quia indigebant pecunia, quid clarius? ibid. *ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἦν οὐδενὶ, ὅτε ἀποδόσθαι ἑτέρῳ, ὅτε πρίασθαι παρ' ἑτέρου, neque vendere quicquam alteri, neque emere ab alio.* Et cap. 20. iubet Dionysius Rheginos a se captos redimere suam libertatem, ne venderentur tribus minis, quos cum attulissent, *οὐδὲν ἧττον τὰ σώματα πάντα ἀπέδοτο, corpora ipsorum nihilo minus vendidit.* Non notarem haec, nisi nuper vidissem quendam publica in dissertatione haec Aeliani verba explicare, *neque reddidit*, scil. quod debebat: quasi voluisset auctor, nihil vnquam cuiquam debuit, nihil sumsit mutuum, quod reddi deberet. Id vero quid est aliud, quam ineptire? Frugalitatem et modicas *Scipionis* opes narrat nobis etiam Polyb. in excerpt. p. m. 1427. Valer. Max. IV. 3. 13. Plin. nat. hist. XXXIII. 11. et Frontin. Strateg. IV. 3. 9. Periz.

15. *Ἀσπίδα*) Habet et hoc Plutarch. in apophth. vt et Polyaen. VIII. 16. 4. ac Frontin. IV. 1. 5. Aliud est eiusdem apophthegma, quod refertur Liu. epit. 57. *Alii scutum paruum habiliter ferenti, scutum amplius iusto ferre iussit, neque id se reprehendere, quando melius scuto, quam gladio, vteretur.* Variis ea coniecturis tentant eruditi, et multa excidisse putant, sed omnia erunt salua et sana, si legas: *Alio* (et hoc quidem habet codex Viri ampliss. Ioh. Bergii, vrbis huius iudicis et academico tabulario praefecti solertissimi) *scutum paruum habiliter ferente, scutum a. i. f. iussit, neque id reprehendere, quando etc.* Scilicet, iussit eum ferre maius scutum, et id non reprehendere, hac ratione addita, quoniam habiliter satis ferebat scutum, et melius eo vtebatur, quam gladio. Perit. — Paulo post in verbis, *ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ ἀριστερᾷ* omittit Med. 3. cum Sluisk. *ἀλλ'*.

16 *Ἐφιάλτης*) Vide supra de eo ad II. 43. et de eius abstinentia Plutarch. in Cimone pag. 485. Mox Sluisk. *ταῦτα μὲν ἀναγκάσει.* Perizon.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ Ζωίλου.

[1] Ζωίλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς

1. *Ζωίλος*) Satis ipse auctor hunc hominem describit, ac suis depingit coloribus. Dionysius tamen Halic. in epist. ad Pompeium laudare videtur hominem, certe inter eos refert, qui Platonem repre-

Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλυς, [2] Πολυκράτυς μὲν ἀκυςὴς ἐγένετο· ὗτος δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτυς. Ἐκαλεῖτο δὲ Ζωΐλος ὗτος, Κύων ῥητορικός. [3] Ἦν

tenderint, *non per inuidiam aut odium*, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζοντες, *sed studio veritatis*. Aetas hominis incerta est. Nam Vitruu. praefat. lib. VII. refert ad tempora Ptolemaei, qui bibliothecam condidit, hoc est, Philadelphi: et eum sequitur Vossius. Opponunt se Reinef. var. lect. III. 2. et Ionsius de script. hist. phil. cap. 9. quia scil. *Polycratis* dicitur fuisse *auditor*, de quo mox, et praeceptor Demosthenis, atque Anaximenis, qui comes fuit Alexandri. At posterius hoc nihil impedit, quo minus Zoilus iam senex attigerit primos Philadelphi annos. Nec enim necesse est, statuere eum natu multo maiorem istoc Anaximene, quum saepe quis artem quandam docuerit alios aetate se haud minores. In Demosthene maior est difficultas, qui iuuenis dicitur comparasse sibi *orationes Zoili*, et iis multum esse vsus ad eloquentiam inde hauriendam. Ita Suidas in Δημοσθένης. Sed vix dubito, quin nomen hoc in Suida sit corruptum, quum Plutarchus eandem rem tradens in vitis X. rhetorum, appellet non *Zoilum*, sed *Zethum Amphipolitam*. Accedit quod Suidas eum ante ipsum Polycratem, Alcidamantem, et Isocratem ponat, tanquam etiam illis antiquiorem, quum Zoilus fuerit Polycratis discipulus, et reliquis posterior. Vtcunque se res haec habet, certum est, floruisse eum, et scripsisse potissima, tempore Alexandri, quum scripserit *historiam vsque ad mortem Philippi*, vt et *contra Isocratem*, teste Suida. Accedit, quod Dionys. Halic. d. l. memoret varios, qui contra Platonem scripserint, et *primo quidem Aristotelem, deinde* vero alios, hoc ordine, *Cephisodorum*, *Theopompum*, *Zoilum*. Priores illi pariter fuerunt discipuli Isocratis, quibus si natu minor fuit Zoilus, facile ad aetatem Philadelphi peruenire potuit. Periz.

2. Πολυκράτυς) Atheniensis hic fuit, et pauper homo, qui oratoria arte victum sibi quaesiuit. Traditur scripsisse orationem contra Socratem, et eam quidem, qua Anytus et Melitus accusarint illum. Sed hoc falsum est, siquidem in eius oratione contra Socratem occurrunt, quae demum sex annis post Socratis damnationem acciderunt. Quo argumento Phauorinus, teste Laertio in *Socrate*, putauit ipsam *orationem*, quae *Polycratis* dicebatur, *esse falsam*. Sed et hoc nihili est. Reuera enim Polycrates scripsit Socratis accusationem, non autem eam, qua vsi sunt Anytus et Melitus, verum aliam aliquandiu post, ingenii, vt videtur, ostentandi causa, certe eodem animo, quo scripsit idem *Busiridis laudationem*. Liquet hoc ex Isocratea *Busiridis laudatione*, et eius *praefatione* ad hunc ipsum *Polycratem*, cuius vitia in Socrate vituperando et Busiride laudando istic notat. Voluit idem Suidas, sed qui corruptus leuiter nullum pene sensum exhibet: Πολυκράτης Ἀθηναῖος ῥήτωρ, δεινός τε, καὶ τὺς κατὰ Σωκράτυς λόγυς δεύτερος Ἀνύτυ καὶ Μελίτυ γράψας. Alienum est illud δεύτερος tali modo positum. Sed lego δεύτερος Ἀνύτυ καὶ Μελίτυ, hoc est, *post Anytum et Melitum*. Hi enim, vt notum est, primi accusarunt Socratem, et publice quidem, ac viuum; post eos, et illo iam mortuo, id iterum ausus est Polycrates, sed animi, ostentandique ingenii, causa. Meminit eius etiam Dionysius Halic. in *Isaeo circa finem*, vbi eius dicendi vitia commemorat, et in lib. de Demosthenis eloqu. pag. m. 167. Perizon.

δὲ τοιῦτος· [3] τὸ μὲν γένειον αὐτῷ καθεῖτο, κέκαρτο δὲ ἐν χρῷ τὴν κεφαλὴν, καὶ θοιμάτιον [4] ὑπὲρ τὸ γόνυ ἦν. Ἤρα δὲ ἀγορεύειν κακῶς, καὶ ἀπεχθάνεσθαι πολλοῖς σχολὴν εἶχε, καὶ ψογερὸς ἦν ὁ κακοδαίμων. Ἤρετο οὖν αὐτόν τις τῶν πεπαιδευμένων, διὰ τί κακῶς λέγει πάντας. Ὁ δὲ, ποιῆσαι γὰρ κακῶς βουλόμενος οὐ δύναμαι.

3. Τὸ μὲν γένειον) Habitus ille erat satis ridiculus, sed affectatus a seuerioribus philosophis. Gell. IX. 2. *barbam* tribuit cuidam *prope ad pubem vsque porrectam.* Sed et Lucianus passim eos ait ἐπισπάσασθαι πώγωνας, *promittere barbam*, in *Icaromenippo* p. 300. et τὸ γένειον ὁμοίως πανὶ, *mento similes pani, in bis accusato* p. 315. Iidem vero habebant *comam supercilio breuiorem*, vt loquitur Iuuen. sat. II. 15. quales a Graecis dicebantur κεκαρμένοι, vel κουρίαι, ἐν χρῷ. Hinc Lucian. in Hermotimo pag. 546. philosophos describit ἀῤῥενωπὸς, ἐν χρῷ κουρίας τοὺς πλείστους, *virili*, hoc est, barbato, *vultu*, *plerosque etiam ad cutem tonsos.* Mox ibidem tribuitur illis ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά. Idem in auctione pag. 374. proprie *Stoicos*, τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς, facit ἐν χρῷ κουρίας. At in aliis hominibus vitio μικρολογίας, seu *sordidae parsimoniae*, adscribit illam κουρὰν Theophrastus in characteribus. Periz.

4. Ὑπὲρ τὸ γόνυ) Sic et Theophrastus d. l. vt iam monuit Schefferus, sordidos dicit τοὺς φοροῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, *qui gestant vestes breuibus ipsis breuiores.* Sed magis oppositum videtur, quod suspicatur istic Casaubonus, ἐλάττω τῶν μηρῶν, *quae non perueniunt ad infimum femur.* De re ipsa vide etiam Ferrarium de re vestiar. II. 4. 7. Periz. — De emendatione Casauboni, quam probat et Perizonius, vid. quae statuat Vir acutissimi iudicii, Fischer. in ind. Theophr. s. v. ἐλάττων.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Διονυσίου τοῦ Σικελοῦ.

Ὅτι Διονύσιος ὁ Σικελὸς [1] περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπευδε,

1. Περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπευδε) Nempe antiquis illis temporibus paucissimi erant medici, atque ideo Celsus in praefat. lib. I. obseruat, medicinam primum constitisse in chirurgica tantum, et vulneribus curandis, *morbos* vero *ad iram deorum immortalium relatos, et ab iisdem opem posci solitam*, sed et haesisse dein diu in sapientiae seu philosophiae disciplinis, donec Hippocrates *primus ab studio sapientiae disciplinam hanc separauit.* Nihil ergo mirum, etiam reges ac tyrannos, quum primum excoli ea coepit, eius cognoscendae studio ductos. Dionysius autem vixit paulo post Hippocraten. Quin et diu postea Mithridates Ponticus artis istius scientia et cultu celebratur a Plin. nat. hist. XXV. 2. De philosophis medicis egimus supra ad IX. 22. Sluisk. et Med. 3. hic legit, ἔσπευσε καὶ αὐτὸς, καὶ ἰᾶτο, καὶ ἔτεμνε. Perizon.

καὶ αὐτὸς ἰᾶτο, [2] καὶ ἔτεμνε, καὶ ἔκαε, καὶ τὰ λοιπά.

2. Καὶ ἔτεμνε, καὶ ἔκαε) Inter medicinae partes antiquissima fuit chirurgica. Atque ideo monet Celsus d. l. ex Homero, Podalirium et Machaona in bello troiano sociis *non in pestilentia, neque in variis generibus morborum, aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse. Ex quo apparet* (addit) *has partes medicinae solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas.* Coepit tamen etiam haec chirurgica demum ab Hippocrate potissimum excoli. Vnde idem in praefat. lib. VII. *haec autem pars* (chirurgica) *cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate, quam a prioribus, exculta est.* Erat autem huic medicinae maxime proprium, καίειν καὶ τέμνειν, *vrere et secare.* Vide supra ad III. 7. Accedebat tamen etiam medicamentorum confectio ex herbis. Vnde Celsus vulnera curata ait *ferro et medicamentis.* Sed et hinc Hygin. fab. 274. *Chironem centaurum* ait *medicinam chirurgicam ex herbis primum instituisse.* Vbi vide et Munkerum. Plutarch. etiam in discr. amici et adul. praecipit in admonendo imitandos esse medicos, qui τέμνοντες, quum bene *secuerint, non relinquant plagae dolorem, sed mox lene aliquid instillent vulneri,* oleum, scil. aut succum ex herbis vel fructibus expressum. Huic praecipuae et vetustissimae parti iuncta est dein διαιτητική, quae *victum* praescribit, sed ita iungitur, vt diuersos fuisse liqueat, qui olim eas exercuerint. Plutarch. de fraterno amore, quando docet, eos qui non sunt plane eiusdem artis, non inuidere alterum alteri, inter alia adfert exempla et hoc, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ περὶ δίαιταν τοῖς χειρουργοῖς, *neque ex medicis diaetetici inuident chirurgis.* Postea tamen etiam vtrumque ad vnius medici curam pertinuit. Hinc Seneca epist. 75. quasi ad medicum, de quo agit, *vrendus, secandus, abstinendus sum.* Postremum ad diaeteticam spectat, priora ad chirurgicam. Qui vero accuratius etiam medicinam voluerunt distinguere, in tres eam partes diuiserunt, *chirurgicam, pharmaceuticam, et diaeteticam,* vt in praef. lib. I. docet Celsus. Eas vero tres partes, seu τρία εἴδη τῆς ἰατρικῆς, memorat etiam Plutarch. in lib. de animal. *vtra sint sapientiora,* et homines ab iis, singulas illas in se exercentibus, didicisse ait. Aristot. polit. III. 7. medicos ipsos in δημιουργὸς, ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ πεπαιδευμένους περὶ τὴν τέχνην, distinguit. Periz.

ΚΕΦ. ιβ.

Περὶ πλακοῦντος Σωκράτει ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος.

[1] Πλακοῦντα ὁ Ἀλκιβιάδης μέγαν, καὶ ἐσκευασμένον

1. Πλακοῦντα) Sic supra III. 20. Lysandro, in Ioniam venienti, hospites miserunt *placentam.* Multum enim iis delectabantur veteres, et variis modis eas conficiebant. Vnde Athen. XIV. 13—16. nomina *placentarum* quamplurima commemorat et exponit. Emendandus autem ille sine dubio ex hoc Aeliani loco, vt iam monuit Kuhnius. Nam idem Xanthippes factum et Socratis dictum refert, sed breuiter. *Quae descripsimus,* ait, *nomina placentarum, eorum te quoque participem faciemus,* οὐχ ὡς τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος Σωκράτει, ὃν Ξανθίππης καταγελασάσης, ὁ Σωκράτης, οὐκοῦν ἔφη, οὐδὲ σὺ μεθέξεις

κάλλιςα, διέπεμψε Σωκράτει. Ὡς ἦν ὑπὸ ἐρωμένȣ ἐραςῆ πεμφθὲν τὸ δῶρον ἐκκαυςικὸν πλακȣ̃ντα, διαγανακτήσασα κατὰ τὸν αὐτῆς τρόπον ἡ Ξανθίππη, ῥίψασα ἐκ τȣ̃ κανȣ̃, κατεπάτησε. Γελάσας δὲ ὁ Σωκράτης, ȣ̓κȣ̃ν, ἔφη, ȣ̓δὲ σὺ μεθέξεις αὐτȣ̃. Εἰ δέ τις οἴεται περὶ μικρῶν με λέγειν, λέγοντα ταῦτα, ȣ̓κ οἶδεν, ὅτι καὶ ἐκ τȣ́των ὁ σπȣδαῖος δοκιμάζεται, ὑπερφρονῶν αὐτῶν, ἅπερ ȣ̃ν οἱ πολλοὶ λέγȣσιν εἶναι κόσμον τραπέζης, καὶ [2] δαιτὸς ἀναθήματα.

τȣ́τȣ. Lege ὡς ȣ̃ ὑπ' Ἀλκιβιάδȣ πεμφθέντος Σωκράτει, ὃν Ξανθίππης καταπατησάσης, ὁ Σωκράτης, *non vt illius ab Alcibiade missae placentae, quam cum conculcauisset Xanthippe, dixit Socrates*. Mox apud nostrum in Sluisk. legitur ἐκκαυςικὸν τὸν πλακȣ̃ντα, quod forsan rectius. Requiri enim videtur demonstratio talis articuli. Per. — Pro κάλλιςα codd. Med. 3. et Sluisk. μάλιςα legunt, errore haud dubio librarii.

2. Δαιτὸς ἀναθήματα) Phrasis est Homerica de cantu et saltatione, quae conuiuiis iunguntur. Odyss. A. 152. *at vbi satiati fuerunt vino et potu proci, alia tunc illis curae erant*,

Μολπή τ', ὀρχηςύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτὸς,

cantus, et saltatio, haec enim sunt praecipua conuiuii, f. il. vt *donaria* sunt in templis. Perizon.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τȣ̃ ἐν Σικελίᾳ ὀξυδερκȣ̃ς ἀνδρός.

Ἄνδρα φασὶ Σικελιώτην [1] οἷον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι ἐν Σικελίᾳ, ὥς τε αὐτὸν, [2] ἐκ τȣ̃ Λιλυβαίȣ εἰς Καρχη-

1. Οἷον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι) Sic et MSti. Sed sine dubio locus est corruptus, legendumque cum Kuhnio ὀξὺ. In vulgato nullus est sensus. Nam licet recte dicatur ὀξὺς βλέπειν, illud hic tamen ferri nequit, quia sic plane abundaret et inutile esset illud οἷον, a quo pendet βλέπειν ὀξὺ. Constructio enim est, in qua haesitari video, γενέσθαι οἷον βλέπειν ὀξὺ, h. e. *potuisse videre acutum, fuisse idoneum ad videndum acriter*. Supra IX. 38. μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας, *idonea, quae capiant feminas*. XIV. 37. ȣ̓δεὶς οἷός τε ἐγένετο τῶν μεσῶν τὰ εἴδη ψευδίςατα πηρασῆσαι ἡμῖν, *nemo ausus est, potuit ab animo sibi impetrare, vt exhiberet nobis*. Epictet. cap. 38. ἄλλως δὲ ȣ̓χ οἷόν τε τȣ̃το γενέσθαι, *aliter id fieri non potest*. Dionys. Hal. lib. II. pag. 124. οἷος μηδὲν ἂν ψεύσασθαι, *qui nihil mentiri poterat, non impetraret ab se, vt mentiretur*. Periz.

2. Ἐκ τȣ̃ Λιλυβαίȣ ἐς Καρχηδόνα) Strabo ait lib. VI. pag. 267. et lib. XVII. pag. 834. minimum esse, inter Lilybaeum et Libyam seu Carthaginem, spatium 1500 *stadiorum*. Plinius vero VII. 21. spatium hoc definit tantum CXXXV *mill. passuum*. At haec summa passuum ne mille quidem et centum facit stadia. Sine dubio excidit apud Plinium litera L. legen-

δόνα τείναντα τὸν ὀφθαλμὸν, μηδὲν τὰς ὄψεις σφάλλεσθαι· καὶ [3] ἀποδέιξειν λέγουσι τὸν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος, καὶ οὐκ ἐψεύσατο οὐδεμίαν.

dumque CLXXXV. *mill. passuum*: quae summa etiamdum minor est 1500 *stadiis*, sed explebit tamen ea, si illi insuper addas tantum 2500 passus. Homo autem iste, qui acutum adeo cernebat, appellabatur *Strabo*, et celebratur eo nomine in historiis veterum, memoratus a Strabon. lib. VI. Plinio d. l. Valer. Max. I. 8. 14. Coniungitur cum Lynceo, itidem celebri, sed in fabulis, ob acutissimum visum, a Plutarcho, *contra Stoicos, non longe a fine*, et a Nazario Panegyr. p. m. 239. Hinc error ad Horat. satyr. I. 2. 90. Acronis, et illius scholiastae, quem edidit Cruquius, qui ex Lynceo et hoc Strabone vnum faciunt hominem. Nam *Lynceus*, aiunt *Apharei f. tanto fuit oculorum acumine, vt per parietem videret, qui stans in Sicilia videbat naues ex Africa soluentes*. Periz.

3. Ἀποδέιξειν) Annon ἀποδεῖξαι? Sensus id requirit. Et sequitur eodem tempore, ἐψεύσατο. Saepissime autem in his extremis syllabis errarunt librarii propter compendia scriptionis in iis vsitatissima, et a prioribus librariis adhibita. Sed et ita voluisse video etiam Fabrum, quod miror a Scheffero praetermissum. Perizon.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

Περὶ Ἀσπασίας.

Ἀσπασία ἡ Ἑρμοτίμου θυγάτηρ, ἡ Φωκαῒς, ἐτράφη μὲν [1] ἐν ὀρφανίᾳ, τῆς μητρὸς αὐτῆς ἀποθανούσης ἐν ὠδῖσιν· ἐκ δὴ τούτων ἐν πενίᾳ μὲν ἐτράφη ἡ Ἀσπασία, [2] σωφρόνως μέν τοι, καὶ καρτερῶς. Ὄνειρος δὲ αὐτῇ

1. Ἐν ὀρφανίᾳ τῆς μητρὸς) Secutus sum interpungendi rationem Gronou. et edit. Basil. quam et probauit Vir Doct. in Obs. Misc. tom. III. pag. 239. Sensus est hic; *Aspasia educata est parente orbata,* (*mater enim in partu mortua erat*). Liceat hic obiter attingere Dion. Nicaei August. p. m. 29. ἦν μὲν γὰρ (scil. Augustus) ἐξ Ὀυελίτρων τῶν Ὀυολέσκων, ὀρφανὸς δὲ ὑπὸ τοῦ Ὀκταουΐου τοῦ πατρὸς καταλειφθεὶς, ἐτράφη μὲν (haec inserit varietas lectionis msti, de quo infra ad cap. 12.) παρά τε τῇ μητρί etc.

2. Σωφρόνως μέντοι καὶ καρτερῶς) Vertitur *summa tamen modestia, et temperantia.* Neutrum recte. Σωφρόνως est *pudice.* Pauperrimae enim virgines saepe ceteroquin opulentiorum hominum libidini, volentibus ipsis parentibus, suam pudicitiam olim prodebant. Sic IV. 1. Λυδοῖς ἔθος ἦν, πρὸ τοῦ συνοικεῖν τὰς γυναῖκας ἀνδράσιν, ἑταιρεῖν, ἅπαξ δὲ κατεζευχθείσας σωφρονεῖν. Et X. 2. de Eubata et Laide, ὁ μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ, σωφρόνως διαβιώσας. Et mox ibidem Eubatae vxor dicitur illius σωφροσύνῃ rependisse statuam. Καρτερῶς autem notat *severe, duriter, et ita, vt non facile succumbat malis.* Sic Epictet. enchir. cap. 14. iubet quemlibet se explorare aduersus omnia mala, et quaerere virtutes ad affectus domandus idoneas et ita libidini opponit ἐγκράτειαν, at καρτερίαν, ἐὰν πόνος προσφέρηται, *constantiam ac firmitatem animi, si obueniat labor,* hoc est, aliquid mali, cum quo luctandum est. Malui etiam ἐν πενίᾳ vertere *laboriose,* hoc est, in multis difficultatibus et molestiis, quas accidere oportet infantibus, quae matrem amiserunt. Nec enim ratio est vlla, aut consequentia in eo, *amisit matrem, ideo educata est in paupertate,* sed clarissima in eo, amisit matrem, ideo *laboriosam et exercitam* habuit infantiam ac pueritiam, vt de Tiberio loquitur Sueton. Plutarch. in Artax. ait pag. 1024. τεθραμμένην κοσμίως, *educatam decore, honeste.* Perizon. — At mihi plane non probanda esse videtur Perizonii interpretatio vocum ἐν τῇ πενίᾳ. In sequentibus enim pater Aspasiae dicitur soluere non potuisse tres stateras: quin et καρτερῶς, *duriter,* et ἐν πενίᾳ, *laboriose,* non multum, (ne dicam, nihil) inter se differunt. Luculen-

συνεχῶς ἐπεφοίτα, καὶ [3] ἐμαντεύετο αὐτῇ χρηστὸν, τὴν μέλλουσαν αὐτῇ τύχην ὑπαινιττόμενος, ὅτι καλῷ καὶ ἀγαθῷ συνέσται ἀνδρί. Παῖς δ' ἔτι οὖσα, γίνεται αὐτῇ κατὰ τοῦ προσώπου φῦμα ὑπ' αὐτὸ τὸ γένειον, καὶ ἦν ἰδεῖν μοχθηρὸν, καὶ ἐλύπει τόν τε πατέρα, καὶ τὴν παῖδα. Δείκνυσι γοῦν αὐτὴν ὁ πατὴρ ἰατρῷ· ὁ δὲ ὑπέσχετο ἰάσασθαι, εἰ λάβοι [4] τρεῖς στατῆρας. Ὁ δὲ ἔφατο μὴ ἔχειν· ὁ δὲ ἰατρὸς, μηδὲ αὐτὸς εὐπορεῖν φαρμάκου, φησίν. [5] Καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ἀσπασία, καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν. Ἔχουσα ἐν τοῖς γόνασι κάτοπτρον, καὶ ὁρῶσα ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ, σφόδρα ἤλγει. Ἀδείπνῳ δὲ οὔσῃ ὑπὸ τῆς ἀνίας ἀφίκετό οἱ εὖ μάλα εὔκαιρος ὕπνος, καὶ ἅμα τῷ ὕπνῳ [6] ἡ περιστερὰ

tissime vero infra Aspasia vocatur τρεφομένη δὲ ἐκείνη καὶ τρεφομένη ὑπὸ πατρὶ καὶ αὐτῷ πένητι, vbi et ipse Perizonius vulgatam retinuit interpretationem.

3. Ἐμαντεύετο αὐτῇ χρηστὸν) Omissa haec erant in versione. Sensus est, *bona illi vaticinabatur, augurabatur, obscure significans futuram eius fortunam.* Mox Lugd. cod. habet, τὴν μέλλουσαν αὐτῆς τύχην, quod videtur melius, quia bis praecessit in proximis αὐτῇ. Perizon. — Iac. Gronouio quoque scrupulum iniecit repetitum illud αὐτῇ, quod ideo mutatum voluit in ἄντι.

4. Τρεῖς στατῆρας) Intelligo aureos, qui maxime in vsu, et potissimum hoc vocabulo designabantur, praesertim in Asia. Pollux lib. IX. quum dixisset nummos *daricos, philippeos, alexandreos*, esse *stateras; omnes aureos*, subiicit, καὶ εἰ μὲν χρυσοῦς εἴποις, προσακούεται ὁ στατὴρ, εἰ δὲ στατὴρ εἴποις, οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς, *et si quidem aureos dicas, intelligitur stater, si vero stater dicas, non omnino intelligitur aureus*; non ergo *omnino*, nec vbique, sed tamen potissimum et plerumque. Tres autem stateres aurei faciunt LX. drachmas atticas, h. e. XVIII. carolinos nostrates, at argentei tantum XII. drachmas, h. e. LXXII. obolos, seu stuferos. Per.

5. Καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ἀσπασία. Καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν, ἔχουσα ἐν τοῖς γόνασι κάτοπτρον) Sic distinguebatur. Malui καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ἀσπασία, καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν. Ἔχουσα δὲ ἐν τοῖς. Superiora enim vsque ad ἔκλαεν, pertinent ad tempus et rem cum medico gestam. Quod vero speculum in manibus tenuit, seque in eo intuita est, illud postea et saepius factum est, per quam caussam repetita etiam saepius tristitia, obuenit ei aliquando insomnium, quod sequitur. Perizon.

6. Ἡ περιστερὰ) Gesnerus et Kuhnius οἱ. Schefferus οἷον. Sed recte Faber et οἱ et ἡ vitiosa dicit. Nam quum *columbae* nulla prorsus in superioribus facta fuerit mentio, neque hic descriptione quadam definiatur, nullum in his locum habet articulus ἡ. Intelligitur enim qualiscunque columba, a venere missa; cui sacrae sunt columbae. Quapropter in seqq. Aspasia dicitur statuae Veneris columbam apposuisse. Vide et supra l. 15. in extr. Perizon.

παραγίνεται, καὶ γενομένη γυνὴ, Θάῤῥει, εἶπε, καὶ μακρὰ χαίρειν εἰποῦσα [7] ἰατροῖς τε αὐτοῖς, καὶ Φαρμάκοις, σὺ δὲ τῶν τῆς Ἀφροδίτης [8] ςεΦάνων τῶν ῥοδίνων, ὅσοι ἂν ὦσιν ἤδη αὖοι, τρίβουσα, ἐπίπαττε τῷ Φύματι. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς, καὶ δράσασα, τὸ Φῦμα ἠΦανίσθη· καὶ ἡ Ἀσπασία καλλίςη τῶν συμπαρθένων ἦν αὖθις, παρὰ τῆς καλλίςης τῶν Θεῶν τὴν ὥραν ἀπολαβοῦσα· καὶ χαρίτων μὲν ἀΦθονίαν εἶχεν, ὡς οὐκ ἄλλη παρθένος τῶν τότε· ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθὴ, καὶ οὔλη τὰς τρίχας ἠρέμα· ὀΦθαλμοὺς δὲ εἶχε μεγίςους, ὀλίγον δὲ ἦν καὶ ἐπίγρυπος, τὰ δὲ ὦτα εἶχε βραχύτερα· ἦν δὲ αὐτῇ καὶ δέρμα ἁπαλόν. Ἐῴκει δὲ ἡ χροιὰ ἡ κατὰ τοῦ προσώπου ῥόδοις· διὰ ταῦτά τοι οἱ Φωκαεῖς, ἔτι παιδίον οὖσαν, ἐκάλουν [9] Μιλτώ. Ὑπέφαινε δὲ καὶ τὰ χείλη ἐρυθρὰ, καὶ οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν· ἦν δὲ καὶ τὰ σΦυρὰ ἀγαθὴ, καὶ οἵας Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ Φωνὴν [10] καλλισΦύρους ὀνομάζων. Φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ, καὶ ἁπαλόν. Εἶπεν ἄν τις, λαλούσης αὐτῆς, ἀκούειν Σειρῆνος. Πολυπραγμοσύνης δ' ἁπάσης γυναικείας, καὶ περιεργίας ἀπήλλακτο. Ὁ μὲν γὰρ πλοῦτος Φιλεῖ χορηγεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. Πενομένη δὲ ἐκείνη καὶ τρεΦομένη ὑπὸ πατρὶ, καὶ αὐτῷ πένητι, περίεργον μὲν οὐδὲν, οὐδὲ περιττὸν εἰς τὸ εἶδος

7. Ἰατροῖς τε αὐτοῖς καὶ φαρμάκοις) Sluisk. ἰατρῷ. Forte ἰατρῷ τε, καὶ φαρμάκοις αὐτοῖς. Perizon.

8. Στεφάνων τῶν ῥοδίνων) Ornari enim et honorari solebat Venus *coronis roseis*, quae quotannis mutabantur. Hinc Ouidius de calendis aprilibus, Veneri sacris, fast. IV. 236.

Nunc alit flores, nunc noua danda rosa est. Periz.

9. Μιλτῶ) Sic appellarunt eam, quod leniter et pulchre rubicundas haberet genas, a μίλτος, quod *minium* notat. Vide Suidam. Hinc μιλτοπάρῃοι παρθένοι, ad quarum similitudinem Homerus dixit μιλτοπαρῄους νῆας, *naues quarum prora est rubro colore picta*. Vide Eustath. ad Hom. Il. B. pag. 235. Periz.

10. Καλλισφύρους) Frequens sane Homero est hoc vocabulum de feminis, vnde Eustath. ad Iliad. Δ. pag. 347. aliud esse monet καλὰ σφυρὰ ἔχειν, aliud καλλίσφυρος. Illud enim dici etiam de viris et heroibus, at hoc esse ἐπίθετον γυναικός. Sed et Hesiodus hac voce crebro vtitur, itidem de feminis. Sic de victoria, Θεογ. 384. Clymene 507. Alcmena 950. MS. Lugd. καὶ οἵας Ὅμηρος, quod praetulerim. P.

ἠράνιζεν. Ἀφίκετο δέ ποτε παρὰ Κῦρον τὸν Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος ἡ Ἀσπασία, τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξου, οὐχ ἑκοῦσα, οὐδὲ ἑκόντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς ἀποπέμψαντος, ἀλλὰ γὰρ πρὸς βίαν, [11] οἷαι πολλάκις ἀπήντησαν, ἢ πόλεων ἁλουσῶν, ἢ τυράννων βιασαμένων, ἢ σατραπῶν πολλάκις. Εἷς οὖν τῶν Κύρου σατραπῶν μετὰ καὶ ἄλλων παρθένων ἀνήγαγεν αὐτὴν πρὸς Κῦρον. Καὶ τάχιστα τῶν ἄλλων παλλακίδων προετιμήθη, [12] διά τε ἤθους ἀφέλειαν, καὶ τοῦ τρόπου τὸ αἰδήμον, καὶ ὅτι ἀπεριέργως καλὴ ἦν. Συνεμάχετο δὲ πρὸς τὸ ὑπερφιλεῖσθαι, καὶ ὅτι σύνεσιν εἶχε. Πολλάκις γοῦν καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων ἐχρήσατο αὐτῇ συμβούλῳ Κῦρος, καὶ πεισθεὶς οὐ μετέγνω. Ὡς δὲ ἦλθε τὸ πρῶτον πρὸς Κῦρον ἡ Ἀσπασία, [13] ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὤν, καὶ πίνειν ἔμελλε κατὰ τὸν τρόπον τὸν Περσικόν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς, οἱ Πέρσαι τῷ τε οἴνῳ καὶ ταῖς προπόσεσιν εὖ μάλα ἀποσχολάζουσιν, οἱονεὶ πρὸς τὸν πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον, ἀποδυόμενοι. Μεσοῦντος οὖν τοῦ πότου, τέσσαρες παρθένοι παράγονται τῷ Κύρῳ Ἑλληνικαί, ἐν δὲ ταῖς καὶ ἡ Φωκαῒς Ἀσπασία ἦν. Ἦσαν δὲ κάλλιστα

11. *Οἷαι πολλάκις*) Med. 3. *οἷαι*, monente Gronouio. Idem voluit interpres. Recepit et ed. Basil.

12. *Διά τε ἤθους ἀφελὲς*) Vterque MS. vt et reg. *ἀφέλειαν*. Quod quare mutatum sit ab editoribus, exputare nequeo. Certe sic supra III. 10. *ἀφέλεια τοῦ τρόπου*. Mox Lugd. aeque ac B. et C. Parisienses, teste Scheffero, *καὶ τοῦ τρόπου τὸ ἁρμόδιον*, hoc est, *concinnum*, *decorum*, vel *obsequiosum*. Apollonius Alexandr. de syntax. lib. III. cap. 10. *τὰ οὐδέτερα ἁρμόδιά ἐστι τοῖς ἑνικοῖς*, *neutra congruunt*, *iunguntur*, *singularibus*. Dionys. Hal. in Isocrat. vita, *μετὰ τῆς ἁρμοττούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν*, *dicere cum concinna et congrua actione*. Sed tamen vulgatum praefert Sloiskian. haud dubie etiam Parisiensis A. nec ratio est vlla, quare alteri postbabeatur, maxime, quum hoc ipso in capite infra etiam *διδουμένη τοῦ τρόπου* dixerit auctor. Periz.

13. *Ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὤν*) Sic Herodot. V. 18. in historia legatorum Persicorum ad Amyntam Macedonem missorum, *ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, διαπίνοντες*. De more ipso Persarum compotationibus indulgendi post coenam, vide Brisson. de regn. Persar. lib. II. p. m. 215. et doct. Kuhnium ad hunc locum. De hoc ipso Cyro, biduum continuum compotationibus impendente, quando Callicratidas Laco eum conuentum volebat, vide Plutarch. in apophth. lacon. Perizon.

διεσκευασμέναι. Αἱ μὲν γὰρ τρεῖς ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, αἳ ἔτυχον αὐταῖς συνανελθοῦσαι, διαπεπλεγμέναι τε ἦσαν τὰς κόμας, καὶ διαπεποικιλμέναι τὰ πρόσωπα [14] ἐντρίψεσι καὶ φαρμάκοις. Ἦσαν δὲ καὶ [15] ὑπὸ τῶν τροφέων δεδιδαγμέναι, ὅπως τε ὑποδραμεῖν χρὴ τὸν Κῦρον, καὶ τίνα τρόπον θωπεῦσαι, καὶ προσιόντα μὴ ἀποστραφῆναι, καὶ ἁπτομένου μὴ δυσχερᾶναι, καὶ φιλοῦντος ὑπομεῖναι· [16] ἑταιρικὰ εὖ μάλα μαθήματα καὶ διδάγματα, γυναικῶν καπηλικῶς τῷ κάλλει χρωμένων ἔργα. Ἔσπευδον οὖν ἄλλη ἄλλην ὑπερβαλέσθαι τῷ κάλλει· ἡ δὲ Ἀσπασία οὔτε ἐνδῦναι πολυτελῆ χιτῶνα ἐβούλετο, οὔτε περίβλημα περιβαλέσθαι ποικίλον ἠξίου, οὔτε λούσασθαι ὑπέμενεν· [17] ἀνευφη-

14. Ἐντρίψεσι) Colores intelligit, quibus fucatur facies, et in nitorem redigitur. Hinc facies ipsa dicitur ἐντρίβεσθαι. Vetus poeta apud Athen. lib. XIII. λευκόχρως λίαν τις ἐστι, παιδέρωτ' ἐντρίβεται, *si quae nimis est alba, fricatur paederote.* Sed et quae sic fucata est, dicitur ἐντετριμμένη apud Aristoph. in ἐκκλησ. pag. 746. Periz.

15. Ὑπὸ τῶν τροφέων) Sluisk τροφαίων. Reliqui omnes, etiam reg. vulgatum mordicus retinent. Gesnerus tamen maluit τροφῶν, h. e. *nutricum.* Atque id voluerat etiam Vulteius, vertens, a *nutricibus*, quod retinuerunt omnes. Ego vero non dubito, quin, quum MSti diserte habeant τροφέων, et de feminis domesticis seu propriis puellarum, hoc est, haud dubie, earum nutricibus vel ornatricibus, iam actum sit, ea ergo voce auctor designauerit potius viros, qui a satrape erant puellarum curae et alimoniae praefecti, et simul eas docebant, quid agendum esset apud Cyrum. Perizon.

16. Ἑταιρικὰ δὲ μάλα) Reposui εὖ μάλα, quod non Parisienses tantum, sed et meus vterque praefert, et vsitatum est auctori. Qui etiam μαθήματα καὶ διδάγματα, vt hic, sic II. 31. coniunxit tanquam synonyma. Mox cum Scheffero interposuerim καὶ post διδάγματα. Nam per appositionem ac declarationem quandam ipsa illa μαθήματα καὶ διδάγματα superioribus apponuntur. Atque ideo durum foret, nouam illis appositionem sine copula adiicere. Sensus est, superiora illa, quae erant puellae illae edoctae a suis nutricibus, fuisse *disciplinae meretriciae praecepta, et facta mulierum se prostituentium.* Lugdun. etiam cod. in margine adscripsit καὶ, quasi exciderit ex isthoc loco. Perizon. — Placuit egregie Perizonii coniectura ob facilitatem. Aliam vero emendandi viam ingressus est Iac. Gronou. qui haec ita legit, ἀλγοῦσα ἅμ' ὡς. Propius ad vulgatam accedit Abrah. Gronou. ὅπως coniiciens. Paulo post pro ἐπεπλήρωντο vterque cod. πεπλήρωντο.

17. Ἀνευφημήσασα δὲ θεὸς ἑλληνικὸς) Liceat hic mihi denuo incusare incuriam editorum, qui passi sunt socordia operarum irrepere et inualescere in edd. postremis vitia grauissima, qualia nihil mirum ergo, si et in primas aliquando inuaserint,

μήσασα δὲ, Θεοὺς πάντας ἐκάλει Ἑλληνίους, καὶ ἐλευθερίους τοὺς αὐτοὺς, καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα ἐβόα, καὶ κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ πατρὶ, δουλείαν σαφῆ καὶ ὡμολογημένην ὑπομένειν πιςεύουσα, τὴν ἔξω τῆς συνηθείας περὶ τὸ σῶμα ςολήν τε ἅμα, καὶ περίεργον κατασκευήν. Ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, [18] καὶ εἶκε τοῖς

et ex iis recepta in ceteras, ex MStis dein corrigenda ſint. Etenim exciderunt ex prima Schefferi editione duo haec vocabula πάντας ἐκάλει poſt vocem Θεοὺς, quae vti in omnibus, non modo edd. antiquioribus, ſed et MStis viſuntur, ita in illis, quae Schefferianas ſunt ſecutae, protſus deſiderantur. Deinde vero, quum vterque MS. vt et duo reg. legant Ἑλληνίους, non dubitaui et illud recipere. Nam ita noſter et ſupra VI. 1. ὦ θεοὶ Ἑλλήνιοι. Denique κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ πατρὶ, quod mox ſequitur, vertebatur, *ſe ipſam patremque exſecrabatur*, quae inſulſa eſt ſententia, et rationis expers. Malui *precabatur ſibi et patri*, vt mortui fuiſſent prius, quam hoc accideret, ſeu prius, quam pater vidiſſet, atque ipſa ſenſiſſet, abduci ſe infamem in ſeruitutem et vitam meretriciam. Sic Homer. odyſſ. Τ. v. 330.

> Τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω,

illi imprecantur omnes homines mala, quae eum ſequantur. Perizon. — Contra Perizonium, qui ἐκ παντὸς abſolute accipiendum, nec cum τρόπου coniungendum eſſe putabat, recte monuit Vir Doctus in Miſc. Obſeru. tom III. haec: *exemplis probandum fuiſſe Perizonio, eum, qui verecundis ſit moribus, dici a Graecis*, αἰδούμενον τοῦ τρόπου. Sed vereor, vt hoc probari poſſit. In vulgata igitur hunc locum explicandi ratione acquieſcendum eſſe puto.

18. Καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν) Vertebatur totus hic locus, *ac tamen cum moerore iuſſis eorum vix obtemperaret, tamen coacta eſt eiusmodi, quae non virginem, ſed ſcortum decerent, facere.* Scilicet interpres diſtinxit poſt ἀλγοῦσα, vt faciunt MSti, et prima editio, Gesnerus vero diſtinxit ante ἀλγοῦσα, alii etiam poſt ὅμως. Sed diſtinctione iuuari haec ſatis nequeunt, quum imperfecti illa ſint ſenſus, quomodocunque vertantur. Qua autem ratione corrigi debeat hic locus, abſque ope codicum difficile dictu eſt. Videtur proximum vero, aliquid excidiſſe poſt ὅμως, et forte nihil aliud, quam ὡς vel ὅτι. Niſi quis malit, ἀλγοῦσα ἄν, ὡς οὐ παρθ. hoc eſt, *ceſſit etc. dolens ſane, quod cogebatur facere, non quae virginem decerent, ſed quae meretricem.* Nam ὡς poni etiam pro ὅτι, *quod*, iam alibi a me et ab aliis notatum eſt. Supra VIII. 2. καὶ γὰρ, ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. Doctiſſimus etiam Ienſius, literis ad me datis, hunc locum tentat, et excidiſſe putat ὡς, idque poni ſaepius pro ὅτι, multis ex Luciano, et eius *Hermotimo*, exemplis probat. Veluti pag. 552. ἔλεγε, ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν. pag. 556. λέγοντα, ὡς αὕτη μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν. Perizon. — Gronou. ἁρμοςὴν legit, qua voce Satrapas apud Perſas eſſe deſignatos docuit e Lucian. Toxar. pag. 525. tom. II. καὶ συλλαβόντες τὸν Δείνιαν — ἀπάγουσι πρὸς τὸν ἁρμοςὴν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε, ad quem locum conf. commentatores. Cui loco addo Xenoph. tom. II. p. 286. ed. Thiem. ᾐτιῶντο τὸν ὑμῶν ἁρμοςὴν τούτων αἴτιον εἶναι, ad quem locum commode attulit Hutchinſon. *Phauorinus*,

ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα, ὅμως οὐ παρθενικά, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι παρελθοῦσαι ἀντέβλεπον τῷ Κύρῳ, καὶ ὑπεμειδίων, καὶ φαιδρότητα προσεποιοῦντο· ἥ γε μὴν Ἀσπασία ἑώρα κάτω, καὶ ἐρυθημάτων εὖ μάλα φλογωδῶν ἐνεπίμπλατο αὐτῆς τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπεπλήρωντο οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύων, καὶ [19] ἐκ παντὸς αἰδουμένη τοῦ τρόπου δήλη ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσε πλησίον αὐτοῦ τὰς ἀνθρώπους καθίσαι, αἱ μὲν ἐπείσθησαν καὶ πάνυ εὐκόλως· ἡ δὲ Φωκαῒς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. Ἁπτομένου δὲ τοῦ Κύρου, καὶ διασκοποῦντος τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐταῖς, καὶ τὰς παρειάς, καὶ τοὺς δακτύλους, αἱ μὲν ἠνείχοντο, ἡ δὲ οὐχ ὑπέμενεν. Ἄκρᾳ γὰρ τῇ χειρὶ μόνον τοῦ Κύρου προσαψαμένου, ἐξεβόησέ τε, καὶ ἔφατο αὐτὸν οἰμώξεσθαι, τοιαῦτα δρῶντα. Ὑπερήσθη τούτοις ὁ Κῦρος· ἐπανισταμένης τε αὐτῆς καὶ πειρωμένης φεύγειν, ἐπεὶ καὶ τῶν μαζῶν προσήψατο, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ὑπειργάσθη τὴν εὐγένειαν οὐ Περσικῶς ὁ τοῦ Δαρείου, ἀλλὰ καὶ ἀποβλέψας πρὸς τὸν [20] ἀγοραστήν,

ἁρμοσταὶ, οἱ ἀπὸ βασιλέως στελλόμενοι εἰς ἔθνη· ἢ ἁρμοσταὶ, οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι. Sic Xenoph. Hellen. tom. III. pag. 127. οἱ Λακεδαιμόνιοι πέμπουσιν αὐτοῖς Θίμβρωνα ἁρμοστὴν, et pag. 254. τοὺς Λακωνικοὺς ἁρμοστὰς ἐξήλαυνον, quos de republ. Laced. cap. 13. pag. 560. vocat τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων στρατηγούς. Vide Pollux. onom. VIII. 8. pag. 905. et D'Arnaud Lect. Graec. pag. 22. Nihilo tamen minus Gronouii coniecturam recipere nolim: putarim potius, quae et Clar. Meinecke sententia fuit, Aelianum hac voce ἀγοραστὴς, indignationem, de Satrapa, regis voluptati inseruiente, animo conceptam, exprimere voluisse, nec tamen respexisse ad personam, dignitatemque Satrapae.

19. Ἐκ παντὸς αἰδουμένη τοῦ τρόπου δήλη ἦν) Interpres coniunxit in sensu exprimendo ἐκ παντὸς τοῦ τρόπου. Vertit enim, *omnibus denique gestibus verecundiam quandam repraesentare.* Et sane sic ferme supra III. 7. ἐκ παντὸς τρόπου διψῶντας κακῶς ἀγορεύειν. Sed tamen necessario aliter haec sunt accipienda, et longe aliud hic est τοῦ τρόπου. Passim, ὁ τρόπος, et saepius in hoc capite, sumitur pro ipsis moribus, et actione vitae. Sed et plane vt hic, ita supra τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον. Ἐκ παντὸς autem absolute ponitur etiam II. 4. σπεύδειν ἐκ παντός. Vbi vide quae notaui. Perizon.

20. Ἀγοραστὴν) Atqui non emta fuit Aspasia a Satrape, sed πρὸς βίαν, *per vim, qualis fieri solet in captis vrbibus, vel quando tyranni, aut Satrapae inuitas rapiunt*, abducta fuit, vt traditum est in superiori-

ταύτην μόνην, ἔφη, ἐλευθέραν καὶ ἀδιάφθορον ἤγαγες· αἱ δὲ λοιπαὶ καπηλικῶς ἔχουσι, καὶ τοῦ εἴδους, [21] ἔτι καὶ τοῦ τρόπου μᾶλλον. Ἐκ δὴ τούτων ὁ Κῦρος πλέον ταύτην ἠγάπησεν, αἷς ὡμίλησέ ποτε ἀνθρώπαις. χρόνῳ δ' ὕστερον, ὑπερηράσθη μὲν ταύτης ὁ Κῦρος, ἀντηρᾶτο δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνης καὶ ἐς τοσοῦτον ἀμφοῖν ἡ φιλία προῆλθεν, ὡς ἐγγὺς ἰσοτιμίας εἶναι, καὶ μὴ ἀπάδειν Ἑλληνικοῦ γάμου ὁμονοίας τε καὶ σωφροσύνης. Ἀφίκετο οὖν τοῦ εἰς Ἀσπασίαν ἔρωτος καὶ εἰς Ἰωνίαν τὸ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν. Πεπλήρωτο δὲ καὶ ἡ Πελοπόννησος τῶν ὑπὲρ Κύρου τε καὶ ἐκείνης λόγων. Ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλέα τὸν μέγαν ἧκεν ἡ δόξα. Πεπίστευτο γὰρ δὴ, ὅτι γυναικὸς ἄλλης μετ' αὐτὴν οὐκ ἠξίου πειραθῆναι Κῦρος. Ἐκ δὴ τούτων εἰσῄει τὴν Ἀσπασίαν μνήμη τῶν ἀρχαίων φασμάτων, περιστερᾶς τε ἐκείνης, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λόγων, καὶ ὅσα προεῖπεν ἡ Θεός· καὶ ἐπίστευεν αὐτὴν ἐξ ἀρχῆς μελεδωνὸν αὐτῆς γεγονέναι, καὶ ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ τελεστήρια καὶ χαριστήρια. Πρῶτον μὲν οὖν εἴδωλον χρυσοῦν [22] ἀρκούντως μεγέθους ἔχον, αὐτῇ κατεσκεύασε.

bus. Sed et hinc paulo ante ὁ ἀπάγων Σατράπης. Quid ergo? Legendumne et hic, non magna sane mutatione, πρὸς τὸν Σατράπην? an vero oblitus superiorum auctor Satrapen hic inducit, quasi puellas has Cyro *emerit*. Nasutus quispiam forsan haec ita conciliabit, quasi Aspasia rapta sit ab alio, et per vim abducta, atque ita demum vendita Satrapae. Sed nemini id, qui vere nasum habet, placebit. Malim ipsum Satrapen voce ἀγοραστοῦ designatum accipere, non quod puellas *emerit*, sed quia ἀγοραστὴς in gloss. Labbei etiam *venalitius* exponitur, et hic Satrapes, instar mangonis, puellas has, tanquam mancipia, ad Cyrum adduxit. Crediderim tamen, vitii hic aliquid latere. Perizon.

21. Ἔτι καὶ τοῦ τρόπου μᾶλλον) Sic sane et MSti. Gesnerus maluisset ἔτι δὲ καὶ etc. Sed siquid hic tentare liceret contra codices, mallem vel delere illud ἔτι, vel legere καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ τρόπου ἔτι μᾶλλον. Vt passim alibi, etiam hoc ipso in capite, infra καὶ διὰ τὸ κάλλος τὸ τοῦ σώματος, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς, et iterum in extremo capitis, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρας. Perizon.

22. Ἀρκούντως μεγέθους ἔχον) Lugd. ἀρκοῦντος. At Sluisk. pro vulgato stat. Et recte. Eleganter enim sic Graeci: cap. 9. ὑπολαβὼν ἀκρατῶς ἔχειν φθόνου, cap. 21. οἱ δ' ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων. Quae ibi male sollicitat Schefferus. Imp. Iulian. orat. I. ἀμελετήτως ἔχων τῶν τοιούτων λόγων. Sequentium ἐνενεῖτο etc. sensus est, *voluit apud animum suum statuam*, quam fieri curaue-

Ἐνενοεῖτο δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦτο Ἀφροδίτης εἶναι, καὶ πελειάδα αὐτῇ παρέστησε λιθοκόλλητον· καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν θυσίαις τε ἱλεοῦτο, καὶ εὐφημίαις. Ἀπέπεμψε δὲ καὶ Ἑρμοτίμῳ τῷ πατρὶ δῶρα πολλὰ καὶ καλὰ, καὶ πλούσιον αὐτὸν [23] ὑπέφηνε. Σωφροσύνῃ τε διέζη, ὡς αἱ Ἑλληνίδες γυναῖκες λέγουσι, καὶ αἱ Περσίδες. Ὅρμος ἐκομίσθη ποτὲ Κύρῳ ἐκ Θετταλίας, πέμψαντος τὸν ὅρμον [24] Σκοπᾶ τοῦ νεωτέρου· τῷ δὲ Σκοπᾷ κεκόμιστο ἐκ Σικελίας τὸ δῶρον. Ἐδόκει δὲ ὁ ὅρμος θαυμαστῇ τινι τέχνῃ καὶ ποικιλίᾳ ἐξειργάσθαι. Πάντων οὖν, οἷς ἔδειξεν αὐτὸν ὁ Κῦρος, θαυμαζόντων, ὑπερησθεὶς τῷ κειμηλίῳ, παραχρῆμα [25] εἰς Ἀσπασίας ἀφίκετο, μεσούσης ἡμέρας, καὶ καταλαβὼν, αὐτὴν καθεύδουσαν, ὑποδὺς ὑπὸ θοι-

rat, *esse Veneris*, idque declaranit *columba ei apposita*. Perizon.

23. Ὑπέφηνε) Gesnerus et Faber malunt ἀπέφηνε. Sed refragantur MSti. Sensus est, vt monuit iam Kuhnius, Aspasiam hanc patrem suum, non subito, sed paulatim fecisse diuitem, atque ita non repente et vno memento, sed sensim et per gradus quosdam conspicuas aliis illius euasisse diuitias. Supra VIII. 12. ὑποφαίνων ἐξ αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν, vide et hoc cap. pag. 105. Perizon.

24. Σκοπᾶ τοῦ νεωτέρου) Fuit ergo et antiquior Scopas, nimirum *fortunatus* ille *et nobilis homo*, Simonidis tempore, quem, quia carmen in se composuerat, conuiuio illo excepit, quo ipse cum suis ruina camerae oppressus est. Habitauit autem ille *Cranone in Thessalia*. Vide Cicer. de oratore, II. 86. Alii eum *Pharsali* habitauisse memorant, quod praeferre videtur Quinct. instit. orat. XI. 2. Hinc familia *Scopadarum*, ex qua inter procos filiae Clisthenis Sicyonii, tempore iam Cyri prioris, memorat Herodot. VI. 127. ἐκ Θεσσαλίης τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδην Κρανώνιον, *ex Thessalia*, et istic *Scopadarum familia*, *Diactoriden Cranonium*. Eosdem *Scopadas Thessalos* ipse etiam Simonides celebrauit in *threnis*; vt ex Theocrito, et eius schol. ad Idyll. XVI. patet. Illius nepotem hunc fuisse auguror, hominem diuitem et temulentum, diuitias suas ostentantem et in superfluis vnice collocantem, *Scopam Thessalum* memorat Plutarchus in Catone mai. pag. 346. et in lib. de studio diuitiarum. Temulentiam noster II. 41. et Athen. lib. X. pag. 438. vbi eum etiam *Creontis filium*, *Scopae vetusti*, τοῦ παλαιοῦ, *nepotem* dicit. *Cranonius* etiam fuit, vt liquet ex Laert. in Socrate §. 25. vbi dicitur Socrates aspernatus opulentos illos homines, Archelaum Macedonem, *Scopam Cranonium*, Eurylochum Larissaeum. Vide ibi Menagium. Paulo ante Sluisk. ὅρμος ἐκομίσθη ποτε τῷ Κύρῳ, addito articulo, vt passim toto capite ὁ Κῦρος, τοῦ Κ. etc. Perizon.

25. Εἰς Ἀσπασίαν) Vterque codex εἰς Ἀσπασίας, hoc est, *in domicilium*, vel *cubiculum Aspasiae*. Sic II. 21. εἰς Ἀρχελάου ποτε ἀφίκετο. XII. 17. ἐφοίτα εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας. Et sic passim: vt nullus dubitem, ita et hic scripsisse nostrum. Perizonius.

μάτιον, καὶ παρακληθεὶς ἠρέμα, ἀψοφητὶ ἔμενεν αὐτὸς μὲν ἀτρεμῶν· ἐκείνη δὲ ἐκάθευδεν. Ἐπεὶ δὲ διϋπνίσθη, καὶ ἐθεάσατο τὸν Κῦρον, περιπλακεῖσα αὐτῷ κατὰ τὸν συνήθη τρόπον ἐφιλοφρονεῖτο αὐτόν. Ὁ δὲ, ἐξελὼν ἐκ τοῦ κιβωτίου τὸν ὅρμον, ἔδειξεν, ἐπειπών· ὅτι ἄξιός ἐστιν οὗτος ἢ θυγατρὸς βασιλέως, ἢ μητρός. Τῆς δὲ ὁμολογούσης, ἰδοὺ, δίδωμί σοι τοίνυν (φησὶν) αὐτὸν ἔχειν κτῆμα, καί μοι, ὡς ἔχεις περιθεμένη, δεῖξον τὸν τράχηλον. Ἡ δὲ οὐχ ἡττήθη τοῦ δώρου, ἀλλ' εὖ μάλα σοφῶς, καὶ πεπαιδευμένως ἀπεκρίνατο. Καὶ πῶς, ἔφη, τολμήσω Παρυσάτιδος δῶρον ἄξιον, τῆς τεκούσης σε, [26] περιθέσθαι αὐτῇ; ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἀπόπεμψον ἐκείνῃ, Κῦρε, ἐγὼ δέ σοι καὶ ἄνευ τούτου παρέξω καλὸν τὸν τράχηλον. Ἀσπασία μὲν οὖν μεγαλοφρόνως, καὶ ὑπὲρ τὰς γυναῖκας βασιλικῶς, τὰ ἐναντία ἔδρασεν, ἤπερ εἰώθασι γυναῖκες δρᾶν. Φιλόκοσμοι γάρ εἰσι δεινῶς. [27] Ὁ δὲ Κῦρος ἡσθεὶς τῇ ἀποκρίσει, τὴν μὲν Ἀσπασίαν κατεφίλησεν, αὐτὰ δὲ ἕκαστα καὶ τῶν πραχθέντων, καὶ τῶν λεχθέντων, εἰς ἐπιστολὴν ἐγγράψας, ἀπέπεμψε πρὸς τὴν μητέρα σὺν

26. Περιθέσθαι αὐτῇ) Quod Gesnerus maluit, et Schefferus in indice probauit, id diserte praefert cod. Sluisk. cum reg. 1. et 3. legens αὐτῇ. Et ita maior est emphasis oppositionis inter ipsam Aspasiam, et matrem Cyri. Sic apud Anton. Lib. fab. 8. περισπάσας ἐν ἀπὸ τοῦ Ἀλκυονέως τὰ στέμματα, καὶ αὑτὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθέμενος. Vbi itidem αὐτὸς pro ἑαυτῷ poni videtur. Praetulerim tamen, mutato tantum spiritu, legere περιθέσθαι αὑτῇ vel ἑαυτῇ, quod ipsum et Kuhnius maluit. Pronomen autem illud iungitur locutionibus omnium personarum. Supra I. 34. εἶτα τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομεῖναι, hoc est, *oculis tuis*. Epictet. cap. 10. μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, *nunquam alios accusemus, sed nos ipsos, hoc est, nostras ipsorum opiniones*. Actor. Apost. XXIII. 14. ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, μηδενὸς γεύσασθαι, ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον, *deuouimus nos ipsos*. Ita alibi passim. Vide et supra ad I. cap. 21. — Nec aliter Med. 3. Quamobrem Aeliano reddendam vocem esse censebat Abr. Gronou. praesertim cum et supra X. 20. et in Herodi. VI. 2. occurrat. Recepit hinc edit. Basil.

27. Ὁ καὶ Κῦρος) Res profecto mira, vitium tam manifestum, postquam semel culpa operarum in primam Schefferianam irrepserat, ex nulla dein tot aliarum, quae secutae sunt, et curam Schefferi, Fabri, Kuhnii prae se ferunt, expunctum. Restitui ex MSS. et editis prioribus, ὁ δὲ Κῦρος. Perizon.

τῷ

τῷ δέρματι. Καὶ ἡ Παρύσατις, λαβοῦσα τὸ δῶρον, οὐδὲν ἔλαττον ἥσθη [28] τοῖς ἀπεσταλμένοις, ἢ τῷ χρυσῷ, καὶ ὑπὲρ τούτων ἠμείψατο τὴν Ἀσπασίαν μεγάλοις δώροις καὶ βασιλικοῖς. Ηὔφρανε γὰρ αὐτὴν μάλιστα ἐκεῖνο, ὅτι, καίτοι πάνυ σφόδρα εὐδοκιμοῦσα παρὰ τῷ παιδὶ αὐτῆς ἡ Ἀσπασία, ὅμως, ἐν τῷ φιλεῖσθαι ὑπὸ Κύρου, ἐβούλετο τῆς Κῦρον τεκούσης ἡττᾶσθαι. Ἐπῄνεσε μὲν οὖν Ἀσπασία τὰ δῶρα, οὐ μὴν ἔφατο αὐτῶν δεῖσθαι, [29] ἐπεὶ καὶ χρήματα ἧκεν αὐτῇ μετὰ δώρων πάμπολλα, ἀπέστειλε δὲ Κύρῳ εἰποῦσα, πολλοὺς ἀνθρώπων τρέφοντί σοι γένοιτο ἂν ταῦτα λυσιτελῆ, ἐμοὶ δὲ σὺ ἀρκεῖς φιλούμενος, καὶ κόσμος μοι εἶναι. Καὶ ἐκ τούτων οὖν, ὥσπερ εἰκὸς, τὸν Κῦρον ἐξέπληξε, καὶ ἀναμφιλόγως ἐθαυμάζετο ἥδε ἡ γυνή, καὶ διὰ τὸ κάλλος τὸ τοῦ σώματος, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς. Ὅτε δὲ ἀνῃρέθη Κῦρος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν μάχῃ, καὶ ἑάλω τὸ στρατόπεδον τοῦ Κύρου, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων καὶ αὐτὴ ἑάλω, οὐκ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐμπεσοῦσα εἰς τοὺς πολεμίους, ἀλλ'

28. Τοῖς ἀπεσταλμένοις) Gesnerus in margine, rescripsit ἐπεσταλμένοις. Et sane quae per epistolam nunciantur, proprie dicuntur ἐπιστέλλεσθαι. Vide supra II. 5. et 19. Sed tamen, vt apud Latinos *mitti*, sic et ἀποστέλλεσθαι a Graecis, maxime quidem de eo, quod per legatos, deinde vero etiam de eo, quod per epistolam nunciatur, atque ita promiscue seu generatim aliquando adhibitum videtur. Sic paulo ante τὰ λεχθέντα dicitur Cyrus matri per epistolam ἀποπέμψαι. Vide et supra ad X. 20. Si quis tamen malit Gesneri coniecturam recipere, non multum equidem illi refragabor. Schefferus et Kuhnius eam praetermiserant penitus. Sed tamen in addendis memorauit eam Kuhnius et probauit. Adde firmari eam auctoritate codd. reg. 1. et 3. Perizon.

29. Ἐπεὶ καὶ χρήματα) Si recte quis attendat, reperiet facile, nullam esse in his opportunam satis rationem aut nexum, immo exoriri sensum alienissimum. Si enim haec ratio, est, quare non indiguerit donis, quia multa cum iis pecuniae vis ad eam fuerat perlata, sequitur ergo, pecunia ista vtcunque indiguisse, atque adeo non eam, sed tantum dona illa ad Cyrum, tot millia hominum alentem, fuisse missa, cui tamen citra controuersiam longe vtilior erat pecunia ad sustentandos milites, quam isthaec muliebria dona. Quid ergo? Vide sis, lector, quam pulcher exoriatur sensus et nexus, si, reuocata in suum locum vocula δὲ, legas ac distinguas, ἐπεὶ δὲ καὶ χρήματα ἧκεν αὐτῇ μετὰ τῶν (hanc voculam addit Sluisk.) δώρων πάμπολλα, ἀπέστειλε Κύρῳ, *quia vero etiam multae pecuniae cum donis illis ad eam perlatae fuerant, misit omnia Cyro.* Perizon.

ἀνεζήτησεν αὐτὴν σὺν πολλῇ τῇ φροντίδι ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης· ᾔδει γὰρ αὐτῆς τὸ κλέος, καὶ τὴν ἀρετήν. Ἐπεὶ δὲ αὐτὴν ἤγαγον δεδεμένην, ἠγανάκτει, καὶ τοὺς μὲν τοῦτο δράσαντας εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλε, προσέταξε δὲ αὐτῇ δοθῆναι κόσμον πολυτελῆ. [30] Ἡ δὲ ἀκούσασα, καὶ ποτνιωμένη, καὶ δακρύουσα, [31] ἐπὶ πολλοῖς ἐβιάσθη τὴν ἐκ βασιλέως στολὴν ἐνδῦναι· ἐθρήνει γὰρ ἰσχυρῶς τὸν Κῦρον. Ἐνδῦσα δὲ, ἐφάνη καλλίστη γυναικῶν, καὶ παραχρῆμα ὁ Ἀρταξέρξης ἐφλέγετο, καὶ κατετήκετο, καὶ πρώτην γε τῶν γυναικῶν ἦγε, καὶ εἰς ὑπερβολὴν ἐτίμα, δι' ὧν ἔσπευδεν αὐτῇ χαρίζεσθαι, θαῤῥῶν, ὅτι Κύρου μὲν ἀναπείσει ἐπιλαθέσθαι αὐτὴν, διδάξει δ' ἂν αὐτὸν φιλεῖν οὐδὲν ἐκείνου ἧττον. [32] Καὶ ἔτυχε μὲν τῆς ἐλπίδος, ὀψὲ δὲ καὶ βραδέως. Δεινὴ γὰρ ἡ εἰς Κῦρον εὔνοια ἐντακεῖσα τῇ Ἀσπασίᾳ δυσέκνιπτον ὥσπερ μάλιστα τὸ φίλτρον ἐνειργάσατο αὐτῇ. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Τηριδάτης ὁ εὐνοῦχος ἀποθνήσκει, κάλλιστος τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ὡραιότατος γενόμενος. Κατέστρεψε δὲ οὗτος ἄρα τὸν βίον μειρακιούμενος, καὶ ἐκ τῆς παιδικῆς ἡλικίας ἀνατρέχων. Ἐλέγετο δὲ αὐτοῦ ἐρᾷν ὁ βασιλεὺς ἀνδρειότατα. Ἐκ δὴ τούτων ἐπένθει βαρύτατα, καὶ δριμύτατα ἤλγει,

30. Ἡ δὲ ἀκούσασα, καὶ ποτνιωμένη) Sic vterque cod. et reg. omnes. Leopard. emend. II. 12. reponi iubet, probante Scheffero et Fabro, ἄκουσα, *inuita*. Non male profecto. Non tamen ausus ipsum in textum recipere, quia et vulgatae lectioni suus inest sensus, et msti eam pariter tuentur. Perizon.

31. Ἐπὶ πολλοῖς ἐβιάσθη) Pessime sane vertitur ab omnibus, *coacta est a multis*. Vertendum erat, *post multa*, scil. facta, vel dicta, tandem *coacta est*. Sic in praef. hist. anim. extr. εἰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς γεγόναμεν, μὴ ἔστω ζημίωμα εἰς ἔπαινον ἡ τοῦ χρόνου λῆξις, *si vero post multos demum exstitimus, ne sit detrimentum laudi temporis defectus*. Sic passim ἐπὶ τούτοις. Supra III. 18. extr. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξανηλώθη, *et post illa tandem moritur*. Perizon.

32. Καὶ ἔτυχε μὲν τῆς ἐλπίδος ὀψὲ καὶ βραδέως) Nihil est, quod respondeat illi μὲν. Reposui ergo, quod iubebat Sluisk. ac reg. 1. et 3. pulcherrimo sensu, ὀψὲ δὲ καὶ βραδέως. In proximis superioribus, quae temere prorsus sollicitat Faber, legendo εἰ μὴ pro ἔτι μὲν, et γοῦν pro δ' ἂν, nihil mutant msti, nisi quod Sluisk. omittit ἂν, exhibens, διδάξει δ' αὐτὸν φιλεῖν. Et potest illud commode satis abesse, immo rectius abest. Ceteroqui nihil istic, neque in sensu, neque in sermone desideres. Perizonius.

καὶ δημοσίᾳ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν πένθος ἦν, χαριζομένων ἀπάντων [33] βασιλεῖ τοῦτο. Ἐτόλμα τε οὐδεὶς αὐτῷ προσελθεῖν, οὐδὲ παραμυθήσασθαι· καὶ γὰρ ἐπίστευον ἀνιάτως αὐτὸν ἔχειν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι πάθει. Τριῶν δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν, στολὴν ἀναλαβοῦσα ἡ Ἀσπασία πενθικὴν, ἀπιόντος τοῦ βασιλέως ἐπὶ λουτρὸν, ἔστη δακρύουσα, καὶ ὁρῶσα εἰς γῆν. Ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὴν ἐξεπλάγη, καὶ ἤρετο τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως. Καὶ ἐκείνη φησὶ, λυπούμενόν σε, βασιλεῦ, καὶ ἀλγοῦντα ἀφῖγμαι παραμυθήσασθαι, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν· εἰ δὲ χαλεπαίνεις, ἀπαλλάττομαι ὀπίσω. Ὑπερήσθη τῇ κηδεμονίᾳ ὁ Πέρσης, καὶ προσέταξεν εἰς τὸν θάλαμον ἀνελθοῦσαν ἀναμεῖναι αὐτόν· ἡ δὲ ἔδρασε ταῦτα. Ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθε, τὴν τοῦ εὐνούχου στολὴν [34] ἐπὶ τῇ μελαίνῃ περιῆψε τῇ Ἀσπασίᾳ, καί πως ἔπρεψεν αὐτῇ καὶ τὰ τοῦ μειρακίου, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρας αὐτῇ πρὸς τὸν ἐραστὴν ἐξέλαμψεν. Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐχειρώθη τούτοις ἐκεῖνος, ἠξίωσεν αὐτὴν, ἔστ᾽ ἂν ἀπομαρανθῇ τοῦ πένθους αὐτῷ ἡ ἀκμὴ, οὕτως ἐσταλμένην ὡς αὐτὸν παριέναι αὐτήν. Καὶ ἐκείνη χαριζομένη ἐπείσθη αὐτῷ, καὶ μόνη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, οὐ γυναικῶν μόνον φασὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ

33. *Βασιλεῖ τούτῳ*) Sic edidit Camillus Peruscus, vitio haud dubio. Retinuerunt id tamen omnes dein editiones, certissimo argumento, nullis ab editoribus adhibitos cod. mss. ad recensendum hunc auctorem. Viderunt enim vitium, legendumque censuerunt τοῦτο, Faber, Schefferus, Kuhnius; sed ex coniectura, et syntaxeos analogia. Illud vero genuinam esse Aeliani manum, etiam msti diserte testantur, qui pariter ita exaratum habent. Dein malim, ἐτόλμα δὲ οὐδεὶς. Ineptum autem, ne quid grauius dicam, oportet fuisse hunc regem, qui delicii sui mortem tam grauiter tulerit, quum idem sexagenarius esset, et plus trecentas haberet concubinas. Fuit autem Artaxerxes, non *Longimanus*, vt turpi errore tradebat index latinus, sed *Mnemon*. Periz.

34. *Ἐπὶ τῇ μελαίνῃ*) Ergo et illic atra vestis erat lugubris, aeque ac apud Graecos et Romanos; de quibus res est notissima. Romanorum tamen feminae sub Caesaribus coeperunt etiam albis vestibus vti in luctu, qua de re Lipsius in excursu ad Tacit. an. II. 75. et iam ante eum Magius in Miscell. III. 14. Etiam Christianos antiquos, tempore imp. Arcadii in luctu habuisse vestes pullas ex Zosimo liquet V. 23. extr. Periz.

βασιλέως υἱῶν, καὶ τῶν συγγενῶν, παρεμυθήσατο Ἀρταξέρξην, καὶ τὸ ἐκ τῆς λύπης ἰάσατο πάθος, εἴξαντος τοῦ βασιλέως τῇ κηδεμονίᾳ, καὶ τῇ παραμυθίᾳ πεισθέντος συνετῶς.

ΚΕΦ. β.

Περὶ μουσῶν.

Οὐδεὶς οὔτε πλάστης, οὔτε γραφεὺς, τῶν Διὸς θυγατέρων [1] τὰ εἴδη παρέστησεν ἡμῖν ὡπλισμένα. Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ τὸν ἐν μούσαις βίον, εἰρηνικόν τε ἅμα καὶ πρᾶον εἶναι.

1. τὰ εἴδη παρέστησεν ἡμῖν ὡπλισμένα) Certasse tamen eas fingunt poetae. Non modo cum Pieri filiabus, contra quas iam victas, *maledictaque culpae addentes, iuere in poenas, et, qua vocat ira, secutae*, mutaverunt eas in picas. Vide Ouid. metam. V. extr. Sed et cum sirenibus, easque vicisse et spoliasse alis, et ex hisce alis in illarum contumeliam, suaeque victoriae ostentationem, sibi fecisse atque imposuisse coronas. Vide Eustath. ad Homer. Iliad. A. pag. m. 64. Effigies musarum varias vide in nummis gentis Pomponiae apud Fuluium Vrsinum, et in gemmis Leon. August. part. I. p. 143. 144. Ceterum totum hoc caput iisdem pene per omnia verbis, sed longe vberius et copiosius repetitum est XIV. 37. Perizon.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ Ἐπαμεινώνδου, καὶ Δαϊφάντου, καὶ Ἰολαΐδου.

Ἐπαμεινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, εἰς τὴν σκηνὴν κομισθεὶς ἔτι ἔμπνους [1] Δαΐφαντον ἐκάλει, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγόν. Οἱ δὲ ἔφασαν τεθνάναι τὸν ἄνδρα. Εἶτα [2] Ἰολαΐδαν καλεῖν διὰ τάχους ἠξίου· ἐπεὶ δὲ καὶ

1. Δαΐφαντον ἐκάλει) Alia rogasse et fecisse narrant alii. Vide Lambinum ad Corn. Nepot. Noster autem ex Plutarcho, ex quo et alia de Epaminonda habet, (vide infra XIII. 42.) videtur haec hausisse, qui in apophth. prorsus eadem, et iisdem ferme verbis, sed paucioribus, tradit. Auxit ea noster, vt facit aliquando, non rebus, sed verbis, in quibus ideo facile erroris quid irrepsisse potuit. Cuius generis esse puto, quae sequuntur, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγὸν, quae Plutarchus non habet. Nec videtur res ipsa fuisse in potestate Epaminondae, quum, vt ex eius vita patet, Thebani plures simul praetores bello et exercitui praeficerent. Vide infra d. l. Periz.

2. Ἰολαΐδαν) Plutarch. d. l. Ἰολαΐδαν. Quae diuersa est pronun-

αὐτὸς ἐλέχθη τεθνάναι, συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ φιλίαν θέσθαι, ὡς μηκέτι στρατηγοῦ [3] καταλελειμμένου ἐν Θήβαις.

ciatio vel scriptura eiusdem nominis. Nam, sicut promiscue dicitur, Ἀρκεσίλας et Ἀρκεσίλαος, Ἀναξίλας et Ἀναξίλαος, Χαρίλας et Χαρίλαος, vt iam supra docuimus, sic Ἰόλαος et Ἰόλλας. Ipse Plutarchus, Antipatri f. pincernam Alexandri, cui ille venenum dedisse creditur, appellat Ἰόλλαν in *Alexandro*, at Ἰόλαν in *Hyperide*, in vit. X. rhet. Mox Lugdun. ἐλέχθη ἂν τεθνάναι. Periz.

3. Καταλαμβανομένου) Miror, qui factum, vt Camillus ita ediderit, aut in quo codice id repererit, quum mei pariter, discrepantes ceteroquin, vbi vel minima varietas in codicibus occurrit, vt et reg. longe aliud praeferant, Sluisk. et duo reg. καταλελειμμένου, Lugd. vt et secundus ex reg. idem haud dubie volentes, sed aberrante manu, κατελελυμμένου. Auscultaui mstae lectioni, quum edita incertissimae sit auctoritatis, et haud dubie falsa, atque ideo a Vossio et Fabro reiecta, substituentibus καταλιμπανομένου, quod eiusdem est sententiae verbum, cuius id, quod msti exhibent. Ceterum addit Plutarch. καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησε, et *verba illius res ipsa comprobauit*. Nam Epaminonda mortuo, quum et Pelopidas paulo ante iam periisset, nullus exstitit inter Thebanos laude vel memoria dignus στρατηγὸς, et ipsa ciuitas, quae per Epaminondam facta erat princeps Graeciae, statim retro relapsa est, et prorsus tandem concidit. Perizon.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ Σεσώστριδος.

[1] Φασὶν Αἰγύπτιοι Σέσωστριν παρ' Ἑρμοῦ [2] τὰ νόμιμα ἐκμαθηθῆναι.

1. Φασὶν Αἰγύπτιοι) Eadem ait XIV. 34. nisi quod istic *Sesostris* nomen sit omissum, atque ideo sensus esse videatur, Aegyptios dicere, se ipsos edoctos iura a Mercurio. Ceterum quum plures fuerint Aegyptiorum Mercurii, crediderim hic intelligi secundum, nomine primi dictum propter similem sapientiam: prorsus sicuti fuisse dicuntur plures Sibyllae, varii Hercules, Saturnus Italicus ad exemplum Graeci. In secundum autem sic satis conuenit aetas Sesostris, licet vtriusque incertior sit. Hoc tamen certum, quod Sesostris non adeo *longis temporibus post regnauerit*, vt hic ait Schefferus, et vulgo censent, ad tempora Rehabeami eum reiicientes, et cum Sesaco confundentes. Sed falsissimam esse hanc sententiam alias ex professo docebimus. Perizon.

2. Τὰ νοήματα) Schefferus legendum ait τὰ νόμιμα, quia auctor XIV. 34. eadem istic repetens, ita loquatur. Kuhnius more suo, quantum potest, reluctatur, et νοήματα accipit de *inuentis* Mercurii. Sed diserte cod. Sluisk. et duo regii τὰ νόμιμα tuentur, licet Lugd. et reg. secundus vulgatum ingerant. Quapropter quum auctor etiam infra ita loquatur, idque firment optimae notae cod. quum etiam Mercurius ille, teste Cicer. lib. III. de nat. deor. Aegyptiis leges et literas tradidisse perhibeatur, non dubitaui veram esse hanc lectionem. Nimis etiam laxae est significationis τὰ νοήματα, quam vt huic loco atque ipsi *doctrinae*, quam edoctus sit Sesostris, conueniat. Per.

ΚΕΦ. ε.

Περὶ Λαΐδος.

Ὅτι Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὥς φησιν [1] Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ [2] Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. Ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο, τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα.

1. Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος) Celebris hic fuit grammaticus, qui vixit sub Ptolemaeis, praeceptor Aristarchi critici, teste Suida in Ἀρίσταρχος. Vixit ergo olymp. 145. Nam error est certissimus, quando apud Suidam in Ἀριστοφάνης dicitur, in Porti certe ed. vixisse olymp. μδ, siquidem excidit litera ρ, quae centum notat. Scripsit autem ille varia, et inter ea etiam de meretricibus, quae Athenis exstiterunt, vt liquet ex Athen. lib. XIII. Immo et quae alibi, vt ex hoc loco patet. Ratio talis scriptionis est, quia frequens illarum mentio occurrit apud comicos superioris aetatis, quos interpretabantur grammatici illius temporis. Periz.

2. Ἀξίνη) Eadem habet auctor XIV. 35. vbi Schefferus haesitat valde in ratione huius appellationis inuenienda, quae tamen non longe petita est. Etenim ἀξίνη erat, et refertur a Polyaen. l. 28. 2. inter instrumenta, idonea, ad ligna ex syluis secanda in rogum. Sic et Matthaeus euang. III. 10. pro instrumento ponit idoneo ad excidendam integram arborem. Recte igitur Eustath. ad Hom. Iliad. Ω. pag. m. 1511. deriuat ab ἄγειν, quod notet κλᾶν frangere. Recte ergo etiam Lais, quippe quae amatores suos fortunis euertebat, et subuertebat, dicebatur ἀξίνη, securis. De Laide ipsa vide supra ad X. 2. Perizon. — Conf. Reines. V. L. 3. 5. pag. 424. a Gronouio laudatum, de hoc Laidis cognomine.

ΚΕΦ. ς.

Περὶ Μαρίου καὶ Κάτωνος πατέρων.

Ὅτι γελᾶν ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς [1] μεγάλως φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας, εἴγε ἐν Ῥωμαίοις μὲν [2] Μαρίου τὸν πατέρα οὐκ ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα· Κάτωνος δὲ

1. Μεγάλως φρονοῦσι) Lugd. μεγάλα. Infra XIV. 36. vbi eadem traduntur iisdem verbis, editur μέγα φρονοῦσι. Perizon.

2. Μαρίου τὸν πατέρα) Ignobilis certe fuit Romae, humilis Arpini, vt loquitur Valer. Max. VI. 9. 14. Et ignotae originis homo, Vellei. Pat. II. 128. Plutarch. vero illius parentes ait fuisse ἀδόξους, αὐτουργοὺς καὶ πένητας, obscuros, opus per se facientes, et pauperes, immo Mareaniorum πελάτας, clientes. Cum his parum iam videtur congruere, quod Vell. II. 11. eum equestri loco natum ait, atque ideo Pighius in annal. reponi iubet sylvestri, Vossius ad Vell. agresti. Nolim tamen isthaec temere tentare. Nam in origine antiquiorum hominum auctores saepe in diuersa abeunt. Nec aduersatur sibi Velleius, quando Romae eum ignotae originis fuisse tradit, siquidem multi ex oppidis Italicis erant equites Romani, sed obscuri et ignoti Romae. Periz.

τῷ πρεσβύτῃ ³ καὶ αὐτοῦ τὸν πατέρα ἀναζητεῖν χρή.

3. Καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα) Quae, obsecro, est ratio istius emphaticae adeo locutionis, quum de Catone et *eius patre* nihil dicatur amplius aut vlterius, quam de Mario iam fuerat dictum? Nullus dubito, quin scripserit auctor, Κάτωνος δὲ τῦ πρεσβύτυ καὶ αὐτῦ τὸν πατέρα, *Catonis vero senioris etiam illius patrem.* Sic passim auctor. Vide proximum statim cap. Cato autem Vell. II. 128. *nouus* dicitur *Tusculo vrbis* (Romae) *inquilinus.* Pater vero eius ignotus erat Romae. Vide Plutarchum. Perizon. — Recepi αὐτῦ, Med. 3. et Gronpu. atque edit. Basil. auctoritatem secutus.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Ἀλεξάνδρυ, καὶ Ἡφαιστίωνος.

Ὅτι Ἀλέξανδρος τὸν Ἀχιλλέως τάφον ἐστεφάνωσε, καὶ Ἡφαιστίων τὸν τῦ Πατρόκλυ· ¹ αἰνιττόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ² ἐρώμενος τῦ Ἀλεξάνδρυ, ὥσπερ Ἀχιλλέως ὁ Πάτροκλος.

1. Αἰνιττόμενος) Voluit ita Alexander ipse, qui, vt in plerisque exprimere studuit Achillem Homericum, ita et in eo, quod, sicut ille praecipuum sibi et intimum cepit amicum Patroclum, sic ipse Hephaestionem: atque ideo etiam mortuo Hephaestione imitatus est Achillis luctum in funere Patrocli. Vide me supra ad VIII. 1. De more coronandi sepulchra eorum, quos honorare vellent, vide hic Schefferum. Perizon.

2. Ἐρώμενος τῦ Ἀλεξάνδρυ, ὥσπερ Ἀχιλλέως) Vterque cod. vt et duo ex regg. Ἀχιλλεῖ. Sluisk. etiam τῦ Ἀλεξάνδρῳ, in quo et in regg. assentientem sibi habet tertium: quare prorsus putem, vtrumque esse Aeliani. Perizon.

ΚΕΦ. η.

Περὶ Κλεομένυς ἐπιβυλῆς κατὰ τῦ Ἀρχωνίδυ.

¹Κλεομένης ὁ Λάκων, τῶν ἑταίρων τῶν αὐτῦ παραλαβὼν Ἀρχωνίδην, κοινωνὸν ἐποιεῖτο τῶν πραγμάτων. Ἐπώμνυε δὲ, εἰ κατάσχοι, πάντα ² σὺν τῇ αὐτῦ κε-

1. Κλεομένης) Intelligit vltimum istius nominis regem Spartanum, qui tyrannidem inuasit, ephoros confodit et sustulit, atque ita rerum istic potitus est. Ceterum in hisce consiliis et rebus gerendis varios habuit adiutores et socios facinorum. Vide Plutarch. in eius vita. Perizon.

2. Σὺν τῇ αὐτῦ κεφαλῇ) Ambiguitas in eo haeret, quod phrasis haec figurate notabat etiam ipsum hominem, frequentissimo linguae vsu. Sic passim Homerus. Etiam Hesiod. ἀσπ. 104. τιμᾷ σὴν κεφαλὴν, *honorat te.* Adde nostrum XIII. 2. extr. Perizon.

φαλῇ πράττειν. Κατασχὼν οὖν τὴν ἀρχὴν, ἀποκτείνας τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ, καὶ ἀποκρίνας τὴν κεφαλὴν, καὶ [3] μέλιτι ἐν σκεύει ἐμβαλὼν, ὁπότε μέλλοι τι πράττειν, τῷ ἀγγείῳ προσκύψας, ἔλεγεν ὅσα ἔπραττε· λέγων, μὴ παρασπονδεῖν, μηδὲ ἐπιορκεῖν, βουλεύεσθαι δὲ μετὰ τῆς Ἀρχωνίδου κεφαλῆς.

3. Μέλιτι ἐν σκεύει) Praemisi καὶ. Sed et nexus rerum id postulabat, quoniam ita volebant pariter msti. Perizon.

ΚΕΦ. Θ.

Πῶς ὁ Τιμησίας ἑκὼν ἀπῆλθε τῆς πατρίδος.

Τιμησίας ὁ Κλαζομένιος [1] καλῶς ἐξηγήσατο τῶν Κλαζομενίων· ἦν γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Ὅς γε μὴν εἴωθε κατισχύειν τῶν τοιούτων φθόνος, καὶ τοῦ Τιμησίου κατεκράτει. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγον ἔμελε φθονουμένῳ αὐτῷ. Τῆς δὲ πατρίδος ἐκεῖνο αὐτὸν ἐξελάσαι φασί. Παρῄει διὰ διδασκαλείου. οἱ δὲ παῖδες ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ διδασκάλου ἔπαιζον. Γίνεται δὲ δύο παίδων [2] ὑπὲρ γραμμῆς φιλοτιμία· καὶ ὁ εἷς ἐπώμοσεν· οὕτως ἐγὼ Τιμησίου τὸν ἐγκέφαλον ἐξαράξαιμι. Τοῦτο ἐκεῖνος ἀκούσας, καὶ ὑπολαβὼν ἀκρατῶς ἔχειν φθόνου, καὶ δεινῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν μεμισῆσθαι, ἔγνω καὶ οἱ παῖδες

1. Καλῶς ἐξηγήσατο) Bene enim istic administrabat et gerebat, sed omnia ipse, inde haec inuidia. Plutarch. in polit. praecept. τὰ δὲ πάντα πράσσειν δι' ἑαυτοῦ φθονούμενος, inuisus, quod omnia ibic vnus ageret, nihil aliis relinqueret. Videtur autem coloniam duxisse Clazomenas. Certe idem Plut. de Polyphilia Timesiam tradit consuluisse oraculum de colonia, et illud respondisse, apes tibi forsan euadent vespae. In hac autem historia praedictionem illam oraculi euentu confirmatam habemus. Perizon.

2. Ὑπὲρ γραμμῆς) De linea, quam ducebant in ludicris certaminibus, maxime cursus, vide Suidam et Hesych. Plutarchus d. l. aliter, et verosimilius, historiam refert, pueros scil. occupatos fuisse in excutiendo ex fouea talo, atque ita istam imprecationis formulam rei gerendae conuenientem addidisse, quum apud nostrum simplex sit formula asseuerandi cum declaratione sui voti in Timesiam. Mox οὕτω ἐγὼ, quod omnes habent editi, et ipse Sluisk. cod. ionicum est, atque ideo in hoc Clazomenii pueri dicto retinuit auctor, dicturus ceteroquin ipse cum reliquis Graecis, sequente vocali, οὕτως. Periz.

αὐτὸν μισθοῖ, μήτι γοῦν οἱ ἄνδρες, ἀπῆλθεν ἑκὼν τῆς πατρίδος.

ΚΕΦ. ι.

Ὅτι πρῶτοι ἔκοψαν Αἰγινῆται νόμισμα.

[1] Αἰγινῆταί ποτε ἐδυνήθησαν τὰ μέγιστα ἐν τοῖς Ἕλλησιν, [2] εὐφορίαν τινὰ χρόνων καὶ εὐκαιρίαν λαχόντες. Δύναμιν

1. Αἰγινῆταί ποτε ἐδυνήθησαν) Accidit hoc tempore Darii Hystaspis. Tunc enim floruerunt Aeginenses potentia nauali, adeo vt fuerint θαλασσοκράτορες, vt de iis loquitur Herodot. V, 83. Vnde non Euseb. modo, sed et Strabo lib. VIII. pag. 375. de hac insula ait, αὕτη δ' ἐστιν ἡ καὶ θαλαττοκρατήσασά ποτε, *haec uero est, quae quondam mare tenuit*. Addit Pausan. in Corinth. cap. 29. eo potentiae progressos Aeginenses, vt nauibus potentiores essent ipsis Atheniensibus et dein in bello contra Xerxem plurimas naues, post Athenienses tamen, communi Graecorum classi exhibuerint. Sed non tanta tamen fuit haec potentia, vt *valuerint plurimum inter omnes Graecos*. Nam paulo ante subiecti fuerant Epidauriis, a quibus tunc desciuerunt. Sed et illo ipso tempore Cleomenes Spartanus, quia credebantur Dario Hystaspis terram et aquam postulanti concessisse, accusantibus eos Atheniensibus apud Spartanos, transiit Aeginam, vt auctores praecipuos culpae comprehenderet, et puniret, eaque in re non est inhibitus potentia Aeginensium, sed dolis Demarati, collegae sui. Vide Herod. VI. 49. 50. Neque etiam diu durauit haec eorum potentia; nam ab Atheniensibus victi sunt, et sedibus suis eiecti, tempore Periclis. Pausan. d. l. et Thucyd. I. 108. et II. 27. Vide et supra II. 9. Perizon.

2. Εὐφορίαν τινὰ χρόνων) Acceperunt omnes haec de *fertilitate* terrae. Verum quia satis notum erat, nullam eam fuisse, fuisse immo insulam sterilem, atque ideo primam mercaturae se dedisse, idcirco Faber legi voluit εὐανδρίαν. Sed reluctantur Schefferus et Kuhnius. Et ille quidem in indice de copia potius rerum terra nascentium, vel, si hoc minus placeat, de virorum fortium prouentu accipit hanc phrasin. Kuhnius vero in notis excipit contra Fabrum, dici hic, *non semper fertilem fuisse hanc insulam, sed certo tempore largo frugum prouentu locupletasse incolas*. Addit ex Strabone locum, vbi dicatur, *terram insulae esse in summa saxosam, in profundo glebosam*; quasi ergo aliquando, saltem in campis aut vallibus, potuerit fertilis fuisse. At eius loci sensus est, superficiem totius insulae esse saxeam, sed infra saxa demum reperiri glebam. Vide Strabon. lib. VIII. pag. 375. Addit enim in planitie ipsa ita vel maxime se rem habere, et ideo totam insulam esse ψιλὴν, *nudam, sterilem*. Quin immo pag. seq. ex ephoro docet, *propter steri itatem terrae* homines fuisse θαλαττουργοῦντας ἐμπορικῶς, *mare colentes mercaturae causa*, sed et eadem ex causa, nummos primum istic signatos. Nequaquam ergo Strabo commendat fertilitatem istius insulae. Aelianum vero interpretor de *facilitate temporum*, et oportunitate, quae facile tunc tulerit, vt Aeginenses supra allos ad illam escenderent potentiam. Nam *fertilitatem* quandam terrae fuisse caussam istius potentiae, imperitum et ineptum est cogitatu. Perizon.

γὰρ ναυτικὴν ἔσχον, καὶ ἦσαν μέγιστοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Περσικοῖς ἀγαθοὶ ἐγένοντο, καὶ διὰ ταῦτα καὶ [3] τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν. Καὶ [4] πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον.

3. Τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν) Herodot. VIII. 93. de pugna ad Salaminem, ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται, ἐπὶ δὲ Ἀθηναῖοι, ἀνδρῶν δὲ Πολύκριτος ὁ Αἰγινήτης, *in illa pugna optime omnium Graecorum audiuerunt Aeginenses, post hos vero Athenienses, virorum autem Polycritus Aeginensis*. Testatur idem Plutarch. in Themist. pag. 120. nisi quod huic τὸ πρωτεῖον ab omnibus Graecis fit datum. *Inter ciuitates* vero *illam Aeginensium* ait ἀριστεῦσαι *teste Herodoto*, hoc est, *optime rem gessisse*, et eius rei honores tulisse. Periz.

4. Πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο) Nempe quia sterilis erat eorum insula, et ideo mercaturae se dedebant ac nauigationi, vt diserte ait Strabo lib. VIII. pag. 376. Mercaturam hanc exercuere iam ante Lycurgi tempora, vt liquet ex Pausan. Arcad. cap. 5. Hac itaque de causa dicuntur istic primum cusi esse nummi, idque ex auctoritate vel consilio Phidonis Argiui, potentis tunc regis in Peloponneso, qui etiam pondera ac mensuras inuenisse primus dicitur. Testantur id non Strabo modo, et alii iam a Schoffero et Kuhnio laudati, sed et marmor epochae atticae, ἀφ' ὃ Φείδων ὁ Ἀργεῖος, καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, *ex quo Phidon Argiuus, et numisma argenteum in Aegina fecit*. Sed et hinc reor factum, vt, sicut pene vbique antiquissimi nummi fuerunt grauiores posterioribus eiusdem generis, ita et Aeginenses in Graecia nummi, vtpote antiquissimi, praesertim oboli, et consequenter drachmae, minae, etc. longe grauiores fuerint atticis, idque ita, vt drachma Aeginensis sex Aeginenses obolos habens, valeret X. obolos Atticos, et ideo appellaretur ab atticis παχεῖα δραχμή, *pinguis, crassa drachma*, teste Polluce lib. IX. cap. 6. Hinc Plutarch. in apophth. lacon. de Lycurgo ait: *non concessisse eum Spartanis* νόμισμα, *praeterquam ferreum*, ὃ ἐστι μνᾶ ὁλκῇ Αἰγιναία, δυνάμει δὲ χαλκοῖ τέσσαρες, *quod erat mina pondere Aeginensi, sed valeret quatuor chalcos*. Sed et mensuras habebant illi proprias. Vnde Lucian. in Timone pag. 96. πήραν οὐδὲ ὅλας δύο μεδίμνους χωροῦσαν Αἰγινητικούς, *peram ne duos quidem capientem medimnos Aeginenses*. Perizon.

ΚΕΦ. ιϐ.

Περὶ Παλλαντίου λόφου, καὶ Πυρετοῦ ναοῦ καὶ βωμοῦ.

Ὅτι Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ [1] Παλλαντίῳ, [2] Πυρετοῦ

1. Παλλαντίῳ) Sic semper Graeci hoc nomen efferunt haud dubie, vt liquet ex Dionys. Halic. lib. I. quia eius nominis vrbs erat Arcadica, ipsis notissima, de qua vide Pausan. in Arcad. Nec ignotum est, solitos Graecos aliarum gentium nomina in suae linguae speciem et analogiam flectere, etiam Romana. Sic supra VII. 16. habuimus Remi nomen, quod Graeci dicunt Ῥῶμος. Sed et vsitatum est, literam N ante S vel T extra analogiam promiscue interponi vel omitti. Sic *Lucetius Iupiter* apud Festum, et Gell. V. 12. pro *Lu-*

καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο.

centius. Sic *praegnans* pro *praegnas*. Vide Faernum, Fabricium, et Rivium ad Terent. hecyram IV. 4. Nihil ergo hic mutandum. Vide et Kuhnium h. l. Perizon.

2. Πυρετῷ) Nihil mirum. *Nam Deos quosdam vt prodessent, celebrabant. quosdam, ne obessent, placabant*, vt ait Gell. V. 12. Et ita *pauori et pallori* quoque Salios et templum vouit Tullus Hostilius apud Liu. L. 27. Immo *cupidinis et voluptatis et lubentinae veneris vocabula consecrata sunt, rerum vitiosarum*, vt ait Cicer. de nat. deor. cap. 23. Ad hanc autem *lubentinam venerem* refero deam *lubentiam* apud Plaut. asin. II. 2. 2. Prudentius *hamartigenia*, etiam *scabiem* consecratam ait: *par furor illorum, quos tradit fama, dicatis consecrasse deas, febrem scabiemque, sacellis*. Vide et Lactant. I. 20. et Minuc. Fel. cap. 25. Neque vero Romani tantum ita fecerunt, sed et Graeci. Supra I. 27. ἀδηφαγίας ἱερὸν, *templum voracitatis*, in Sicilia habuimus. De Lacedaemoniis audi Plutarch. in Agide et Cleom. pag. 808. Ἔτι δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις, ὁ φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ θανάτου, καὶ γέλωτος, καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερά; *sunt autem et Lacedaemoniis, non timoris modo, sed et mortis, et risus, et aliorum similium affectuum sacella*. De Atheniensibus, adde, quae notauit hic Kuhnius. Perizon.

ΚΕΦ. ιβ.

Περὶ τοῦ ἐν Κρήτῃ συλληφθέντος μοιχοῦ.

Ὅτι ἐν Κρήτῃ ἐν Γορτύνῃ μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ [1] ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ ἐλεγχθείς. Τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἄνανδρός ἐστι, καὶ [2] γύννις, καὶ εἰς γυναῖκας καλός. Καὶ [3] ἐπιπράσκετο δημοσίᾳ

1. Ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ) Lana coronabatur, quia haec erat feminis propria, et ab iis vnice tractabatur, atque ita significabatur, eum deditum feminis, inter feminas habendum. Ceteroqui lana coronabantur etiam dii, res sacrae, et ipsi sacerdotes. Atque ita Homerum Plato honorifice ex sua rep. dimitti voluit vnctum et coronatum lana. Vide illustr. Graeuium ad Hesiod. Theog. v. 499. Minuc. Fel. c. 22. simpliciter de Platone et Homero, *laudatum et coronatum de ciuitate, quam in sermone instituebat, eiecit*. Periz.

2. Γύννις) Msti γύνις. Significat autem hominem effeminatum. Vide Suidam, et quem ille allegat Aristophanem. Philostratus in vitis sophistarum, et ipsius Aeliani, ἐμπεπλῆσθαί μοι κατηγορία τοῦ γύννιδος, καλῶ γὰρ οὕτω τὸν ἄρτι καθήμενον τύραννον, ἐπειδὴ ἀσελγείᾳ πάσῃ τὰ Ῥωμαίων ᾔσχυνε, *composita est a me accusatio effeminati, nam ita voco tyrannum, qui nouissime fuit, quoniam omni intemperantia dehonestauit res Romanas*. Perizon.

3. Ἐπιπράσκετο) *Vendebatur*. Sed dubitem de integritate huius loci. Nam si vendebatur, tum sane inane est et superfluum, ac frigidum vel languidum plane, addere eum fuisse infamem et expertem reipubl. vel communium rerum, vt sunt sacra, forum, συσσίτια. Qui enim venditus, et ideo seruus, poterat esse particeps reip. et societatis vel communionis ciuilis? Forte legendum

εἰς στατῆρας πεντήκοντα, καὶ ἀτιμότατος ἦν, καὶ οὐδενὸς οἱ μετῆν τῶν κοινῶν.

καὶ ἐπεπράττετο, *et publice exigebantur ab eo vsque ad L. stateres.* Sic cap. 53. εἴσπραξις τῶν δικῶν. Certe est Vulteius eo sensu videtur haec accepisse dum vertit, quasi non ipse, sed pars bonorum eius in mulctam venderetur, *et aestimata est ei publice L. staterum summa,* quae scil. ex eius bonis vendendo redigeretur. Perizon. — I. F. Gronou. ἐπεπράττετο cum Perizonio coniiciebat; melius, vt videtur, Iac. Gronou. cui et adsentitur Clar. Meinecke, ἔτι ἐπράττετο. Frequens enim in scriptt. Graec. permutatio τοῦ ἐπὶ et ἔτι. Xenoph. Oecon. 5. 3. pro προσέτι φέρει in Stobaeo conspicitur προσεπιφέρει, quam variationem miror a Bachio non esse animaduersam, cum sit, iudice D'Orvillio ad Char. pag. 702. longe elegantior. In *Agesilao,* quem vere Xenophonteum esse librum, argumenta, alio loco exposita, certissime mihi persuadent, cap. 2. 26. ὡς ἔτι δείσας, ἀλλὰ πεισθεὶς ἀπηλλάγη, haud scio an sit emendandum ὡς μή τι δείσας. In Dion. Nicae. Pompeio p. m. 6. ὅτι ἀμοτέροις ἂν σφῶϊ προσθῆται, πάντως αὐτὰς ἐπαυξήσει, pro quo in MS. Franc. Mendozae Cardin. cuius varias lectiones meae editioni adscripsit Mich. Lega, legitur ἔτι αὐξήσει. Vide D'Orvill. ad Charit. 3. 5. 51. 4. 7. 75. et Fischer. in Animadu. ad Weller. pag. 390. Neque vero insolentem esse apud optimos scriptores vsum hunc verbi πράττεσθαι, probat Strabo IV. p. 183. Gronouio laudatus, ἐξ ὧν πλοῦτον ἠνέγκαντο πολυτελῆ, πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας. Ita et Xenoph. Hieron. 8. p. 201. πραττόμενοι μέγα χρήματα. Mem. Socr. I. 2. pag. 10. ὧν ἐπράττετο χρήματα, et pag. 25. μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο. Plura exempla collegit Fischer. in ind. Theophrast. s. v. πράττεσθαι, post ea, quae congesserunt Casaubon. et Duport. ad Theoph. charact. 6.

ΚΕΦ. ιγ.

Πῶς ἡ Γνάθαινα ἑταίρα κατεσίγασε λάλον.

Ἀφίκετο [1] ἐξ Ἑλλησπόντου παρὰ [2] τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν, Γνάθαιναν, ἐραστὴς, κατὰ κλέος αὐτῆς. Παρὰ πότον οὖν πολὺς ἦν λαλῶν, καὶ ἐδόκει φορτικός· ὑπολαβοῦσα οὖν ἡ Γνάθαινα, εἶτα οὐ σὺ μέν τοι λέγεις [3] (εἶπεν)

1. Ἐξ Ἑλλησπόντου) Hoc est, ex regione Asiae ad Hellespontum. Etenim etiam a mari vicino regiones appellantur aliquando, vnde et regnum *Ponti,* prorsus vti et vicinarum vrbium aut regionum nomine tum suburbanus ager, tum etiam mare, denotatur. Vide quae notaui ad II. 25. Perizon.

2. Τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν Γνάθαιναν) Sluisk. τὴν ἑταίραν Ἀττικὴν τὴν Γνάθαιναν, quod concinnius, et genuino propius. Lugd. τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν τὴν Γνάθαιναν. Sed Sluisk. lectio mihi magis probatur. Fuit autem Gnathaena dicacissima et facetissima meretrix, cuius varia dicta, acuta sane et lepida, etiam hoc ipsum refert Athen. XIII. 5. et 6. Vixit tempore Stilponis philosophi, ac Diphili poetae, qui eam amarunt, atque adeo post Alexandrum. Perizon.

3. Εἶπεν ἔχειν) Abest εἶπεν a Med. 3. Forte molestum erat librario repetitum verbum λέγειν.

ἥκειν ἐξ Ἑλλησπόντε; τε̃ δὲ ὁμολογήσαντος, καὶ πῶς, εἶπεν, ἐκ ἔγνως τῶν ἐκεῖ πόλεων τὴν πρώτην; τε̃ δὲ εἰπόντος, καὶ τίς ἐςιν; ἥδε ἀπεκρίνατο, Σίγειον. Καὶ ἐμμελῶς διὰ τε̃ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτόν.

ΚΕΦ. ιδ.

Περί τινων τὸ σῶμα ὡραίων.

Ἐρασμιώτατον καὶ ὡραιότατόν φασιν, Ἑλλήνων μὲν γενέσθαι Ἀλκιβιάδην, Ῥωμαίων δὲ Σκιπίωνα. Καὶ Δημήτριον τὸν Πολιορκητὴν λέγεσιν ὥρας ἀμφισβητῆσαι. Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππε ἀπραγμόνως ὡραῖον λέγεσι γενέσθαι· τὴν μὲν γὰρ κόμην [1] ἀνασεσύρθαι αὐτῷ, ξανθὴν δὲ εἶναι. Ὑπαναφύεσθαι δέ τι ἐκ τε̃ εἴδες φοβερὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγεσιν. Ὁ δὲ Ὅμηρος ὅταν τὲς καλὲς θέλῃ ἐλέγξαι, δένδροις αὐτὲς παραβάλλει· [2] ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.

1. Ἀνασεσύρθαι) In cod. Sluisk. omissum hoc verbum, ita tamen, vt, vocem deficere, spatium ostenderet vacuum; quod Med. 3. ita explet, κόμην ἐκ ἐυθέσθαι αὐτῷ, e qua lectione Abr. Gronou. legendum esse coniecit, κ. ἐυθετίζεσθαι α. Verbum ἐυθετίζειν de capillitio adhibuit noster supra 9. 9. Lucian. in rhetor. praecept. tom. III. p. 13. ὀλίγας μὲν ἔτι, ἔυλας δὲ — τὰς τρίχας ἐυθετίζων, in bis accus. tom. II. pag. 380. κεκοσμημένη καὶ τὰς τρίχας ἐυθετίζεσα ἐις τὸ ἑταιρικόν. Abrah. Gronou.

2. Ὁ δ' ἀνέδραμεν) Verba sunt Homeri, seu Thetidis de filio suo Achille apud Homerum, Iliad. Σ. 56. et 437. Verum nihil ea pertinent ad formam et pulchritudinem herois commendandam, sed tantum declarant, breui eum et facile adolevisse in egregiam staturam. Quia tamen et in statura quidam inest formae decor, magis forsan ad praesentem rem facit, quod dicitur Odyss. Ξ. 175. de Telemacho Vlyssis f. τὸν ἐπεὶ θρέψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον, hunc postquam eduxerunt dii plantae, vel arbori, vt interpretatur Aelianus, similem. De forma illustrium hominum, qui hic memorantur, satis dixerunt in notis Schefferus et Kuhnius: de Demetrio etiam nos supra ad IX. 9. Periz.

ΚΕΦ. ιε.

Περὶ ἀρίςων τινῶν τοῖς παιδίοις τερπομένων.

Τὸν Ἡρακλῆ λέγεσι τὰς ἐν τοῖς ἄθλοις σπεδὰς διαναπαύειν ταῖς παιδιαῖς. Ἔπαιζε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκ-

μήνης [1] μετὰ παιδίων πάνυ σφόδρα. Τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν λέγοντα· παίζω, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ. Λέγει δὲ τοῦτο παιδίον κατέχων. Καὶ Σωκράτης δὲ κατελήφθη ποτὲ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου παίζων μετὰ [2] Λαμπροκλέους ἔτι νηπίου.

Ἀγησίλαος δὲ, κάλαμον περιβὰς, ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ παιδὸς ὄντος, καὶ πρὸς τὸν γελάσαντα εἶπε· νῦν μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένῃ πατὴρ αὐτὸς, τότε [3] ἐξαγορεύσεις πρὸς τοὺς πατέρας. Ἀλλὰ καὶ [4] Ἀρχύτας ὁ

1. Μετὰ παίδων) Similia de Augusto refert Sueton. cap. 83. *animi laxandi caussa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat.* Sic et alios legimus imperatores pueros eiusmodi habuisse, quibus se per otium oblectarent. De Aesopo quoque narrat Phaedr. fab. 53. *in puerorum turba lusisse cum nucibus.* Perizon.

2. Λαμπροκλέους) Filius fuit Socratis natu maximus, et Xanthippae. Vide Laertium. Sed infelix erat vir optimus etiam in liberis suis, qui *indociles* fuere, *et matri quam patri similiores*, vt ait Seneca epist. 104. Illud ipsum vero Socratis memorat etiam idem Seneca, in lib. de tranquillitate animi, cap. vlt. *Nec in eadem intentione aequaliter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat.* Vide et Valer. Max. VIII. 8. Periz.

3. Ἐξαγορεύσεις) Vertebatur, *tunc patribus consilium dabis.* Id vero arguitur ineptiae in indice, in quo malunt verti *enunciabis*, addito glossas exponere ἐξαγορεύω, *enuncio.* Et sic sane passim. Veluti, Polyaen. I. 37. ὁ δὲ τοῖς Ἀβυδηνοῖς τὸ ἀπόῤῥητον ἐξαγορεύσας, *ille vero cum Abydenis secretum hoc enunciasset.* Sed et Plutarch. in Agesilao pag. 610. vt et in apophth. simpliciter, παρεκάλει μηδενὶ φράσαι, πρὶν ἂν καὶ αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται, *rogavit eum, nemini vt hoc diceret, priusquam et ipse pater filiorum esset.* Sed tamen eo si sensu hic quoque exponatur locus, tum forsan frigere alicui videbitur, quod sequitur, πρὸς τοὺς πατέρας, quasi etiam tunc solis tantum *patribus* rem enarrari vellet. Aliud quid magis emphaticum designari ea locutione censuit certe Vulteius. Noluissem tamen vertere simpliciter *consilium dabis*: sed *oratione quadam declarabis*, vel *edices*, *patribus*, quid facere debeant. Ἀγορεύειν proprie dicuntur magistratus et alii, qui pro concione loquuntur, orationem habent publicam; publice quid edicunt. Quod si quis tamen praetulerit sensum *enarrandi rem, et patribus* tantum, vt qui facilius talia acciperent et excusarent, nihil ego refragabor. Perizon.

4. Ἀρχύτας) De hoc viro vide supra ad III. 17. Quod cum seruulis suis luserit, et se oblectauerit maxime in conuiuiis, testatur etiam Athen. XII. 3. ex Athenodori libro de studio et ludo. Nec dubito, quin ista occasione excogitauerit πλαταγὴν, *crepitaculum*, ab ipso cognominari solitum, quod puerulis dabatur, ne aliud quid desiderarent, aut arriperent, et frangerent. Vide Aristot. in polit. VIII. 6. et Suidam. Periz.

Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων· μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

Τίσι δι' ἀρετὴν ἀπήχθετο ὁ Ἀλέξανδρος.

Ὅτι ἀπήχθετο Περδίκκᾳ Ἀλέξανδρος, ὅτι ἦν πολεμικός· Λυσιμάχῳ δὲ, ἐπεὶ στρατηγεῖν ἀγαθός· Σελεύκῳ δὲ, ὅτι ἀνδρεῖος ἦν. Ἀντιγόνου δὲ αὐτὸν ἐλύπει [1] τὸ φιλότιμον. [2] Ἀττάλου δὲ τῷ ἡγεμονικῷ ἤχθετο, Πτο-

1. Τὸ φιλότιμον) *Ambitio, studium gloriae, honoris, et potentiae*, quod liberalitatem quoque complectitur, vt quae homines breuissima ducit via ad gloriam et gratiam popularem. Certe ambitiosum quam maxime fuisse hunc Antigonum ex omni historia constat. Etenim post mortem Alexandri et Perdiccae omnium pene praefecturas inuasit, atque ita supra omnes Alexandri comites inualuit, vt omnes ideo contra vnum tanquam ambitiosissimum et iam potentissimum pariter consurrexerint, et bellum gesserint. Primus etiam fuit inter illos Alexandri duces, qui diadema sumsit et regni titulum. Periz.

2. Ἀττάλου) Sluiskian. Ἀττάλου. Omnes autem, qui hoc capite memorantur, praecipui fuere sub Alexandro duces, et post eius mortem maximis regionibus praefecti, immo omnes, si ab vno discesseris Perdicca; qui toti monarchiae inhiabat, et summam supra omnes alios obtinebat auctoritatem; atque ideo reliquis contra eum conspirantibus primus omnium oppressus, et a suis militibus occisus est, reliqui ergo omnes integrarum gentium euasere reges, *Lysimachus* Thraciae, *Seleucus* Syriae et Babyloniae, *Antigonus* Asiae, *Ptolemaeus* Aegypti. Nullus fuit *Attalus*, cum illis vlla ex parte comparandus. Fuerat sane inter Philippi duces *Attalus*, nouercae Alexandri frater, et ideo ab initio Alexandri inimicus, sed quem idcirco statim post mortem Philippi interimi curauit bellum contra se parantem. Fuit tamen et inter duces ipsius Alexandri, sed minorum gentium, *Attalus* quispiam, obscurus plane et ignobilis, et qui in expeditionibus ab Alexandro aliis subiiciebatur ducibus. Vide Arrian. lib. IV. pag. m. 297. Sed et post mortem Alexandri aliorum ille sequebatur signa et ductum, captus tandem ab Antigono. Vide Diodor. Sic. lib. XVIII. pag. 651. et lib. XIX. pag. 679. Tantum abest, vt illi praecipue tribui debuerit τὸ ἡγεμονικόν. Adde superfuisse inter Alexandri duces praecipuos, praeter eos, qui hic memorati sunt, et praeter Hephaestionem, quem silens praetermitto, etiam alios longe illustriores, Parmenionem, Craterum, Leonnatum, Polyspetchontem, Eumenem, denique Antipatrum, qui vnus ex omnibus reliquis maxime hic memorari debuisset; quia aeque ad reliqui duces huius capitis, et solus ac vnus praeter illos, post mortem Alexandri regnum quoque, et Macedoniae quidem, obtinuit, et

λεμμάτων δὲ [3] τῷ δεξιῷ.

reliquit filio: quem porro Alexander ipse, Macedoniae et Graeciae, immo omnibus, quae tenebat in Europa, praefecerat. Ἀπολελειμμένος ὑπ' Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης, *relictus ab Alexandro dux et praeses Europae*, vt ait Diod. Sic. lib. XVIII. pag. 633. Denique ille fuit omnium potissimus, quem Alexander maxime timuit et odio habuit. Plutarch. in Alexandro pag. 705. μάλιστα δὲ Ἀντίπατρον ἐφοβεῖτο, *maxime autem Antipatrum timebat*. Et accusauerat eum atrociter mater Alexandri, Olympias, tanquam regnum Macedoniae iam tunc affectantem. Vide Arrian. de exp. Alex. lib. VII. pag. 467. Addamus his Curt. VI. 1. de Antipatro, postquam vicerat Spartanos: *et quanquam fortuna rerum placebat, inuidiam tamen, quia maiores res erant, quam quas PRAEFECTI modus caperet, metuebat. Quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suae demtum gloriae existimans, quidquid cessisset alienae. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritum eius, non est ausus ipse agere arbitria victoriae.* Fuit ergo ille egregius ἡγεμὼν, et metuebat Alexander illius τὸ ἡγεμονικὸν, quod proprie notat *artem et facultatem regendi* et populum et exercitum. Sic seq. cap. de Demetrio, τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων, *qui tot tantasque gentes imperio suo regebat*. Sed et hinc in homine pars eius melior, quae ipsum regit, *animus*, dicitur τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ, quod vt potissimum *excolamus*, praecipit Epictet. cap. 36. Quare non dubito, quin auctor scripserit, non Ἀττάλου, sed Ἀντιπάτρου, quod per compendia primo scriptum Ἀντιπα vel Ἀντιπρου, facile dein a posterioribus librariis mutari potuit in Ἀττάλου. Perizon.

3. Τῷ δεξιῷ) Vertitur *prosperitate*, at infra XIV. 8. *dexteritate*. Nec dubium est, quin τὸ δεξιὸν etiam *felicitatem* notet; sed tamen quum *solertiam* quoque significet, multo malim ita vertere cum Freinshemio ad Curt. IX. 8. 23. vbi et auctor ille solertiam Ptolemaei laudat, eumque *promtissimum bellatorem, sed pacis artibus, quam militiae, maiorem clarioremque* ait. Perizon.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Δημητρίου εἰς ἑταίρας οἰκίαν φοιτῶντος.

Ὅτι Δημήτριος, τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων, ἐφοίτα [1] εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ φορῶν τὸ διάδημα. Αἴσχιστον μὲν οὖν ἦν αὐτῷ, καὶ οἴκαδε μεταπέμψασθαι

1. Εἰς Λαμίας) Celeberrima haec fuit meretrix et tibicina Athen's, quam perdite amauit Demetrius, licet iam vetulam, Plut. in Demetrio pag. 901. Et ex ea filiam genuit, *Philam* nomine, Athen. XIII. 5. Coena sumtuosissima, qua excepit Demetrium, praedicatur a Plutarcho d. l. eamque Lynceus libro publice scripto exposuit, vt refert Athen. IV. 1. Eadem meretrix Sicyoniis porticum publicam, ποικίλην dictam, suo sumtu exstruxit, nominis sui monumentum, teste Polemone apud Athen. lib. XIII. Ceterum caput hoc integrum sine vlla specie lacunae abest a Lugd. codice, at non a Sluisk. Perizon.

πέμψασθαι τὴν ἄνθρωπον· ὁ δὲ παρ' ἐκείνην ἐφοίτα φιλοφρόνως. Ἀλλ' ἔγωγε Θεόδωρον τὸν αὐλητὴν προτιμήσαιμι τῦ Δημητρίε· ἐπεὶ τὸν Θεόδωρον μετεπέμπετο ἡ Λαμία, ὁ δὲ ὑπερεῖδε τὴν κλῆσιν.

ΚΕΦ. ιη.

Ὅτι Φάων ὡραῖος ἦν.

[1] Τὸν Φάωνα, κάλλιςον ἀνθρώπων ὄντα, ἡ Ἀφροδίτη ἐν θριδακίναις ἔκρυψε. Λόγος δὲ ἕτερος, ὅτι ἦν πορθμεὺς, καὶ εἶχε τῦτο τὸ ἐπιτήδευμα. Ἀφικνεῖτο δέ ποτε ἡ Ἀφροδίτη, διαπλεῦσαι βυλομένη· ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο, ἐκ εἰδὼς, ὅς τις ἦν, καὶ σὺν πολλῇ φροντίδι ἤγαγεν, ὅποι ποτὲ ἐβύλετο. Ἀνθ' ὧν ἡ θεὸς ἔδωκεν [2] ἀλάβαςρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτὴ μύρον, ᾧ χριόμενος ὁ Φάων ἐγένετο ἀνθρώπων κάλλιςος, καὶ ἤρων γε αἱ γυναῖκες αὐτῦ αἱ Μιτυληναίων. Τά γε μὴν τελευταῖα ἀπεσφάγη, μοιχεύων ἁλύς.

1. τὸν Φάωνα) Celeberrima fuit Phaonis forma, quem ideo Lucian. imagin. pag. 24. iungit *Nireo*, itidem formosissimo. Hac de caussa amauit eum Sappho illa antiqua meretrix, quam confundunt plerique cum poetria, vt videre est in Ouidii epistolis heroidum. Sed de eo agendum etiam cap. seq. Fabulam traiectae Veneris, et formam illi conciliantis, habes quoque apud Palaephatum, et Lucian. in dial. Simyli et Polystrati; ac Seruium ad Virg. Aen. III. 279. Traiiciebat autem homines et Lesbo in continentem Asiae. Quod Venus eum occultauerit in lactucis, tradit ex Cratino Athen. II. 27. sicut et Adonin in iis occultasse dicitur; sed mortuum, quo significatur lactucas esse Veneri inutiles. Vide Athen. ibid. Periz.

2. Ἀλάβαςρον) Sic appellabatur *vas lapideum sine ansis*, quo seruabatur maxime *vnguentum*. Audi Suidam in ἀλαβαςοθήκας· ἀλάβαςοι εἰσι λήκυθοι, ὧν ὐκ ἔςι λαβέσθαι διὰ λειότητα. Et mox; ἀλάβαςρον, ἄγγος μύρυ, μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον, ἢ λίθινος μυροθήκη. Immo in v. λήκυθον ait, λήκυθον τὴν τῦ μύρυ οἱ Ἀττικοὶ καλῦσιν ἀλάβαςρον, ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαςρον εἶπεν Ἡρόδοτος. Ergo Attici vas olei quidem dicebant λήκυθον, at vasculum vnguenti ἀλάβαςρον. Hinc igitur et Lucian. in dialog. meretr. pag. 751. ἀλάβαςρον μύρυ ἐκ Φοινίκης. Seruius ad Virgil. d. l. *ab ea donatus vnguenti alabastro*. Perizon.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ Σαπφῦς.

[1] Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ, τὴν Σκαμανδρωνύμυ θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος [2] σοφὴν ἀναγράφει. Πυνθάνομαι δὲ, ὅτι [3] καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ ἐγένετο Σαπφὼ, ἑταῖρα, ὐ ποιήτρια.

1. Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ) Vixit haec tempore Alyattis, qui Croesi fuit pater, vt diserte ait Athen. lib. XIII. p. 599. vel, quod idem est, tempore Amasidis, et Aesopi, siquidem Rhodopen Aesopi conseruam (de qua vide infra XIII. 33.) in Aegypto redemit frater Sapphus, teste Herodoto II. 135. qui et *filiam Scamandronymi* fuisse scribit, licet alii alios patres ei assignent, vt ex Suida liquet. Carmina eius saepe citantur a scholiastis, et aliis. Per.

2. Σοφὴν ἀναγράφει) Videtur respexisse noster locum Platonis in Phaedro, pag. 235. Nam licet istic Sappho proprie καλὴν dicat, et Anacreontem σοφὸν, id ipsum tamen voluit, et per καλὴν intellexit, non *formosam*, quod non fuit, sed *ingenio et sapientia praestantem*. Certe eam vnam exempli gratia profert, quum praemisisset, παλαιοὶ καὶ σοφοὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, *antiqui et sapientes viri ac feminae*. Ex quo liquet, reuera eam a Platone istic σοφοῖς, siue *sapientibus*, siue *eruditis*, *adscribi*, ἀναγράφεσθαι. Encomium Sapphus illustre habemus etiam apud Strabon. lib. XIII. pag. 617. *Floruit eodem tempore*, Pittaci scil. et Alcaei, *Sappho*, θαυμαστόν τι χρῆμα, *admirabilis prorsus; nec enim scimus memorato tempore tam antiquo exstitisse feminam illi parem, ne exigua quidem parte, propter poesin.* Virtutem quoque commendauit, vt liquet ex his versibus eius: ὁ πλῦτος ἄνευ ἀρετῆς ὐκ ἀγαθὸς σύνοικος, vel ὐκ ἀσινὴς πάροικος, ἡ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον, *opulentia sine virtute non est bona contubernalis, sed permixtio vtriusque continet summum felicitatis gradum.* Vide vtraque scholia Pindari ad olymp. B. v. 93. vbi ille id imitatus est, sed maxime in pyth. od. E. init. Perizon.

3. Καὶ ἑτέρα ἐν Λέσβῳ) Plures fuisse eius nominis feminas, postquam vna exstiterat ingenio et amoribus celebris, nihil mirum est, quum eodem modo et plures exstiterint *Sibyllae*. Vide cap. 35. Solebat enim celeberrimi hominis nomen repeti saepius, et alteri, similis indolis aut dotis, denuo imponi. Sic cap. I. habuimus *Aspasiam*, sic appellatam nomine istius, quae Periclis fuerat amica. Fuit autem Sappho, quae Phaonem amauit, *Eressia ex Lesbo*, si fides Athen. XIII. 7. altera poetria, itidem ex Lesbo, sed *Mitylenaea*, quae patrem habuit Scamandronymum, fratrem Charaxum, cuius amicam, in quam ille bona sua effuderat et perdiderat, carminibus exagitauit. Vide Herodot. II. 135. Sed confuderunt eas dein scriptores, et inde ortum crediderim, quod tam multi et varii apud Suidam nominantur Sapphus patres. Idem etiam poetriam dicit *Eressiam*, at illam, quae amauit Phaonem, *Mitylenaeam*, secus quam fecit Athenaeus, et secus, quam faciendum erat. Nam Athenaeo assentitur, non Strabo tantum, qui d. l. inter illustres Mitylenaeae vrbis homines diserte celebrem illam poetriam laudat, sed et publice ipsi Mitylenaei, qui *Sappho* suis expresserunt nummis, vt testatur Pollux lib. IX. cap. *de talento, mina*, etc. poetriam intelligentes. Alteram tamen, quae Phaonem amauit, Lyrica quoque composuisse, a quibusdam traditum fuit, vt ait Suidas, modo tamen vere id ab iis traditum fuerit. Perizon.

ΚΕΦ. κ.

Περὶ ἀηδόνος, καὶ χελιδόνος.

Λέγει Ἡσίοδος, τὴν ἀηδόνα μόνην ὀρνίθων [1] ἀμελεῖν ὕπνου, καὶ διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν. Τὴν δὲ χελιδόνα οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀγρυπνεῖν, καὶ ταύτην δὲ ἀπολωλέναι τοῦ ὕπνου τὸ ἥμισυ. Τιμωρίαν δὲ ἄρα ταύτην ἐκτίνουσι διὰ τὸ πάθος [2] τὸ ἐν Θράκῃ κατατολμηθὲν, τὸ εἰς τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ ἄθεσμον.

1. Ἀμελεῖν ὕπνου) Hinc Hesych. ἀηδόνων, ἐπὶ μὲν ὕπνου, τὸ ἐλάχιστον, ἐπὶ δὲ πένθους, τὸ σφοδρότατον, h. e. *de somno quidem, quod est breuissimum, minimum, de luctu vero, quod grauissimum*, dicitur ἀηδόνων, sed lege ἀηδόνιον. Phauorinus quidem, probante Kuhnio, legit ἀηδόνων ἐργαστήριον, sed hoc posterius vocabulum, ex superioribus apud Hesychium, hisce per errorem aut incuriam Phauorini adiectum est. Praecessit enim proxime apud illum, ἀηδονίς, τόπος, ἔνθα ᾖδον, ἢ ἐργαστήριον, ἀηδόνων, ἐπὶ μὲν ὕπνου etc. Praeterea ex interpretatione ipsius Hesychii satis liquet exponi adiectiuum aliquod. De *vigiliis lusciniae*, vide hic doct. Kuhnium. Periz. — Cl. Ducker. maluit pro ἀμελεῖν legere ἀμοιρεῖν, propterea quod non sponte sua vigilet, sed τιμωρίαν ἀνέχουσα, luscinia.

2. Τὸ ἐν Θράκῃ) Intelligit facinus matris, siue Prognes, seu Philomelae, filium Ityn mactantis, et marito Tereo, omnium ignaro, deuorandum apponentis, quia sororem vxoris stuprauerat. Propter illud autem facinus mater in lusciniam, soror in hirundinem dicitur versa, atque illa hic perpetuis vigiliis, ista in dimidiam partem punita traditur. Fabulam vide apud Ouidium metam. VI. et Hyginum fab. 45. atque ibi Munkerum. Occasionem fabulae huic dedisse videtur, quod in illa regione Thraciae, quae Daulis dicebatur, neque hirundo in tectis hominum nidos struat, neque luscinia reperiatur, teste Pausania in phocicis. Perizon.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Λακεδαιμονίων γυναικῶν.

[1] Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι, ἀλλ' αὐταί γε ἀφικόμεναι τὰ τραύματα αὐτῶν ἐπεσκόπουν, τά τε ἔμπροσθεν, καὶ τὰ ὄπισθεν· καὶ, εἰ ἦν πλείω τὰ ἐναντία, αἱ δὲ γαυρούμεναι, καὶ σεμνὸν ἄρα καὶ βλοσυρὸν ὁρῶσαι, τοὺς

1. Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες) Similia de *Lacaenis matribus* multa refert Plutarch. in apophth. lacaenar. quem vide. Sed et de diuerso sepulturae honore, prout caesi in proelio vel honesta vel inhonesta acceperant vulnera, apud Cretenses, vnde sua habuerunt instituta Lacones, vide nostrum hist. anim. IV. 1. Perizon.

παῖδας εἰς τὰς πατρῴας ἔφερον ταφάς· [2] εἰ δὲ ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων, ἐνταῦθα αἰδούμεναι, καὶ θρηνοῦσαι, καὶ, ὡς ἐνὶ μάλιστα, λαθεῖν σπεύδουσαι, ἀπηλλάττοντο, καταλιποῦσαι τοὺς νεκροὺς ἐν τῷ [3] πολυανδρίῳ θάψαι, ἢ λάθρα εἰς τὰ οἰκεῖα ἠρία ἐκόμιζον αὐτούς.

2. Εἰ δὲ ἑτέρως εἶχον) Male haec sollicitat Schefferus. Vide supra XII. 1. 20. Perizon.

3. Πολυανδρίῳ) Male ita edebatur in Kuhniana editione. Reliquae cum Mstis legunt, vt oportet, πολυανδρίῳ. Ita autem vocabantur loca publica, vbi pauperes communiter sepeliebantur, vel abiiciebantur. Qualia erant iam antiquissimis temporibus apud plerosque populos. Hierosolymis fuisse liquet ex Ierem. XXVI. 23. vbi Vrias dicitur ab rege Ioiakimo gladii supplicio affectus, et proiectus אל קברי בני העם, seu, εἰς τὸ μνῆμα υἱῶν λαοῦ, vt vertunt ea Graeci, *in sepulcbrum plebeiorum*, quod vilissimum fuisse oportet, siquidem in illud etiam noxii et publico affecti supplicio abiiciebantur. Sepulchra autem haec variis in oppidis erant in petris excisa. Insignis in hanc rem est locus apud Epiphanium haeresi XXX. §. 8. de vrbe Gadarena, vbi dicitur adolescens Iudaeus abductus ἐν τοῖς πλησιαίτερον τύμβοις, *in propiora sepulcbra*. Πολυάνδρια δὲ, pergit, ἐστὶν, οὕτως ἐν τῇ πατρίδι καλούμενα, σπήλαια ἐν πέτραις ὀρυκτὰ κατεσκευασμένα, *Polyandria illa erant, sic dicta in patria, speluncae ad id praeparatae, in petris effossae.* Habes hic breuem, sed claram descriptionem catacombarum, quales etiamdum in Italia visuntur Romae et Neapoli, quas diligenter enarrauit et exposuit illustris Burnetus, episcopus nunc Sarisberiensis. Non putem tamen Romanos veteres iam habuisse illas catacombas, non tantum, quia nulla apud tot illius temporis auctores occurrit illarum mentio, sed et, quia Romae olim alia habuerunt loca, quo abiicerent pauperum cadauera, sub dio, vel effossis quibusdam puteis iniecta. Horat. sat. I. 8. de Esquiliis,

> *Huc prius angustis eiecta cadauera cellis*
> *Conseruus vili portanda locabat in arca.*
> *Hoc miserae plebi stabat commune sepulcbrum.*

Subiicitur deinde spatium loci; habebat, ait, *mille pedes in fronte, trecentos in agrum.* Denique addit,

> *Nunc licet esquiliis habitare salubribus, atque*
> *Aggere in aprico spatiari, quo modo tristes*
> *Albis informem spectabant ossibus agrum.*

Vides *ossa*, sub dio iacentia istic in propatulo *agri informis*: vides locum, nempe *esquilias*, quae *nunc* dicuntur *salubres*, quia conuersae erant in *hortos*, qui etiam ideo paulo ante dicuntur *noui*; antea vero minus erant *salubres*, quia tunc cadauera istic abiecta putrescebant. Denique fuit illud *commune sepulcbrum plebis, nepotum*, qui bona sua dilapidarant, et *seruorum*. Quod de *puteis* dixi, liquet non tantum ex Festo, in *puticuli*, sed potissimum ex Varrone de L. L. IV. *Extra oppida a puteis puticulae, quod ibi in puteis obruebantur homines. Nisi potius, vt Aelius scribit, quod putescebant ibi cadauera proiecta; qui locus publicus vltra esquilias.* Puticuli ergo Romani erant in illo agro esquilino, at in aliis quoque oppidis plerisque similes erant. Vide et Magii miscell. II. 19. Dicti autem *puticuli* et *putei* a putendo. Atque hinc non modo effossae eiusmodi cauernae, ad cadauera pauperum, quae non comburebantur, excipienda, sed et putidi carceres sub terra, *putei* dicebantur, v. Plaut. aul. II. 5. 21. Per.

ΚΕΦ. κβ.

Περὶ Τιτόρμου ἰσχύος, καὶ Μίλωνος, καὶ παροιμίας τινός.

[1]Τιτόρμῳ φασὶ τῷ βουκόλῳ περιτυχεῖν τὸν Κροτωνιάτην Μίλωνα, μεγαλοφρονοῦντα διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. Θεασάμενος οὖν μέγαν τὸν Τίτορμον, τὸ σῶμα ἰδεῖν, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτοῦ ἰσχύος πεῖραν. Ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν. Καταβὰς δὲ εἰς τὸν Εὔηνον, καὶ θοἰμάτιον ἀποδὺς, λίθον λαμβάνει μέγιστον, καὶ πρῶτον μὲν ἕλκει αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν, [2] εἶτα ἀπωθεῖ· καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο ἐποίησε, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα, καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερεν, [3] ὅσον ἐπ᾽ ὀργυιὰς ὀκτὼ, καὶ ἔρριψεν. Ὁ

1. Τιτόρμῳ) *Titormus* iste Aetolus fuit, cujus meminit non Athenaeus tantum, quod monuit iam Schefferus, sed et Herodot. VI. 127. Lucian. de conscrib. hist. pag. 690. et Eustath. ad Hom. odyss. E. p. 206. vbi tamen male ὁ Ἰταλὸς dicitur pro Αἰτωλός. Nam *Aetolum* vere fuisse, liquet non modo ex hac historia, et mentione fluminis *Eueni*, qui erat τὴν Αἰτωλίαν διεξιὼν, *permeans Aetoliam*, vt ait Strabo lib. VII. pag. 327. Sed et ex Herodoto, et Athenaeo, quem ipsum Eustathius laudat. Vicissim Athenaeus ex Eustathio iam emendandus. Verba Athen. X. 2. Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηρίσατο αὐτῷ βοῦν, ὡς ἱστορεῖ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος, vertunt, *certauit cum ipso* (Milone) *de deuorando boue*. Sed vidit iam Casaubonus, et primum quidem ex coniectura, male se isthaec habere: deinde vero obseruauit etiam locum Eustathii, ex quo legendum, διηριστήσατο ἑαυτῷ, *adhibuit sibi in prandium*. Sic autem Eustathius, καὶ Τίτορμος δέ, φασιν, ὁ Ἰταλὸς διηριστήσατο ἑαυτῷ βοῦν, ὡς καὶ αὐτὸ γράφει Ἀθήναιος. Ὅτι δὲ ῥωμαλεώτερος Μίλωνος ὁ Τίτορμος, ἐξ ἄλλων ἔστι γνῶναι, *et Titormus, vt aiunt, Italus parauit sibi bouem in prandium, vt tradit etiam illud Athenaeus. Quod vero Titormus iste robustior fuerit Milone, discere licet ex aliis.* Forsan ex Aeliano. Certe ex eo descripsit totum hoc caput scholiastes Luciani ad dictum locum. Periz.

2. Εἶτα ἀπωθεῖ) Kuster. de verb. med. pag. 74. a vicino καὶ absorptum putat ται, ideoque emendat ἀπωθεῖται. Facilis quidem, nec raro a librariis commissus error. Nolo tamen certi quid de hac emendatione definire, praesertim cum et schol. Lucian. tom. I. pag. 46. vulgatam defendat, et ἀπωθεῖν aeque ac ἀπωθεῖσθαι a probatissimis quibusque scriptor. vsurpetur. Vide exempla apud Abresch. ad Hesych. tom. I. et in Obseru. misc. tom. V. pag. 299.

3. Ὅσον ἐπ᾽ ὀργυιὰς ὀκτὼ) Sic et Sluisk. et reg. primus ac tertius. At Lugd. vt et schol. Luciani, item vt regii, secundus ac tertius, sed hic tantum in margine, habent ὀργυιὰς ν, hoc est, πεντήκοντα. Leuissimum autem est discrimen inter Η et Ν seu η et ν. Sed cum vtraque lectio nitatur auctoritate codicum, difficile est dictu, vtra praeferri debeat. Ὀργυιὰ autem simpliciter ab ὀρέγεσθαι, *extendi*, au-

δὲ Κροτωνιάτης Μίλων μόλις τὸν λίθον [4] ἐκύλισεν. Εἶτα δεύτερος ἄθλος τοῦ Τιτόρμου. Ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε, καὶ στὰς ἐν μέσῳ, τὸν μέγιστον ταῦρον, ἄγριον ὄντα, λαμβάνει τοῦ ποδὸς· καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. Παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε. Θεασάμενος δὲ ὁ Μίλων,

pandi, deriuatur, ficuti ἀγυιαὶ, *plateae*, ab ἄγεσθαι, ac apud diuerfos populos diuerfis temporibus diuerfam notauit menfuram. Nempe olim paffum, feu fpatium expanforum pedum in progrediendo, at dein maxime longitudinem, feu fpatium, quod eft inter extrema expanfarum vtrimque manuum cum pectore. Ad priorem pertinet fignificationem, quod Homer. Iliad. N. 20. ὀρέξασθαι ponit pro *pandere pedes* in progrediendo, de Neptuno: τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ, *ter quidem promouit, protendit pedes, incedens, quarto autem greffu venit, quo deftinarat.* Vbi Euftath. τὸ δὲ ὀρέξασθαι οὐ μόνον ἐπὶ χειρῶν, ὡς πολλαχοῦ ἐφάνη, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἐπὶ ποδῶν συντόνου τάσεως, καὶ διαστάσεως, ἢ ἐκτάσεως· διὸ ἐκ τοῦ τοιούτου ὀρέγω καὶ ἡ ὀργυιὰ κατὰ συγκοπήν. Ἰστέον δε, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὀρέγεσθαι διασαφεῖται τῷ, χερσὶν ὀρέγεσθαι, τὸ δὲ δεύτερον εἴη ἂν ποσὶν ὀρέγεσθαι, ὡς δηλοῖ νῦν τὸ, τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν, *hoc autem* verbum, ὀρέξασθαι, *non tantum de manuum, vt plerumque occurrit, fed ecce etiam de pedum vehementi extenfione, et interuallo. Ideo ex illo* ὀρέγω deriuatur ὀργυιὰ, *per fyncopen*, fcil. pro ὀρεγυιὰ. *Sciendum autem, primum quidem ὀρέγεσθαι exponi de extenfione manuum, deinde vero fuerit etiam extendi pedibus, ficuti hic locus declarat.* Sed et hinc in actis apoft. XXVII. 28. dicuntur nautae, demiffa bolide, inueniffe XX. ὀργυιὰς, quod vetus et vulgatus interpres vertit *paffus*. Plane vti et Plin. VI. 18. fluuio Gangi tribuit *altitudinem nusquam minorem paffibus* XX. pro 20, quod Graeci (vide Strab. lib. XV. pag. 702.) βάθος εἴκοσι ὀργυιῶν τοὐλάχιστον, *altitudinem orgyiarum minimum viginti.* Atque ideo etiam hic in verfione reliqui *paffus*. Sed *paffus* ille Romanorum continebat duos paffus naturales feu greffus, atque adeo non multum difcedebat ab ὀργυιᾷ Graecorum: cum quinque haberet pedes, at ὀργυιὰ, feu illa extenfio manuum, fex pedes, vel quatuor cubita. Quando ergo ὀργυιὰ fimpliciter ponitur, primum et potiffimum, τὸ πρῶτον, vt ait Euftathius, notat extenfionem illam manuum. Hefychius. Ὀργυιὰ, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις, καὶ τὸ μέτρον, *ambarum manuum extenfio, et menfura ifta.* Vide et Pollucem ac Etymolog. M. Gloffae exponunt *vlna*, fed male. *Vlna* enim, fiue ὠλένη, fignificat longitudinem vnius brachii, at ὀργυιὰ vtriusque longitudinem cum latitudine pectoris. Hinc verbum περιοργυιόω apud Ctefiam in indicis; πάχος ὅσον δύο ἄνδρες περιωργυιωμένοι μόλις περιλάβοιεν, *craffitudo, quam duo viri circum expanfis manibus vix complecti queant.* Ὅσον folet ita, vt hic fit, etiam numerandi vocabulis iungi. Lucian. in dial. meretric. pag. 745. ἐπὶ τούτους ἐπελάσας, ἀνατρέπω μὲν ὅσον ἑπτὰ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, *in illos inuectus, deiicio feptem circiter eorum praefectos.* Periz.

4. Ἐκύλισεν) Sic Sluisk. et Parifienfes regii duo. At Lugd. et ex regiis fecundus, ἐκίνησεν, cum quo iterum confpirat fchol. Luciani, fed qui habuit exemplar Lugdunenfi noftro fimile. Perizon — Paulo poft pro τοῦ Τιτόρμου Med. 3. habet τῷ Τιτόρμῳ

εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας, ἔφατο, ὦ Ζεῦ, [5] μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἔσπειρας; Ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν· ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.

5. Μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἔσπειρας) Vide vt etiam integra vocabula post typographiam inuentam et exercitam ex auctoribus priscis exciderint. Nam quia in Gesneriana per incuriam certissimam omissum hic est ἡμῖν, quod in prioribus, Romana et Basileensi, exstabat, idcirco reliquae, quae deinceps secutae sunt, Tornaesianae, Schefferianae etc. vocabulum illud pariter praetermiserunt. Nos id restituimus non tantum ex primis edd. sed et ex mstis. Mox ἐνταῦθα habent et msti. Recte tamen emendasse putem Fabrum ἐντεῦθεν, quod et scholiastes Luciani, vt et cod. Lugdun. in repetito hoc capite infra lib. XIV. (vide me XIV. 48. 1.) praefert, et voluisse hic videtur etiam Vulteius, vertendo *hinc*. At si genuinum sit ἐνταῦθα, vertendum erat, vt feci, *tum*, aeque ac supra cap. 21. Periz. — Ἐντεῦθεν ab Aeliani manu profectum esse credit et clar. Meinecke. Nec temere, nisi statuere velimus, eandem permutationem, quae in vocibus ποῖ et ποῦ, ὅποι et ὅπου, ἔνθεν et ἔνθα obtinet, de qua vid. D'Orvill. ad Chariton. pag. 119. et Valcken. ad Ammon. pag. 113. et 121. etiam in vocibus ἐντεῦθεν et ἐνταῦθα non plane insolentem esse.

ΚΕΦ. κγ.

Περὶ Κελτῶν εὐτολμίας.

[5] Ἀνθρώπων ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς [1] Κελτούς.

1. Κελτοὺς) Proprie et primum sic appellati sunt Galli Narbonenses, si fides Strabon. lib. IV. pag. 189. qui tamen addit, ab his dein propter eorum gloriam ad alios quoque translatam hanc appellationem. Certe tertia et praecipua pars omnium Gallorum proprie ornata vulgo fuit hoc nomine; immo communiter etiam omnes Galli, a Graecis maxime Κελτοὶ dicebantur, vt vel ex Appiani *celticis* liquet. Neque dubito, quin ex hoc nomine, vtpote antiquiore, formatum dein sit, per diuersam tantum pronunciationem, commune illud Γαλατῶν et *Gallorum* nomen. Sed et hinc factum, vt Graeci, qui Septentrionales Europae populos non satis norant distinguere, ista Κελτῶν appellatione etiam Germanos saepe intellexerint, quod notum est satis, et minus mirum videri debet, quum et Romani saepe *Gallos* et *Germanos* confuderint. Vide Castilioneum et Glareanum ad Sallust. iug. 114. et Lipsium ad Plinii paneg. vbi is *Germaniam* etiam *Alpibus et Pyrenaeo monte muniri* ait. Diserte Suidas: Κελτοὶ, ὄνομα ἔθνους, οἱ λεγόμενοι Γερμανοί. *Celtae, nomen gentis, qui dicuntur etiam Germani*. Ita ergo etiam noster Κελτοὺς hic nominauit, intelligens Germanos. Nam, quae sequuntur, de *Germanis* maxime tradita sunt a veteribus. Veluti praeter cetera, de quibus mox, etiam hoc ipsum, quod ait Celtas esse φιλοκινδυνοτάτους. Cum eo enim conferri velim, quod ait Tacitus de morib. germ. cap. 14. *Si ciuitas in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescunt.*

Τῶν ἀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς. Καὶ μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι, [2] ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅμα τε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις σεμνυνόμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὐτῶν τῆς ἀρετῆς ἀπολείποντες ἑλληνικῶς. Οὕτως δὲ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν κατολισθαινουσῶν καὶ ἐμπιπτουσῶν πολλάκις, ἀποδιδράσκειν, ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῶν, παραλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρός. [3] Πολλοὶ δὲ καὶ ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν ὑπομένουσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν εἰσδέχονται, γυμνὰ τὰ ξίφη καὶ τὰ δόρατα προσιέντες, ὥσπερ οὖν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι.

Vides vltro eos *periculis* se offerre. Quod de *canticis* proxime sequitur, idem testatur etiam Tacitus cap. 2. de Germanis. *Celebrant carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuistonem etc.* Et mox *Herculem primum omnium virorum fortium ituri in proelia canunt.* Vide ibi notas. Perizon. — Statim pro ἀσμάτων οὖν ὑποθέσεις legit MS. Sluisk. τ. α. ὑποθέσεων, pro quo Med. 3. τ. α. ὑπόθεσιν.

2. Ἀλλὰ καὶ τρόπαια) Arminius apud Tacit. ann. I. 59. *Cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quae Diis patriis suspenderit.* Periz.

3. Πολλοὶ δὲ) Vel hinc maxime patet, intelligi potissimum *Germanos*, siquidem diserte hoc ipsum Strabo lib. VII. pag. 293. de *Germanis* agens, tribuit *Cimbris et Celtis.* Οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, *haud recte neque ille, qui tradidit, Cimbros arma capere contra exundationes, neque Celtas contra metum se exercentes pati domos suas inundari, et nouas deinde exstruere.* Nullum est dubium, quin ex illo auctore, quem respexit Strabo, noster haec hauserit. Iunguntur autem *Cimbri* et *Celtae,* quia passim a veteribus *Cimbri* in extrema licet Germania, procul a Gallia siti, *Celtis* vel *Gallis* tamen adscribuntur. Sic Appianus κελτικ. *Cimbros,* qui aliquot duces Romanorum vicerant, et castris exuerant, at mox ipsi a Mario deleti sunt, appellat πλεῖστόν τι, καὶ μαχιμώτατον, τῇ τε ἡλικίᾳ μάλιστα φοβερώτατον χρῆμα Κελτῶν, quos addit irruisse in Italiam καὶ τὴν Γαλατίαν. Neque aliter Flor. III. 1. *Cimbri, Teutoni, atque Tigurini, ab extremis* GALLIAE *profugi, quum terras eorum inundasset oceanus, nouas sedes quaerebant.* Liquet ex his, quando ista contra fluctus pugna etiam *Celtis* aut *Gallis* tribuitur a quibusdam scriptoribus, reuera tamen hanc fabulam ortam apud Romanos ex narratione de *Cimbris* accepta, atque adeo eos potissimum, vel vicinos ipsis Germanos, seu Teutonos, *Celtarum* seu *Gallorum* nomine in hac fabula intelligendos. Paulo ante recte putem Io. Kuhnium in ind. maluisse περιλαμβανομένους, *circumdatos.* Nam sic V. 6. περιλαμφθέντες ὑπὸ τῆς φλογός. Periz.

ΚΕΦ. κδʹ.

Περὶ Σμινδυρίδου ἁβροδιαίτης, καὶ ἀδδηφαγίας.

Σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι, ὡς εἰς Σικυῶνα αὐτὸν ἀφικέσθαι, μνηστῆρα [1] Ἀγαρίστης τῆς Κλεισθένους, καὶ ἐπάγεσθαι [2] χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὀρνιθευτὰς, καὶ ἁλιεῖς χιλίους.

1. Ἀγαρίστης τῆς Κλεισθένους) *Clisthenes* hic fuit Sicyonis tyrannus, qui Olympiis primum victor quadrigis, pronunciauit se optimo et praestantissimo Graecorum desponsurum filiam, quam habebat, *Agaristen*. Venerunt ergo ex omni Graecia magno numero proci, quos enumerat Herodot. VI. 127. Despondit autem eam Megacli Atheniensi, filio Alcmaeonis: vnde ortus Clisthenes Atheniensis, qui post Pisistratidas eiectos remp. Atheniensium ordinauit, et X. tribus instituit. Vixit autem Sicyonius ille tempore Solonis. Perizon.

2. Χιλίους μὲν μαγείρους) Dubitem, an auctor recte perceperit mentem illorum, vnde haec hausit: quumque illi traderent habuisse eum in vniuersum mille coquos, aucupes, et piscatores, ille hoc ita acceperit, quasi habuisset Smindyrides mille coquos, et mille aucupes, et mille piscatores. Certe Athenaeus, quem sequi solet, bis isti Sybaritae tribuit mille in vniuersum seruos VI. 21. χιλίους συνεπήγετο οἰκέτας, ἁλιεῖς, ὀρνιθευτὰς, καὶ μαγείρους, *mille secum adduxit seruos, qui erant piscatores, aucupes, et coqui.* Et XII. 11. breuius, εἵποντο αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταὶ, *sequebantur eum mille coqui et aucupes.* De *Smindyride* ipso vide ad IX. 24. Perizon.

ΚΕΦ. κεʹ.

Πολλοὶ τῶν ἀρίστων τίνων ὤναντο καὶ ἀπήλαυσαν.

Ὤναντο ἄρα καὶ [1] Ὀδυσσεὺς Ἀλκίνου, καὶ [2] Ἀχιλλεὺς

1. Ὀδυσσεὺς Ἀλκίνου) Priora huius capitis sumta sunt omnia ex Homero. Illi autem, ex quibus vtile quid percepisse dicuntur heroes Homerici, non fuere omnes perpetui eorum comites aut consiliarii, sed qualescunque amici, qui aliquando illis facto, vel consilio, vtiles fuerunt. Veluti iste Alcinous rex Phaeacum Vlyssi, quando hic naufragus ad eum peruenit, et eius opera vel iussu reductus est Ithacam. Videatur odyss. Η. et Ν. Sapientiam eius laudat Hom. od. Ζ. 12. vbi dicitur θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, *a diis consilia edoctus.* Ceterum a Platone epist. 2. iungitur Vlyssi amicus et socius *Palamedes*, vt notat hic loci Schefferus. Ego vero non dubito, quin, cum *Palamedi* inimicissimus fuerit Vlysses, ex caussa, quam etiam noster exponit XIII. 12. et vterque contrariae semper fuerit factionis, legendum ergo istic sit, non Παλαμήδην, sed Διομήδην. *Diomedi* enim amicus semper, et socius, et adiutor fuit Vlysses. Hinc quando Diomedes mittebatur ad castra Troianorum exploranda, iubebaturque sibi socium ex omnibus eligere, Vlyssem elegit, tanquam virum maxime prudentem, quem amet Pallas, qui consilio valeat, quo comite etiam

Χείρωνος, καὶ Πάτροκλος Ἀχιλλέως, καὶ Ἀγαμέμνων Νέστορος, καὶ [3] Τηλέμαχος Μενελάου, καὶ [4] Ἕκτωρ Πολυδάμαντος, ἐν οἷς αὐτῷ προσεῖχεν, καὶ οἱ [5] Τρῶες Ἀντήνορος· καὶ οἱ Πυθαγόρειοι μὲν ὁμιληταὶ Πυθαγόρου ὤναντο, οἱ Δημοκρίτειοι δὲ, συγγενόμενοι Δημοκρίτῳ, πολλῶν ἀπήλαυσαν. Σωκράτει δὲ εἰ προσεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, πάντα ἂν ἐγένοντο εὐδαίμονες, ([6] εἰ ἐφι-

ex ipso rediret incendio. Vide omnino Hom. Iliad. Κ. v. 242. et seqq. Perizon.

2. Ἀχιλλεὺς Χείρωνος) Ex Homero haec dixi sumta, non ex aliis. Respicitur autem locus Il. Λ. v. 829.

— ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,
Ἐσθλά, τά σε προτί φασιν
Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι,
Ὃν Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος κενταύρων,

et lenia medicamenta insperge, bona, quae te aiunt ab Achille edoctum esse, quem Chiron docuit iustissimus centaurorum. De *Chirone* centauro, medicinae chirurgicae inuentore, vide Hygin. fab. 274. Adde Apollodorum II. 4. Perizon.

3. Τηλέμαχος Μενελάου) Respicit odyss. Δ. vbi *Telemachus* Vlyssis f. contendit ex consilio Nestoris ad *Menelaum*, recens reducem ex sua peregrinatione, vt ex eo quid certi cognoscat de patre suo. Vide vers. 162. 163. etc. Sed et *Menelaus* eum docet, detineri Vlyssem a Calypso, vide vers. 555. et seq. Ac dein multis cum muneribus eum dimittit, odyss. Ο. De *Nestore*, quem Homerus *Agamemnoni* perpetuum quasi consiliarium et moderatorem addidit, res est notissima. Perizon.

4. Ἕκτωρ Πολυδάμαντος) Etiam hic auctor ante oculos habuit Iliad. Μ. vbi Homerus inducit semper adstantem *Hectori Polydamantem*, et eum monentem. Hinc saepius ille apud Homerum legitur versus,

Δὴ τότε Πουλυδάμας θρασὺν
Ἕκτορα εἶπε παραστάς,

Tum vero Polydamas ferocem Hectorem allocutus est adstans, scil. in proelio. Vide Iliad. Μ. v. 60. et 210. et Ν. 725. Videmus autem istic bis obtemperare *Hectorem* consilio *Polydamantis*, semel id aspernari, sed male, siquidem ipse tunc vulneratus fuit, et multi perierunt Troiani. Vnde non dubito, quin sequentia sint hisce iungenda, secus quam factum in aliis edd. legendumque, ἐν οἷς αὐτῷ προσεῖχεν, quod et Kuhnius maluit. Adde et Iliad. Σ. 249. vbi comparantur inter se *Hector* et *Polydamas*, vt amici, et eadem nocte nati, sed alter consilio, alter manu pugnando, omnes exsuperans: et vbi iterum Hector prudentissimo eius consilio non paret v. 284. etc. Perizon.

5. Τρῶες Ἀντήνορος) *Antenorem* inter senes Troianos consultantes de rep. memorat Homer. Iliad. Γ. 148. Sed et inter hos praecipuum illum iungit Priamo, adsidentem ei solum in curru v. 262. et 312. Denique concionantem ad *Troianos*, suadentemque, vt Graecis reddatur Helena, inducit Iliad. Η. 347. Per.

6. Εἰ ἐφιλοσόφουν) Sublestae haec sunt fidei. Faber legit καὶ γὰρ ἂν ἐφιλοσόφουν. At Kuhnius si pro εἰ simpliciter legatur καὶ, rem putat in vado fore. Atque id voluit sane etiam Gesnerus, vertens primus *et*. Ego vero vel sic assentiar Scheffero, qui arbitratur glossam esse superiorum, εἰ προσεῖχον Σωκράτει. Periz. — Cl. Meinecke haec verba ab omni glossematis suspicione liberanda esse putabat, propterea quod Aelianus ab eiusmodi tautologica oratione non vbique abhorreret. Sed nolo eorum defensionem suscipere. Quare includenda curaui.

λοσόφου). Καὶ [7] Ἱέρων δὲ ὁ Δεινομένους, Σιμωνίδου τοῦ Κείου ἀπήλαυσε, καὶ Πολυκράτης Ἀνακρέοντος, καὶ Ξενοφῶντος [8] Πρόξενος, καὶ Ἀντίγονος Ζήνωνος. [9] Ἵνα δέ μοι, καὶ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, οὐδὲν ἧττον, ἤπερ καὶ οἱ Ἕλληνες προσήκουσι, μεμνήσωμαι· [10] διαφέρει δέ μοι καὶ τούτων, εἴγε Ῥωμαῖός εἰμι. Καὶ Λεύκολλος

7. Ἱέρων δὲ ὁ Δεινομένους) Confer Pausan. attic. cap. 2. vbi et ipse *Hieroni Simonidem* addit, ac *Polycrati Anacreontem*. Vide et nostrum IV. 15. de *Hierone* ac *Simonide*. Et IX. 4. de *Polycrate* et *Anacreonte*. Perizon.

8. Πρόξενος) Boeotus hic fuit, Gorgiae Leontini auditor, vetus *Xenophontis* amicus et hospes, atque ideo, quum apud Cyrum minorem in Asia ageret, amicitiam quoque inter Cyrum et Xenophontem conciliauit. Vide Xenoph. ἀνάβασιν Κύρου. De *Zenone* et *Antigono*, vide VII. 14. et IX. 26. Perizon.

9. Ἵνα δέ μοι) Gesnerus suspectum habuit illud μοι, maluitque, πῶς δὲ μή: at Parisina Liberti editio iubet potius deleri μοι. Faber et Kuhnius nihil mutandum aiunt. Et recte. Solent enim Graeci eleganter talem datiuum cuicunque orationi addere, Lucian. de morte peregr. init. καὶ νῦν ἐκεῖνος ἀπηνθράκωταί σοι, *et nunc ille in cinerem tibi est redactus*, vbi prorsus παρέλκει illud σοι. Nihil enim ad eum pertinebat peregrinus ille. Et paulo post, ὀλίγου δεῖν ὑπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγώ σοι διεσπάσθην, *parum aberat, quin a Cynicis ego tibi discerptus fuissem*. Nec minus Latini. Sallust. Catil. 52. *Hic mihi quisquam misericordiam nominat*. Vide quae notaui ad Sanctii Mineruam pag. 125. Ipse Aelianus supra IX. 4. μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω τὸν ποιητὴν, *ne quis mihi traducat illum poetam*. Perizon. — Vir Doctus in Obseru. misc. tom. III. pag. 440. μοι delendum esse existimat. Nullum enim legerat locum, in quo μέμνημαί μοι τούτου occurreret, exemplorumque a commentatoribus ad h. l. allatorum aliam esse rationem inuenerat. Nec temere ita iudicauit Vir Eruditiss. Illud μοι enim, de quo lis est, potuit facile e sequentibus, διαφέρει δέ μοι, huc trahi.

10. Διαφέρει δέ μοι καὶ τούτων) Quorum τούτων? Interpres vertit, *nam Romanorum meminisse mea interest*. Atqui in superioribus necdum nominauerat *Romanos*. Designauerat tamen per τῶν ἐμοὶ προσηκόντων. Sed vt vere dicam, putem pene per τούτων hic intelligi Ἕλληνας, qui proximo nominantur loco, legendumque εἰ καὶ Ῥωμαῖος. Sensu certe opportunissimo, *vt vero et eos memorem, qui ad me pertinent non minus, quam pertinent ad Graeci. Illi vero etiam pertinent ad me, quamuis Romanus sim*. Forte, quia oriundus erat ex Graecis, vel eorum studia colebat. Res relicta sit cuiusuis arbitrio. Per. — Nescio, quid Perizonium mouerit, vt τὸ εἴγε mutaret in εἰ καὶ. εἴγε denotat, *quoniam*. Sic supra 3. 17. εἴγε Ἀντίγονον ἐπαίδευσεν. Sensus inde enascitur commodus, quem etiam vidit I. Mich. Heusinger. ad Aesop. fab. 92. qui totum hunc locum ita interpretatur: *vt vero eos quoque commemorem, qui non minus ad me pertinent, quam Graeci; (mea vero interest, etiam hos* scil. Romanos, *commemorare, quoniam Romanus sum*) etc. Idem Vir Doct. l. c. scribit pro Λευκόλλου, Λουκόλλου, vti et in Dion. Nicae. p. m. 45.

[11] Ἀντιόχου τι ὤνατο τοῦ Ἀσκαλωνίτου, καὶ Μαικήνας [12] Ἀρείου, καὶ Κικέρων [13] Ἀπολλωνίου, καὶ ὁ Σεβαστὸς [14] Ἀθηνοδώρου. Πλάτων δὲ, ἐμοῦ καί τοι σοφώτερος ὢν, [15] λέγει, ὅτι καὶ Ζεὺς εἶχε σύμβουλον· τίνα δὲ, καὶ

11. Ἀντιόχου) Erat hic *Antiochus Ascalonita*, veteris academiae instaurator, vel quintae conditor, sed qui transiisse tandem dicitur ad Stoicos. Vide Cicer. acad. quaest. IV. passim. Et Plut. in Lucullo et Cicerone, quorum hic auditor eius fuit, ille vero etiam contubernalem habuit. Periz.

12. Ἀρείου) Alexandrinus ille fuit, non *Maecenatis* solum praeceptor, sed et ipsius Augusti contubernalis, qui eius gratiae dedit, quod pepercit Alexandrinis, vt tradit Plutarch. in praecept. polit. Vide et Ionsium de scriptor. hist. philos. III. 1. Perizon.

13. Ἀπολλωνίου) Celeberrimus hic est ex illis scriptoribus, qui *Ciceronis* et *Iulii Caesaris* vitam memoriae prodiderunt, quoniam vterque Rhodum enauigauit, vt clarissimo huic dicendi magistro operam daret. Perizon.

14. Ἀθηνοδώρου) Confudit Schefferus duos *Athenodoros* Tarsenses, quorum alter Catoni Vticensi conuixit, alter Augusto, quos disertissime distinxit Strabo lib. XIV. p. 674. Sed satis id iam docuit cl. Kuhnius. Hic vero Augusti amicus Plutarch. in Publ. dicitur Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων, sed leg. haud dubie ὁ Σάνδωνος. Liquet autem ex eo loco, scripsisse illum etiam librum *ad Octauiam* Augusti sororem. Alius vero est, et duplex, error Vossii de histor. graec. II. 5. vbi ait: *de aetate nemo ambigit. Nam Augustus eum Tiberio praeposuit, vt constat ex Suetonio, qui ex Augusti epistola haec verba adducit* cap. 4. „Tiberium adolescentem „ego vero, dum tu aberis, quo„tidie inuitabo ad coenam, ne „solus coenet cum suo Sulpicio, „et Athenodoro." *Immo et Augusti ipsius praeceptor ante fuerat.* Facit ergo eundem, illum Augusti amicum et praeceptorem, et hunc a Suetonio memoratum: et porro putat hunc fuisse praeceptorem *Tiberii*, per quod nomen ita simpliciter positum intelligimus semper Augusti in imperio successorem. Secutus est Vossium, vt videtur Menagius, qui ad Laert. Platone §. 4. Athenodorum Tarsensem dicit *Augusti et Tiberii praeceptorem.* Certum autem est, Vossium non inspexisse locum Suetonii, quum ista scriberet. Exhibet enim epistolam illam Augusti Suetonius non in *Tiberio*, sed in *Claudio*, qui etiam *Tiberii* nomine in illa designatur ab Augusto, vt solebant pueros, maxime domesticos et propinquos, (erat autem Liuiae, ad quam scribit illa Augustus, nepos Claudius) praenominibus suis potissimum ornare. Deinde vero liquet iam ex his, *Athenodorum* illum *Sandonis* f. praeceptorem Augusti, non potuisse per aetatem suam, eundem esse, qui fuit Claudio adolescenti familiaris, siquidem ille tempore Augusti, ante mortem Marcelli, iam senex valde rediit in patriam, eamque male administratam per Antonii amicum, Boethum, restituit, et cui Athenodoro istic mortuo successit in administratione reip. Nestor, praeceptor Marcelli, et imp. Tiberii. Vide Strabon. d. l. pag. 674. et 675. et Lucian. in macrob. de vtroque. Periz.

15. Λέγει, ὅτι καὶ Ζεὺς) *Frustra id quaeri* aiunt in *Platone*, atque ideo Kuhnius ex Lucian. et schol. Hom. ad Iliad. Α. 5. *Momum* nobis memorat *Iouis consiliarium.* Ego vero nullus dubito, quin auctor respexerit epist. II. Platonis, vbi ille, comparationem sui et

ὅπως παρ' ἐκείνου μανθάνωμεν.

Dionysii instituens, subiicit, pleriumque *potentibus* viris addi aliquem *prudentem*, sed qui modo concordes, modo discordes fuerint: et sic Pausaniae et Hieroni iungit Simonidem, Periandro Thaletem, Pericli Anaxagoram, sic Creonti Tiresiam, Agamemnoni Nestorem, etc. Denique ait, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ Προμηθέα Διῒ ταύτῃ τῃ συνῆγον οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, *vt vero mihi videtur, etiam Promethea Ioui eadem ratione iunxerunt primi homines*. Nempe, antequam homines essent nati, *Prometbea* familiariter egisse fingunt cum *Ioue*, et a diis accepisse munus formandorum animantium, atque ipsorum hominum, vt ait Plato in *Protagora*. Sed et quum dein Iupiter vellet concumbere cum Thetide, ille monuit eum, ne id faceret, quia in fatis erat, vt ex Thetide nasceretur filius patre suo validior. Vide Lucian. dial. *Promethei et Iouis*, ac Apollod. III. 12. 5. Maxime autem huc pertinet, quod finxerunt primi poetae, *Promethea* iunxisse se *Ioui* in bello contra Titanas et Saturnum, atque ita Iouem *consiliis Promethei* vicisse Saturnum. Aeschylus *Promethio vincto*, inducit eum exprobantem *Ioui*, se tunc vltro voluisse Ioui συμπαραστατεῖν. Ἐμαῖς δὲ ΒΟΥΛΑΙΣ, pergit, Ταρτάρου μελαμβαθὴς κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον αὐτοῖσι συμμάχοισι. Τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφελημένος, *meis autem* CONSILIIS *Tartari caliginosa profunda vorago obtegit antiquum Saturnum cum suis sociis. Talibus deorum ille rex a me adiutus*. Habes ergo hic quaesitum adeo illum σύμβουλον. *Ioui a primis hominibus additum*, vt ait Plato, et *Iouem Promethei* huius *consiliis adiutum*, cuius vtique rei exempla et Plato istic, et noster hic loci, collegit. Mox pro μανθάνομεν legendum omnino putem μανθάνωμεν, *discamus*. Perizon.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ οἰνοφλύγων τινῶν.

Πολυπόται γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασὶ, [1] Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος, ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, καὶ [2] Ἡρακλείδης

1. Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος) Ita integris literis vterque codex, vt adeo putem emendandum ex nostro Athen. qui lib. X. cap. 10. pag. 436. Ξένα ρχον vocat. Quod autem Athenaeus eum *Metretam* cognominatum ait, noster vero *Amphorea*, id vero eiusdem est sententiae, quum *amphora* et *metreta* promiscue a veteribus adhibeantur. Vide Budaeum lib. V. de asse. Videtur porro ille id cognomen accepisse, quod vini amphoram ebibere fuit solitus, sicuti ignobilis quaesturae candidatus a Tiberio apud Sueton. cap. 42. *nobilissimis antepositus est ob epotam in conuiuio, propinante se, vini amphoram*. Quod et imp. Maximinum saepe fecisse, sed toto die, testatur Capitolinus in eius vita cap. 4. Periz.

2. Ἡρακλείδης ὁ πύκτης) Alexandrinus hic videtur fuisse, et vixisse paulo ante Plutarchum. Solebat autem ille compotationem suam diuidere in quatuor partes diei, seu tempora cibi capiendi, atque iis singulis ille vnus certare identidem cum nouis et integris in potando aduersariis. Vide Plutarch. symp. l. 6. Periz.

ὁ πύκτης, καὶ [3] Πρωτέας ὁ Λανίκης μὲν υἱός, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως σύντροφος· καὶ αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος λέγεται πλεῖστον πιεῖν ἀνθρώπων.

3. Πρωτέας ὁ Λανίκης) Quum Curtius VIII. 1. *Proteae* matrem appellet *Hellanicen*, verisimile videtur, quod voluit Kuhnius, et ante eum Freinshemius, *Lanices* nomen apud nostrum et Arrianum, per aphaeresin ex *Hellanice* formatum. Ceteroquin, absque illa auctoritate Curtii esset, crederem potius cum Fabro, nomen illud esse contractum ex *Laonice*. Mulier vero illa, nutrix fuit Alexandri, cuius ideo σύντροφος dicitur hic *Proteas*, soror vero Clyti ab Alexandro interfecti. *Proteas* autem vicissim *Alexandrum* praebibendo ad mortem adegit, si fides Ephippo apud Athen. X. 9. Cum enim Alexander illi propinasset poculum duotum congiorum, et ille id iam ebibisset, mox idem poculum resumsit, et denuo praebibit Alexandro, qui id itidem denuo exhaurire tentauit, sed non potuit, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε, *et ex eo in morbum implicitus mortem oppetiit*. De *Alexandri* ipsius temulentia vide supra III. 23. Perizon.

ΚΕΦ. κζ.

Ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ἥμερος ἦν τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις.

Ἡμερώτατά, φασι, τὸν Ἡρακλῆν προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. Πρῶτον γὰρ τῶν ἐξ αἰῶνος νεκροὺς [1] ὑποσπόνδους ἀποδοῦναι ταφησομένους, εἰωθότων τῶν τότε ὀλιγωρεῖν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς [2] κυνῶν δεῖπνον εἶναι. Καὶ Ὅμηρος·

1. Ἀποσπόνδους) Recte omnino coniecerunt Heraldus et Kuhnius ὑποσπόνδους, quod et Sluisk. diserte praefert, vt et Parif. reg. primus ac tertius, licet hic in margine etiam habeat vulgatum. Atque ideo lubens illud admisi in textum. Vsitata enim est phrasis. Et vtitur ea non modo laudatus a Kuhnio Xenophon, idque pluribus locis, (vide omnino Kirchmann. append. ad funera cap. 4.) sed et Thucyd. I. 63. καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτιδαιάταις, *et occisos per pactum reddidere Potidaeatis*. Vbi schol. ἐπειδάν τι μέρος ἡττηθῇ τῶν μαχομένων, μὴ δυνάμενον τοὺς νεκροὺς αὐτοῦ λαβεῖν, αἰτεῖ γενέσθαι σπονδάς, ἕως οὗ λαβὸν θάψῃ, καὶ τότε πάλιν μάχονται, *vbi pars quaepiam pugnantium victa est, nec potest suos occisos recipere, rogat fieri inducias, vsque dum illos receperit et sepeliuerit, et tunc iterum pugnant*. Polyaen. I. 38. 3. Brasidas Atheniensibus pronunciauit ἄδειαν ὑποσπόνδοις ἀπιοῦσιν, *securitatem, si per pactum abeant*. Primus autem Hercules hac humanitate vsus dicitur etiam a Plutarcho in *Theseo*, sicut primus etiam cadauera cremasse. Vide schol. Homer. et Eustath. ad Iliad. Α. 52. Perizon.

2. Κυνῶν δεῖπνον) Res notissima ex Homero. Vide Feithii antiqu. Homer. IV. 15. Eandem inhumanitatem exercuit Lysander in Athenienses post victoriam ad Aegos Potamos. Vide Pausan. in boeot. cap. 32. Nam tunc iam ne hostes

— [3] ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι·

καὶ [4]

— [4] κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι.

quidem ceteri *sepulturae inuidebant*, vt ait Tacit. ann. l. 22. Perizonius.

3. Ἑλώρια) Ex Hom. Iliad. Α. 4. Αὐτὸς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Imitatus est Sophocl. Aiace flagell. 835. καὶ μὴ — ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἕλωρ, *et ne obiiciar canibus, et volucribus lanianda esca*. Periz.

4. Κυσὶ μέλπηθρα) Locutio est Homero vsitata. Bis ille hunc versum de Patroclo reliquit, Iliad. Ρ. 255. et Σ. 179.

Πάτροκλον Τρῳῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι. Periz.

ΚΕΦ. κη.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις Λεωκορίου.

[1] Λεωκόριον Ἀθήνησιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, [2] Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. Ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηνᾶς ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν. [3] Ἔλεγε γὰρ, μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν

1. Λεωκόριον) De *Leocorio*, et harum virginum historia, copiose egerunt, quos hic laudat Kuhnius, Meursius in ceram. cap. 17. et ante eum Leopardus. emend. XIX. 23. Perizon.

2. Πραξιτέας) Ita perperam vltimae edd. Verum est, quod restitui ex prioribus edd. et mss. Πραξιθέας. Suidas tamen in Λεωκόριον appellat Φασιθέαν, schol. Liban. ad declam. 27. Φρασιθέαν. Sed praefero nostrorum codd. lectionem, quum atticum id sit feminae nomen. Certe enim et Erechtheus vxorem habuit *Praxitheam*. Vide Apollodor. III. 14. et Porphyr. de abstin. II. 56. Periz. — Mox in Med. 3. extat π. τ. Ἀθηναίων.

3. Ἔλεγε γὰρ) Saepe responderunt oracula et vates, mactandos esse homines, tanquam victimas diis gratissimas, ad auertenda mala publica. Sic ipse Atheniensium rex, Erechtheus, Chthoniam filiam suam mactare debuit Neptuno, vt ait Hygin. fab. 46. vel Proserpinae, vt Clem. Alex. in Protrept. p. 27. Iidem Athenienses Hyacinthi quoque filias in bello Minois, et inde orta fame ac pestilentia, immolarunt, teste Apollodor. III. 14. 8. Sed et Messeniis in bello Lacedaemonio respondit oraculum Delphicum, vt virginem ex nobilissima Aegyptidarum familia diis offerrent. Vide Pausan. messen. cap. 9. Thebanis quoque victoriam despondit Tiresias, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον αὑτὸν ἐπιδῷ, *si Menoeceus Creontis f. Marti se dedat victimam*, apud Apollod. III. 6. 7. Nihil itaque mirum, etiam vltro homines superstitiosos talia fecisse sacra, vt grauissimas calamitates, quibus impliciti tenebantur, depellerent. Philo Byblius in phoen. hist. apud Euseb. praepar. euang. IV. 16. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς, τὸν ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ

πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν.

ἄγειν εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι, λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι, *mos erat antiquis, vt in magnis calamitatibus et periculis ii, qui vrbem aut gentem imperio regebant, filium maxime dilectum pro omnium exitio mactandum darent, placulum diis vltoribus.* Exemplum, si desideramus, subiicit ille ibidem vnici filii; sed et in sacris habemus literis 2. reg. III. 27. vbi rex Moabitarum victus ab hostibus et obsessus primogenitum sibi filium, et destinatum successorem, in muro vrbis immolauit. Hinc ergo per gentes, seu per Poenos, Italos, Gallos, Germanos, aliosque sparsa est infanda illa superstitio homines diis mactandi. Vide Porphyrium apud Euseb. d. l. et ipsum περὶ ἀποχῆς lib. II. §. 54. etc. Perizon.

ΚΕΦ. κθ.

Τί εἶπεν ὁ Πλάτων περὶ Ἀκραγαντίνων πολυτελείας.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους, καὶ οἰκοδομοῦντας πολυτελῶς, καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας, εἶπεν, ὅτι ἄρα οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν, ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, δειπνοῦσι δὲ, [2] ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι. [3] Λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι ἀργυραῖς [4] ληκύθοις, καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας.

1. Πλάτων) Diogen. Laert. Empedocli tribuit hoc verbum de Agrigentinis. Alii aliis et de aliis. Vide Menag. ad Laert. VIII. 63. Periz.

2. Ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι) Sic et mstii. Nec Laertii est, vt putat Kuhnius, sed solius Menagii, ὡς ἤδη. Laert. ait, ὡς ἄυριον. Quod et praeferrem, si quid mutandum foret. Et sane ita quoque Lugd. cod. in lib. XIV. vbi, vt multa alia ex hoc lib. XII. sic et haec huius cap. repetit post vltimum illius libri caput. Sed commodus satis est etiam huius phraseos sensus, *coenant, quasi vltimam semper coenaturi.* Perizon.

3. Λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι ἀργυραῖς) Lugd. ὅτι καὶ ἀργυραῖς. Ceterum multa Timaeus tradidit de Agrigentinorum luxuria, vt videre est apud Athen. II. 2. et Diod. Sic. XIII. pag. 375. qui et de iis, ἔτι δὲ στλεγγίσι καὶ ληκύθοις ἀργυραῖς καὶ χρυσαῖς χρώμενοι, *insuper etiam strigilibus et lecythis argenteis atque aureis vsi.* Periz.

4. Ληκύθοις καὶ στλεγγίσι) Lugd. καὶ ξύστραις. Atque ita, teste Scheffero, etiam Parisiens. B. et C. Sed interpretatio haec est alterius, quod recte retinuit Sluisk. Nam sic Suidas, στλεγγὶς ἡ ξύστρα. Solent etiam coniungi λήκυθοι καὶ στλεγγίδες, *lagenae olearide et strigiles*, quia pariter vsuueniebant in balneis. Suidas ibidem ex Aristophane, οὐδ' ἔστιν αὐτῷ λήκυθος οὐδὲ στλεγγὶς, *non habet ampullam nec strigilem.* Vide praeter Suidam in vtraque voce, etiam Kuhnium in indice, voce λήκυθος. Periz.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. λ.

Περὶ Ταραντίνων οἰνοφλυγίας, καὶ Κυρηναίων τρυφῆς.

[1] Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν μὲν ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ [2] περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα [3] Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν, ὥς τε [4] Πλάτωνα παρεκάλουν, ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης· τὸν δὲ ἀπαξιῶσαι. Φασὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ῥαθυμίαν αὐτῶν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν [5] τῷ Μαρικᾷ, [6] ὅς τις αὐτῶν εὐτελέστατος,

1. Ταραντίνοις) Opulentissima erat ciuitas iam antiquis temporibus, et ideo luxuriae se dedit. Dicebant, alios solertes et industrios id agere, vt tandem aliquando et ipsi viuerent, se iam nunc viuere per comessationes et voluptates, vide Athen. IV. 19. vbi et ait ciuitatem publice *singulis pene mensibus conuiuia fecisse*, sed *vulgo multitudinem ipsam quotidie* περὶ συνουσίας καὶ πότους εἶναι, *in coetibus et compotationibus esse.* Petulantiam ebrii hominis in legatos Romanorum in theatro, vbi de re maximi momenti agebatur, refert Dionys. Hal. exc. legat. IV. Sed Pyrrhus Epirotarum rex, auxilium iis ferens contra Romanos, πότους καὶ κώμους, καὶ θαλίας ἀκαίρους ἀνεῖλεν, *compotationes et comessationes et conuiuia intempestiua sustulit.* Plut. Pyrrho pag. 398. Periz.

2. Περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν) Est medium tempus inter ipsum mane et meridiem. Clarissimum id ex Dio. Chrys. orat. II. de gloria, vbi diei spatium diuidit in quinque partes, et περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ponit inter πρωῒ, *mane*, et τὰς μεσημβρίας, *meridiem.* Vide et Suidam in ἀγορᾶς, et hic Kuhnium. Perizon.

3. Κυρηναῖοι) Dediti erant et hi conuiuiis ac voluptati. Vnde Athenaeus XII. 1. sic incipit, ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς, *videris mihi Cyrenaeus esse*, ratione hac addita, quia illic, *si quis vnum inuitet, aduenient duo (et viginti alii, decem currus, quindecim bigae*, vt adeo *melius istic sit neminem inuitare.* Non mirum itaque doctrinam de voluptate tantos fecisse in ea gente progressus, vt inde, et a primis eius doctoribus, *Cyrenaica* fuerit dicta. Periz.

4. Πλάτωνα παρεκάλουν) Refert eandem rem Plutarchus non tantum in lib. ad principem indoctum, sed et in Lucullo, pag. 492. vbi Lucullum ait Cyrenaeis in memoriam reuocasse responsum Platonis, et ideo legibus suis, quas illis condidit, habuisse obsequentiores. Plato autem dicitur a Plutarcho caussam, quare Cyrenaeorum desideria reiecerit, contulisse in nimiam eorum felicitatem et opulentiam, vnde tamen ῥᾳθυμία, *socordia, inertia*, oriri solet. Periz.

5. Τῷ Μαρικᾷ) Est nomen comoediae, quam scripsit *Eupolis* in Hyperbolum, qui post Cleonem magna auctoritate valuit apud populum Atheniensem. Vide schol. Aristoph. ad ranas pag. 239. Μαρικᾶς autem notat *Cinaedum*, vt ait Hesych. Periz.

6. Ὅς τις αὐτῶν εὐτελέστατος) Malui vertere, non *contemtissimos et abiectissimos*, vt fecit Vulteius, sed *parcissimos.* Sic εὐτελῶς διεβίω, *frugaliter vixit*, supra V. 1. De luxuria autem in *annulis* variis et pretiosissimis posita, vide supra ad III. 19. Artem ipsam sculpturae videre etiamnum licet in tot gemmis, quae ex antiquitate supersunt a variis iam editae. Perizonius.

σφραγῖδας εἶχε δέκα μνῶν· παρῆν δὲ θαυμάζεσθαι καὶ τοὺς διαγλύφοντας τοὺς δακτυλίους.

ΚΕΦ. λα.

Περὶ διαφόρων οἴνων Ἑλληνικῶν.

Φέρε, οἴνων Ἑλληνικῶν, [1] διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς, ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν. [2] Πράμνειόν τινα

1. Διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς) Nescio quae prurigo Fabrum adegerit ad haec sollicitanda, et reponendum, διὰ φήμης, quum quod editur, sit ex mstis haustum, atque optime se habeat. Sic supra IX. 4. Ἀνακρέοντα ἐτίμα, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε. Et XIII. 2. ὁ δὲ παρανόμως σφαγὰς διὰ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ. Ceterum Sluisk. longe maiori specie pro ἐν τοῖς παλαιοῖς legit ἐν τοῖς πάλαι. Perizon. — Cum Sluisk. consentit Med. 3. Itaque recepit Abr. Gronou. eumque secuta est edit. Basil. Paulo antè vitiose inserit καὶ Med. 3. ante διὰ σπουδῆς. Ceterum, quae adfert Perizonius exempla ad probandum, recte se habere vulgatam, male a Fabro tentatam, ea tantum altera sui parte huc vocari possunt. Magis adposita sunt, quae attulit Abresch. animadu. ad Aeschyl. lib. I. p. 24. ex Aelian. hist. anim. XI. 10. δι' εὐφροσύνης ἔρχεται. XIII. 25. οἱ διὰ τιμῆς ἰόντες. XIV. 29. διὰ δόξης ἰὸν καὶ κλέους. XVII. vltim. διὰ τῆς πείρας τῆσδε ἐλθεῖν.

2. Πράμνειον) Plerique tradunt nasci hoc vinum in insula *Icaro*; vide Athen. I. 24. et Eustath. ad Homer. Iliad. Λ. pag. 818. Alii apud hunc eundem *iuxta Ephesum*. *Smyrnae* nasci ait Plin. XIV. 4. In Thracia ad *petram Pramniam* schol. Aristoph. ad equit. p. 294. Quapropter neutiquam putem vnius esse loci vinum, aut a certo loco primitus appellatum, sed potius loca quaedam, seu petras et montes, ab hoc vino nomen traxisse. Accedo autem illis, qui ab re ipsa nomen huic vino impositum volunt, sed ex omnibus etymis, quae videri possunt apud Athen. Eustath. et schol. Arist. longe praefero illam, quae sic vocitatum censet, tanquam πρὸς παραμονὴν ἐπιτήδειον, *idoneum ad durationem*, οἱονεὶ Παραμένειον ὄντα, vt ait Athen. sed ὅτι παραμεμένηκε παλαιωθεὶς, *quod duraret iam inueteratum*, vt Eustath. seu διὰ τὸ πολυχρόνιον παραμένειν, *quia longo tempore duret*, vt schol. Arist. Nam reuera durabile erat hoc vinum, vt etiam ex hac etymologica ratione discimus. Sed et austerum fuit, vt inde frons et aluus contraheretur in rugas, atque ideo ab eo abhorrebant Athenienses, vt ex Aristophane tradit Athenaeus. Talia autem vina optime tempus ferre possunt. Quod ipsum etiam ex eo colligitur, quod *spissum* erat, immo *nigrum*, et *multum alimenti conferebat*. Quod *nigrum* fuerit, diserte ait Eustath. Quin Suidas tradit esse, qui ἰδίως, *proprie*, omne *nigrum vinum* πράμνειον appellari putent. Alterum vero habet Athen. sed cap. 8. vbi de hoc vino, ὃν ἴσμεν, ait, παχὺν καὶ πολύτροφον, *quod scimus esse spissum et multi alimenti*. Quae etiam verba, vt multa alia alibi, exscripsit ex Athen. Eustath. ad Il. Λ. pag. 813. Et sane oportebat esse spissum, quum esset nigro colore. Mirari itaque quis possit apud eundem Athen. cap. 24. ex Eparchide scribi, esse hoc vinum, οὔτε γλυκὺ, οὔτε παχὺ, ἀλλ' ἀυστηρὸν. Sed intelligitur istic, *pinguis mollicies* vini, quae *duriciei* opponitur. Sed

ἐκάλυν, ἱερὸν δ᾽ ἦν ἄρα τῦτο τῆς Δημήτρας· [3] καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσυ, καὶ Θάσιος ἄλλος, καὶ Λέσβιος· καὶ ἐπὶ τύτοις [4] γλυκύς τις ἐκαλεῖτο, πρέπων τῷ ὀνόματι τὴν γεῦσιν· καὶ Κρὴς ἄλλος, [5] καὶ ἐν Συρακύσαις Πόλιος· ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος ἐγχωρίυ βασιλέως. Ἔπινον δὲ καὶ Κῶον οἶνον, καὶ ὕτως αὐτὸν ἐκάλυν, καὶ Ῥόδιον κατὰ τὰ αὐτὰ ὀνομάζοντες.

Τί δὲ, ὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις; Μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες ὕτως ἔπινον, καὶ [6] ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν· καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος [7] Μυῤῥι-

et quamuis *austeri* aliquid haberet, nec *dulce* esset, vel sic tamen suaue satis erat. Certe Aristarchus apud Suidam τὸν ἡδὺν οἶνον, *suaue vinum*, dicebat *Pramnium*. Denique erat πολυτίμητον, *multo in pretio* apud ipsos Athenienses, si schol. Aristoph. d. l. fides. Ceterum quia πολύτροφον, *multi alimenti*, quoque erat, idcirco crediderim etiam *Cereri*, quod noster h. l. ait, fuisse *sacrum*. Periz.

3. Καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσυ) De hisce vinis vide Athen. I. 22. et 23. Polluc. VI. 2. Plaut. poenulo III. 3. 85. Plin. XIV. 7. Periz.

4. Γλυκύς) De vinis *dulcibus* agit et Plin. XIV. 9. ex professo. Periz.

5. Καὶ ἐν Συρακύσαις Πόλιος) Athen. I, 24. Πόλλιον vocat, et *regem* illum, Πόλλιν, qui *Argiuus* fuerit, et ex Italia hanc vitem transtulerit in Siciliam. Pollux vero VI. 2. vinum appellat Πολλαῖον a Πόλλιδι, si recte ita librarii; diuersos porro facit *Argiuum* illum, et *regem* Syracusarum, quod et verisimilius videtur. Nam ait: Πόλλας δὲ αὐτὸν ὁ Ἀργεῖος πρῶτον ἐπεσκεύασεν, ἀφ᾽ ὗ καὶ τὔνομα; ἢ ἀπὸ τῦ Συρακυσίων βασιλέως, Πόλιδος, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, *Pollas autem Argiuus vinum illud primum parauit, unde et nomen, vel a rege Syracusanorum, Pollide, vt Aristoteles tradit*. Sluisk. hic legit, ἀπό τινος χωρίυ βασιλέως. Perizon. — Et Med. 3. aeque vitiose ἀπό τινος χώρας.

6. Ὑπερηναγκάζοντο) Sic quidem et msti. Sed tamen prorsus assentior eruditis, qui maluerunt ὑπερηγάζοντο, *maiorem in modum probabant, aestimabant*. Sic XII. 1. ὑπερηγάσθη τὴν εὐγένειαν αὐτῆς. Perizon. — Abr. Gronou. placuit ὑπερησπάζοντο, quod Iac. Gronou. iam coniecerat. Ego in recepta a Perizonio lectione acquiesco.

7. Μυῤῥινίτης) Etiam hic cum Had. Iunio et Schaeffero legerim μυῤῥίνης. Intelligit enim auctor vinum μύρῳ μιγνύμενον, *vnguento mistum*, quod μυρίνης, vel μυῤῥίνης dicebatur, vt diserte tradunt Hesych. et Pollux. Vide Hadr. Iun. animadu. V. 19. μυῤῥινίτης vero erat vinum myrteo succo vel odore infectum. Nam *myrtus* Graecis etiam μυῤῥίνη ac μυρσίνη dicitur. Vide supra II. 41. Μύρον autem, quod *vnguentum* notat, videtur formatum ἀπὸ τῆς σμύρνης, vel vt Aeoles loquebantur, μύῤῥας, quia potissimum ex *myrrha* Arabica fiebat. Athen. XV. 11. μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα, παρ᾽ Αἰολεῦσι, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, καὶ ἥ γε στακτὴ καλυμένη διὰ μόνης ταύτης, *myrrha dicebatur, quae smyrna, apud Aeolenses, quoniam pleraque vnguentorum ex smyrna conficiebantur, et illa quidem, quae stacte vocatur, ex ea sola*. Hinc certe latini *murrham olere* dicebant.

νίτης. Μέμνηται δὲ αὐτῶ [8] Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής.

(Plaut. asin. V. 2. 79.) qui olebant vnguenta exotica: Et *Arabium murrhinumque odorem* coniungit idem Plaut. poen. V. 4. 6. Sed et inde vinum dulce et odoratum vocabatur *murrhina potio*. Vide Festum. Quia scilicet, vt ait Plin. XIV. 13. *myrrhae odore erat conditum*. Odor enim iste in vnguentis maxime eminebat, et gratissimus erat. Atque ita cap. 16. ait Plin. *Aromatiten inuenio factitatum tantum non vnguentorum compositione, primo e myrrha, vt diximus, mox et nardo*. Quo circa nullam video caussam, quare viri docti (vide Salmas. ad Solin. pag. 711. extr. et Had. Iun. d. l.) reprehendant Plinium, quando dixit cap. 13. *lautissima et dulcia vina apud priscos fuisse myrrhae odore condita*. Aut legi istic malint *miro*, vel *myri odore*: Nam licet *myrrha* proprie fuerit amara, sapor ille exstinguebatur aliis vnguenti succis in illa *vnguentorum compositione*, ita, vt gratissimus tantum *myrrhae odor* superesset, et vinum, per ipsum vnguentum ex aliis etiam rebus confectum, satis euaderet dulce. Certe inter vnguenta, quae etiam ad potum seu compotationem sint idonea, refert Athen. XV. 12. etiam *croceum*, *sed absque multa myrrha*. Erat ergo *myrrha* etiam addita, sed non ita, vt sapor exstaret aut offenderet. Quin immo et *stacten*, quae ex sola conficiebatur myrrha, *idoneam* ait fuisse *ad potum*, verum, opinor, si multo vino dilueretur, aut pauxillulum *stactes* adderetur vino. Periz.

8. Φιλιππίδης) Vide supra ad X. 6. Periz.

ΚΕΦ. λβ.

Περὶ Πυθαγόρε, Ἐμπεδοκλέυς, Ἱππίυ, καὶ Γοργίυ ἐνδύματος, καὶ ὑποδήματος.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει [1] στέφανον χρυσῦν, καὶ [2] ἀναξυρίδας. [3] Ἐμπεδοκλῆς

1. Στέφανον χρυσῦν) An vt haberetur ac videretur sacerdos deorum, quorum voluntate etiam aureum femur sibi tribuebat? Certe *corona* simul cum *candida veste* erat sacerdotum et sacrorum propria adeo, vt Plutarch. de audiend. poet. στέφανον ἱερατικὸν, *coronam sacerdotalem*, ideo dicat. Vide me supra ad III. 3. An vero, vt denotaret ita, dari ab se leges ciuitatibus vtiles? quarum symbolum ipsi erat *corona*. Vnde et inter eius dicta ac praecepta, hoc quoque refert Malchus, seu Porphyr. p. m. 199. στέφανον μὴ τίλλειν, τουτέστι, τὰς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι. Στέφανοι γὰρ πόλεων ὅτοι, *coronam non carpere*, aut *vellere*, *h. e. leges non violare*, aut *abiicere*. *Hae enim sunt coronae ciuitatis*. Periz.

2. Ἀναξυρίδας) Erant similes nostris braccis, quae attrahendo vsque ad imum ventrem induebantur. Eustath. ad Iliad. Β. pag. 163. τὸ κάλυμμα τῆς αἰδῦς οἱ Ῥωμαῖοι μὲν βράκκαν φασὶν, ἕτεροι δὲ ἀναξυρίδας ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι, *tegumentum pudendorum Romani quidem braccas vocant, reliqui vero anaxyridas ab attrahendo*. Vides ab *attrahendo* dictas. Adde et Phryn. in eclog. attic. pag. 88. extr. Sed et ideo quando [a] euehebantur, dicebantur

δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἁλυργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι

extrabi. Suidas in *κάνδυς*. *Καὶ ἀναξυρίδας ἐξελκύσαντες*, *et extrahentes anaxyridas.* Vides etiam attractas eo vsque, vt essent *κάλυμμα τῆς αἰδοῦς*. Hinc Suidas ex veteri scriptore, sed aeui Theodosiani, *ἱμάντα τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας δέοντα*, *lorum, quod braccas circa pudenda colligat.* Strabo lib. IV. pag. 196. *braccatis* Gallis tribuit *ἀναξυρίδας*. *Braccae* ergo erant. Sed tegebant saepe etiam *crura*. Vnde Pollux lib. VII. *τὰς δὲ ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσιν*, *anaxyridas etiam cruralia tegmina vocant.* Et Arrian. in tactic. p. m. 79. Romanos ait in campestribus exercitiis habuisse *ἀναξυρίδας περὶ τοῖν σκελοῖν, οὐ καθάπερ Παρθυαῖοι καὶ Ἀρμένιοι κεχαλασμένας, ἀλλὰ περισφιγγομένας τοῖν σκελοῖν*, *anaxyridas circa crura, non sicut Parthi et Armenii laxas, sed adstrictas cruribus.* Inde vero videtur factum, vt militibus proprie tribuat Phryn. d. l. et pro altioribus etiam caligis, quibus maxima pars pedis immittitur, vox illa ponatur. Certe Hesychius exponit non tantum *φεμινάλια, βρακία, βαρβαρικά*, sed et *ποδῶν ἐνδύματα, ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικά*, *pedum indumenta, calcei profundi et regii.* Erant autem hae *ἀναξυρίδες* propriae Persis quidem maxime, sed et Armeniis, immo et Scythis iuxta Graeciam. Nam Graeci iis vix vtebantur, atque idcirco Eustath. ad Hom. d. l. obseruat, poetam in illo versu, *χλαῖνάν τ᾽, ἠδὲ χιτῶνα, τά τ᾽ αἰδῶ ἀμφικαλύπτει*, *laenamque, et tunicam, et quibus pudenda circumuelantur*, posteriora haec *περιφραστικῶς* dixisse, quia non erat tunc Graecis *μία λέξις, δηλωτικὴ τοῦ καλύμματος τῆς αἰδοῦς*, *vna vox, quae significaret tegimen pudendorum.* Intelligi autem vult, vt verbis superius iam allatis dein declarat, ista periphrasi *ἀναξυρίδας*, quomodo *reliquos* illud regimen *vocare* addit. Proprie autem *Graeci* ipsi illud ita *vocarunt* ex isto vsu induendi, quando primum viderunt et paulatim receperunt, sed apud *reliquos* illos, seu Graeciae vicinos, erat vsitatum, maxime tamen apud Persas. Vide Brisson. de regn. Persar. pag. 42. Nam apud Graecos, certe in pugnis, quam nullo fuerint olim in vsu, patet ex oratione Aristagorae Milesii, qua Spartanos exhortabatur ad bellum Persis inferendum, vtque hos ostenderet minime *ἀλκίμους*, *strenuos*, esse, sed ita e contrario instructos ornatosque, vt facillime vinci queant, ait inter alia de Persis, *ἀναξυρίδας* (apud Herodot. V. 49.) *δὲ ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας*, *braccis vero vestiti prodeunt in pugnas.* Manifestum ex eo, neutiquam ita solere Graecos. Ceteroquin enim ridiculum foret apud illos id argumentum. Et ideo neque in illo Homeri versu *ἀναξυρίδας* proprie designari putem, vt vult Eustathius, sed aliud quiddam, vel subligaculum, vel *γένος τι περιμηρίδίων*, vt ait Arrianus. Sed neque Romani veteres habuerunt. Nam quod Eustathius ait, Romanos id regimen pudendorum appellare *braccam*, accipiendum est de Romanis posterioribus, seculi secundi minimum, vel tertii, post Caesarum dominationem exortam. Certe enim Galli cisalpini eo ipso distinguebantur olim a transalpinis, quod hi suo et barbaro more vestiti, *braccati* dicerentur, illi Romanorum more, *togati*. Atque hinc Caecinna, qui ducebat exercitum Vitellii contra Othonem, municipiis et coloniis Italiae superbus fuit visus, quod *braccas, tegimen barbarum, indutus, togatos alloqueretur*, apud Tacit. hist. II. 20. Habebant tamen Romani fascias, quibus inuoluebant femora, quaeque *feminalia* appellabant. Sed vix vtebantur iis, nisi parum prospera valetudine, aut hyemis tempore, quo certe Augustus *iis muniebatur*, vt tradit Sueton. cap. 82. Extraordinarium quid itaque fuit tunc in Pythagoras

χαλκοῖς. [4] Ἱππίαν δέ, καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι, διαῤῥεῖ λόγος.

cum in Graecia, tum in Italia, quod ex orientalium more ἀναξυρίδας quoque gestarit, forte, vt aurei femoris fabulam tutius et facilius de se spargere posset. Perizon.

3. Ἐμπεδοκλῆς) Vixit tempore Xerxis, vel paulo post. Certe illius διάβασιν, *transitum* ex Asia in Graeciam, carmine quodam exposuisse dicitur apud Laertium. Pythagorae, vel Parmenidis, fuit auditor. *Crepidae* illius *aereae* notissimae sunt, quippe quarum ex altera cognitum fertur, insiluisse eum in Aetnam, quod tamen refutat Strabo lib. VI. pag. 274. Periz.

4. Ἱππίαν δὲ καὶ Γοργίαν) Eleus ille, hic Leontinus fuit patria; vterque sophista et rhetor, vterque etiam ea dicendi arte valuit, vt per varias ciuitates iuuenibus facile persuaderent, vt pecunia data illorum copiam et conuictum sibi compararent, teste Plat. in apol. Socr. Hippias etiam gloriatur mitti se solitum prae ceteris ciuibus ab Eleis ad alias ciuitates legatum de re publica apud Plat. in cognom. dial. init. sed et Socrat. ibi p. m. 291. eum dicit καλῶς ἔχοντι ἀμπεχόμενον, καλῶς δὲ ὑποδεδεμένον, εὐδοκιμοῦντα δὲ ἐπὶ σοφίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι, *pulchre ita vestitum, pulchre etiam calceatum, celebrem vero eruditione inter omnes Graecos.* Ex quo satis apparet hominis studium sui ornandi. De his ipsis rhetorr. vide etiam Cicer. in Bruto, atque ibi omnino doct. Corradi comment. p. 42—45. Perizon.

ΚΕΦ. λγ.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ ἰατροῦ τοῦ Πύῤῥου ἐπιβουλὴν οὐ προσήκαντο.

[1] Κινέας ὁ Πύῤῥου ἰατρός, φασι, πρὸς τὴν βουλὴν τῶν Ῥωμαίων ἔγραψε [2] δι' ἀποῤῥήτων, καὶ ᾔτει χρήματα,

1. Κινέας) Tuentur hanc lectionem msti, nisi quod Sluisk. et reg. duo legunt Κιννέας. Sed vel erravit auctor memoriae vitio, confundens comitem et amicum Pyrrhi *Cyneam* cum hoc homine, vel reponendum est Νικίας, vt iam monuit Schott. obs. III. 33. ex Gell. III. 8. vbi non *Valerius Antias*, vt hic ait Schefferus, sed *Cl. Quadrigarius* eum appellat *Niciam*: quem et noster hic videtur secutus. Valerius autem Antias illum hominem *Timocharem* vocat, et eum sequitur Val. Max. VI. 5. 1. Adde his Amm. Marcell. XXX. 1. *qua animi magnitudine Fabricius ille Luscinus Democharen, vel, vt quidam scribunt, Niciam, ministrum repulerit regium, colloquio occultiore pollicitum, quod Pyrrhum Italiam tunc bellis saeuissimis exurentem veneno poculis necabit infestis; scripseritque ad regem, vt ab interiore caueret obsequio.* Vide ibi Valesium. Periz.

2. Δι' ἀποῤῥήτων) Scil. γραμμάτων, *arcanis literis*. Sic Herodian. VII. 6. 14. ὅτι φέρουσι γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον (Μαξιμίνου, voluit Politianus, vertens *a Maximino*, sed male) ἀπόῤῥητα, *quod ferant arcanas ad Maximinum literas*. Paulo ante dixerat, δι' ὧν τὰ ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται, *quibus pugillaribus solent arcana et secreta nunciari imperatoribus.* Polyaen. I. 37. ὁ δὲ τοῖς Ἀβυδηνοῖς τὸ ἀπόῤῥητον ἐξηγόρευσε, *ille vero arcanum hoc Abydenis enuncians.* P.

καὶ ὑπισχνεῖτο ἀποκτείνειν φαρμάκοις τὸν Πύῤῥον. Οἱ δὲ οὐ προσήκαντο τὴν ὑπόσχεσιν. Δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι· οὐ μὴν [3] διὰ τέχνης, καὶ πανουργίας, καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθρούς. Ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Πύῤῥῳ τὴν γνώμην τοῦ Κινέου [4] ἐξέφαναν.

3. Διὰ τέχνης, καὶ ἐπιβουλῆς) Nota mihi, lector, hoc iterum in loco socordiam tot editorum, et disce quam auctor hicce necdum vnquam, ne ad primas quidem edd. nedum ad mstos, fuerit rite recensitus. Reuocare enim debui tum ex mss. tum ex duabus primis edd. Romana et Basileensi, haec verba, καὶ πανουργίας. Exciderunt ea primum ex Gesneriana, vnice per incuriam officinae. Nam versio Vulteii, quae illa, vt oportebat, expresserat hoc modo, *non technis*, CALLIDITATE, *vel insidiis*, seruata est istic integra. At secutae deinceps edd. ad vnam omnes, tot Tornaesianae, tum Parisina, Geneuensis, Schefferianae, denique illae Fabri et Kuhnii, vitium Gesnerianae adoptarunt, et ne per versionem quidem, quam tamen retinuerunt pariter, in eam deuene runt cogitationem, vt illam ad editionem romanam componerent, et ex ea fugitiuas graecas voces reuocarent. Paulo post etiam reposui καὶ αὐτῷ τῷ Πύῤῥῳ, vbi itidem illud τῷ omiserant Schefferus, Faber, Kuhnius, quod et msti, et antiquiores edd. exhibent omnes. Perizon.

4. Ἐξέφηναν) Msti ἐξέφαναν. Neque aliter primae edd. Rom. et Basil. Quum vero vtrumque recte dicatur, nullam video rationem, quare alterum praetulerit Gesnerus, et ceteri editores, sed qui, re non explorata, illum simpliciter, vt solent, sunt secuti. Reposui, quod scriptum inueni. Pindar. nem. od. IV. 110. de diis et Peleo, δῶρα καὶ κράτος ἐξέφαναν ἐς γένος αὐτῷ. Ceterum non in nomine tantum, sed et in re ipsa discrepant Val. Antias, et Claud. Quadrigarius. Siquidem ille diserte ait mandauisse senatum legatis, *vt de Timochare nihil proderent* Pyrrho, hoc est, vt hominem ipsum non proderent regi. Sequitur eum Val. Max. At Quadrigarius epistolam exhibet, quam coss. ad regem dederint, qua *Niciam* illi nominatim produnt. Plutarchus vero cum in Pyrrho, tum in apophth. ipsam medici illius epistolam ad regem ait missam, et ideo illum a rege punitum ac suspensum. Immo corium ei detraxit Pyrrhus, idque in sellam distendit affixum, si fides Zonarae annal. I. Cicero quoque de offic. III. 22. *hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum*. Frontinus IV. 42. *regi medicum detexit*, hoc est, ἐξέφηνε, vt noster ait, qui huius quoque est sententiae. Periz.

ΚΕΦ. λδ.

Περὶ Παυσανίου καὶ Ἀπελλοῦ ἐρώτων.

Ἔρωτες ἡμῖν τῶν ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι εἰς μνήμην ἐδόθησαν, καὶ οὗτος δὲ οὐχ ἥκιστα. [1] Παυσανίας

1. Παυσανίας Valde mihi suspectum hoc amoris exemplum. Nam quid in eo notatu dignum, quod quis *vxorem suam amauerit*? Cre-

μὲν γὰρ ἤρα τῆς αὐτοῦ γυναικός. [2] Ἀπελλῆς δὲ καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου παλλακῆς, ἧπερ ὄνομα ἦν Παγκάστη, τὸ δὲ γένος Λαρισσαία ἦν. Ταύτης καὶ πρώτης, φασὶν, ὁ Ἀλέξανδρος ἐφιλήσεν.

[illegible] plura intercidisse. Mihi tamen [illegible] quod [illegible] legit [illegible] Perz. — Non [illegible] cum Perizonio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est con[illegible] qui [illegible] Ἀπελλῆς [illegible] — Παγκάστη [illegible] idem esse [illegible] Sed quum [illegible] omnia [illegible] [illegible], ipse [illegible] auctor. cum nullus [illegible] nomen [illegible] [illegible] Vid. Bremeri obseru. et emend. in qu. vet. script. loc. fasc. I. pag. 7.

2. Ἀπελλῆς δὲ καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου) Ab vtroque cod. etiam a Medic. 3. abest illud καὶ, nec requiritur plane. Concubinam autem hanc Apelli donauit Alexander, quum ille eam, nudam pingere iussus, deperire coepisset. Vide Plin. XXXV. 16. vbi Campaspe scribitur per errorem haud dubie librariorum. Factum ad respicit etiam Lucian. in imagin. non longe ab initio, quando Apellem iubet pulcherrimae feminae corpus pingere ad imaginem huius Pancastae, quae tamen et ibi male vocatur Pacate. Periz.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ Περιάνδρων, Μιλτιαδῶν, Σιβυλλῶν, Βακίδων.

Ὅτι [1] δύο Περίανδροι, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, ὁ δὲ τύραννος· καὶ [2] Μιλτιάδαι τρεῖς, ὁ τὴν Χεῤῥόνησον κτίσας, καὶ

1. Δύο Περίανδροι) Alter Corinthius, et septem sapientibus a quibusdam adscriptus, alter Ambraciota, vterque tyrannus, hoc est, absolutae potestatis dominus in suos ciues. Vide omnino Laert. Periandro I. 99. et istic interpr. Adde Meurs. archont. I. 10. Perizon.

2. Μιλτιάδαι τρεῖς) Nullus dubito, quin auctor heic ex vno Miltiade, quem reperit diuersis modis appellatum, fecerit duos diuersos. Certe *Miltiades Cypseli f.* ille est, qui *Cherronesum condidit.* Vide Rutgers. var. lect. I. 9. p. 30. 31. licet is in stemmate ipso retinuerit e Reineccio controuersum illum Miltiaden primum, filium Tisandri, patrem Hippoclidae, quum diserte Hippocliden *Tisandri* ipsius *filium* dicat Herodotus. In contrarium errorem prolapsus est Nepos, qui Miltiaden Marathonium facit conditorem Cherronesi. Et laterem lauat istic Rauenius, quando contra Rutgersium et Petauium excusare et tueri nititur suum auctorem. Error iste nimis est manifestus cum ex Herodoto, Aeliano, et Marcellino, qui vitam Thucydidis nobis reliquit, tum ex tota rerum gestarum historia, vtriusque rei tempore, ac ipso Miltiadis stemmate. Excusari felicius forsan possit Pausanias, erroris etiam accusatus a Rutgersio. Etenim ait ille eliac. II. 19. de Miltiade Cimonis f. Marathonio, ὃς ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ Θρακίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης, qui summam potestatem te-

ὁ Κυψέλλȣ, καὶ ὁ Κίμωνος. [3] Σίβυλλαι τέσσαρες, ἢ

nuit in Cherroneso Thracia primus ex illa familia. Nam certe Marathonius hic Miltiades ex alia fuit *familia*, quam ille Cypseli. Siquidem Cimon Marathonii pater, et prior Miltiades, fratres quidem fuerunt, sed vterini, et ita diuersos habuerunt patres. Sed tamen vel sic aliquid etiamdum in illa desideres locutione, quum ex eadem tamen *familia* ante Marathonium Miltiaden Stesagoras frater illius germanus iam tenuerit Cherronesum, si fides Herodoto. Vt tamen ex parte etiam iuuemus auctorem nostrum, *tertium*, sed antiquissimum et ignotum, eruemus *Miltiaden*. Nempe archon is fuit ἐπώνυμος ann. 2. olymp. XXX. vt nos docet συναγωγὴ ἱστοριῶν a Scaligero edita, et Pausan. arcad. cap. 39. Qui etiam in messen. cap. 23. eum nominat, sed olymp. XXIX. adscribit, per errorem ex eo ortum, quod nonnulli Chionem Laconem tradiderunt vicisse olymp. 29. alii olymp. 30. Vide illam συναγωγήν. Perizon.

[3] 3. Σίβυλλαι τέσσαρες) Lactant. I. 6. de falsa relig. ex Varrone, *Sibyllinos libros, ait* Varro, *non fuisse vnius Sibyllae, sed appellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes feminei vates Sibyllae sunt a veteribus nuncupatae, vel ab vnius Delphidis nomine, vel a consiliis deorum enunciandis.* Σιὸς *enim deos, non* θεὸς, *et consilium, non* βȣλὴν, *sed* βυλὴν *appellabant aeolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi* θεοβȣλήν. Quod feminae fatidicae tandem sic appellatae fuerint in vniuersum a veteribus, res est certissima. Et tradunt hoc ipsum quoque alii. Atque hinc etiam Manto Tiresiae filia, et Cassandra Priami, inter *Sibyllas* a Suida numerantur. Etymologia vero vocis est ineptissima, et satis confutata a Salmasio ad Solinum pag. 80. Ille vero a σίδη, quod notat *malum punicum*, pro quo Aeoles dixerunt σίβη, deriuat Σιβύλλαν. Non male, et satis analogice, incerta tamen deriuatione. Possis enim eadem specie arcessere ab antiquo σίβος vnde latini acceperunt obsoletum illud *sibus*, h. e. *callidus, acutus.* Vide Festum in *Sibus*, et *Persicus*, pro quo legendum esse *Persibus*, demonstrauit Scaliger. Sed et inde Graeci Σιβύνην, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον, *telum hastae simile.* Vide Hesych. et Suidam. Possis etiam a σίβω et σίβομαι, *colo, veneror*, deducere, vsitatissima in deriuationibus literae E in I mutatione. Sed ipsa haec originis, quaecunque tandem sit, incertitudo, vt et tota vocabuli forma, satis declarat nomen fuisse vere proprium, non commune aut appellatiuum: sed quod quum proprium fuisset illustri feminae fatidicae inter Graecos, ab his dein datum est omnibus aliis simili arte, etiam apud alios, celebribus feminis, plane vti Libyco, Tyrio, Italico heroi dederunt *Herculis* sui nomen, et aliorum deorum aliis aliarum gentium diis. Haec etiam caussa est, quare tam varius Sibyllarum numerus tradatur a veteribus, dum alii duas, alii tres, quatuor, sex, nouem, decem, vndecim, et plures memorant. Non possum, quin adscribam hanc in rem Pausaniae locum, sed pessime versum. Tradit ille in phoc. c. 12. ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ ᾄδειν φασὶν ᾆσαι τȣ̃ς χρησμȣ̀ς, ὄνομα Ἡροφίλην, Σιβύλλαν δὲ ἐπίκλησιν, τὴν πρότερον γενομένην. Ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως ὅσαι ἀρχαίαν εὕρισκον, ἣν θυγατέρα Ἕλληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνος φασὶν εἶναι, καὶ χρησμȣ̀ς τε αὐτὴν γυναικῶν πρώτην ᾆσαι, καὶ ὑπὸ τῶν Λιβύων Σιβύλλαν λέγȣσιν ὀνομασθῆναι. Ἡ δὲ Ἡροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, φαίνεται δὲ ὅμως πρὸ τȣ̃ πολέμȣ γεγονυῖα καὶ αὐτη τȣ̃ Τρωικȣ̃. Vertuntur haec: *de quo saxo Sibyllam Herophilen oracula canere solitam Delphi tradidere: quae cognomine Sibylla nuncupata ab initio fuit, perinde atque aliam quamuis anti-*

[3]Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. Οἱ δέ φασι, καὶ ἕτεραι ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν [4] Ἰουδαίαν. [5] Βάκιδες

quam fuisse congeri. Filiam graeci Iouis etc. Satis manifestum, non distingui in ista versione *Herophilen* ab *antiquiore Sibylla*, in qua tamen re consistit totius loci sententia. Et res clarissima est ex vltimis loci verbis, ἡ δὲ Ἡροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, *Herophile vero, posterior illa*. Quae enim est ἐκείνη, nisi *antiquior Sibylla*, diuersa igitur ab *Herophile* hac. Miror profecto tales versiones ita repeti identidem nouis editionibus, nec tamen vel verbo declarari lectoribus earum vitium. Vertendum certe fuerat: *in illa petra Delphi aiunt stantem cecinisse oracula feminam, nomine Herophilen, cognominatam Sibyllae nomine, quae prius iam fuerat. Hanc inueni antiquam non minus fuisse, quam quae maxime. Filiam etc.* Reliqua enim pertinent ad hanc *antiquam Sibyllam*, vsque dum redit auctor ad *Herophilen*. Sed et in graecis Pausaniae verbis, quibus ait, ὑπὸ τῶν Λιβύων Σίβυλλαν ὀνομασθῆναι, *Libyes Sibyllae nomine eam appellasse*, haesitare me aliquantulum fateor. Nam nullam video causam, quare primum *Libyes* nomen feminae graecae dederint, et dein quare illi eam vocarint *Sibyllam*. Alterius vtrius saltem aliquam dedisset rationem auctor, ita diserte istic primam nominis illius inuentionem vel impositionem commemorans. Putem plane, tradidisse simpliciter Pausaniam, *Sibyllae* nomen a nomine *Libyes* formatum, litera L mutata in S, vt solent hae literae quoque sibi inuicem aliquando locum cedere. Sic *Chaldaei* qui dicuntur a graecis et latinis, sua lingua vocabantur *Chasdaim*. Si ita, tum sane legendum foret potius, καὶ ἀπὸ τῶν Λιβ. Ratio autem istius deriuationis haec foret, quod, quum esset Lamiae Neptuni filiae filia, ex mari *Libyco* vel *Libya* in Graeciam venerit. Et videtur tale quid velle Plutarch. de Pythia pag. 398. vbi ait, ἔνιοι δέ φασιν ἐκ Μαλιέων ἀφικέσθαι Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος, *quidam vero aiunt Maleona*, (seu *Maleam* promontorium Peloponnesi e regione Africae) *eam appulisse, quum esset filia Lamiae, Neptuni filiae*. Vnde istuc, obsecro? nisi ex opposita *Libya*, quo nomine a Graecis appellabatur olim omnis Africa. Sed diserte Euripides Sibyllam hanc, Lamiae filiam, *Libycam* fuisse tradidit in deperdita iam fabula, *Lamia*. Vnde Lactant. ex Varrone d. l. Sibyllas decem enumerans, primam ait fuisse *Persicam*, *secundam Libycam*, *cuius meminit Euripides in Lamiae prologo. Tertiam Delphicam*. Conferri haec debent cum Pausania, et ita liquebit, Sibyllam, quae ante *Delphicam* extitit in Graecia, fuisse vere *Libycam*. Sed et *Lamia* mater eius ab eodem Euripide in fragmento istius fabulae Λιβυστικὴ dicitur. Quapropter vix dubito quin id voluerit Pausanias, illam, quum Libyca fuerit, et in Graeciam venerit ἀπὸ τῶν Λιβύων, inde quoque dictam a Graecis, primo forsan Λιβύλλαν, deinde vero Σιβύλλαν. Ceterum liquet ex hoc ipso Pausaniae loco etiam illud, quomodo primae inter Graecos *Sibyllae*, et proprie ita dictae, nomen per ἐπίκλησιν similibus dein feminis fuerat datum. Perizon. — Esse hanc adpellationem ex asiatica lingua petendam, multis ostendit Heidius in histor. relig. vet. Persar. cap. 32. Ceterum Med. 3. mox legit Αἰγυπτία καὶ Σαρδιανή· οἱ δέ φασι καὶ ἑτέρας ἕξ. Abr. Gronou.

4. Ἰουδαίαν) Haec ab aliis Aegyptia, Persis, Babylonia, Chaldaea fuisse dicitur, et filia quidem Berosi. Vide Pausan. phoc. 12. qui addit

τρεῖς, ὁ μὲν Ἕλλην, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς.

apud Hebraeos supra Palaestinam exstitisse, et proprio nomine appellatam Σάββην. Suidas vocat Σαμβήθην. Verba eius sunt: Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ καὶ πρὸς τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίω ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη. At nomen hoc analogica ratione ab illo Σάββη, quod negare non debuisset Galläeus, est formatum, litera M loco prioris B inserta. Sic ab *Abbuba*, quod Chaldaeis notat *tibiam*, mulieres *Ambubaiae*, apud Horat. et Sueton. Multa sunt similia, et dudum obseruata a doctis. Ceterum haec *Sambethe* etiam diuinis honoribus, seu sacellis, videtur a quibusdam culta. Certe ad eam referendum, quod legimus in illustri inscriptione Thyatirena apud Spon. itiner. tom. I. pag. 398. Φάβιος Ζώσιμος κατασκευάσας σορὸν ἔθετο ἐπὶ τόπῳ καθαρῷ, ὄντος πρὸ τῆς πόλεως πρὸς τῷ Σαμβαθείῳ ἐν τῷ Χαλδαίου περιβόλῳ, *Fabius Zosimus, cum praeparasset arcam, posuit in loco puro ante vrbem apud sacellum Sambethes in Chaldaei ambitu.* Sponius, quid hisce faceret, plane ignorabat. Vertit enim, *au lieu appellé Sambathaeum, dans le jardin du Chaldéen.* At vero περίβολος non *hortum* notat, sed ambitum, et septem alicuius aedificii, et maxime templi. Sic supra de tabernaculo Alexandri IX. 3. περιέχει δὲ τὴν σκηνὴν περίβολος, ἵνα ἦσαν Μακεδόνες χίλιοι. De templis vero et aris apud ipsum Spon. itin. tom. II. pag. 486. vbi P. Licinius Priscus exstruxisse dicitur τοὺς τῶν πατρίων θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περιβόλῳ καὶ προνάῳ. Et dein καὶ τῷ ἡλίῳ τὸν ναὸν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἄγαλμα, καὶ τὸν περίβολον, τὸν δὲ περίβολον τῆς ἱερᾶς Νάπης καὶ τὰς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δημήτρας, καὶ Κόρης, καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος. Adde Cebetis tabulam, non longe ab initio. In tali *peribolo*, qui *Chaldaei* dicitur, siue quod a Chaldaeo quodam circumdatus erat istic templis quibusdam, siue quod Chaldaei numinis templum continebat, erat etiam hoc Σαμβάθειον, hoc est, *sacellum Sambethes*, Chaldaeae quoque vatis. Forma enim ista vocis adhibetur Graecis ad templum vel sacellum alicuius dei designandum, sic πλουτώνειον apud Spon. tom. II. p. 487. ἀνάκειον templum ἀνάκων, Castoris et Pollucis, apud Polyaen. I. 21. Et sic passim. *Sambethen* vero fuisse Chaldaeam potissimum habitam, atque adeo oportunam *Chaldaei peribolo* docet nos Suidas verbis modo allatis. Nomen autem *Sabbae* et *Sambethes* videtur itidem ex hebraico סבא *saba* formatum, quod notat *vino se ingurgitare.* Hinc Bacchus *Sabazius*, immo et Bacchi Σάββοι, vt vsitata vox in sacris eius, εὐοῖ σαβοῖ. Quin et inde Plutarch. sympos. IV. extr. *Sabbathorum* festum apud Iudaeos non esse alienum putat a Baccho. Nam ait, οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Σάββους γὰρ καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν, ὅτ' ἂν ὀργιάζωσι τῷ θεῷ, *puto vero etiam Sabbatorum festum non omnino a Baccho alienum. Sabbos enim etiam nunc plerique vocant Bacchos, et vocem hanc edunt, quando sacra faciunt illi deo.* Possis vero etiam deriuare haec Sibyllae istius nomina a *Sabba* et *Sabbatha*, quae metropolis fuit Sabaeorum. Priori tamen deriuationi speciem quandam addit etiam illud, quod christianorum Sibyllina carmina fingunt Sibyllam fuisse nurum Noachi, vel vt Suidas, Noacho ortam, qui vinum inuenit, et bibit primus, quod non ita temere prorsus videntur finxisse, et forsan ideo, quia Chaldaea haec Sibylla, seu *Sabbe*, diceretur a gentilibus filia cuiusdam, qui primus vinum hominibus dederit. Periz.

5. Βάκιδες τρεῖς, ὁ μὲν Ἕλλην) Solent *Bacides* Sibyllis iungi. Sic Cicero facit de diuin. I, 18. Plut.

de feminar. virtut. et de Pythia, Lucian. de morte peregrini. Tres fuisse dicuntur etiam ab aliis. At Clem. Alex. stromat. I. pag. 333. duos tantum memorat: οἱ Βάκιδες, ἀιτ, ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Ἀρκὰς, *Athenienſem* omittens, quem tamen diserte satis agnoscit schol. Aristoph. ad equit. pag. 294. extr. vbi quia Aristoph. ille atticus saepe *Bacin* memorat in comoediis, notat, τρεῖς Βάκιδες ἐγένοντο· οὗτος μὲν Ἀττικὸς καὶ μάντις, ὁ δὲ Λοκρὸς, ὁ δὲ Βοιωτὸς. Legendum vero istic Ἀρκὰς pro Λοκρὸς ex eodem schol. ad *aues*, et ad *pacem*: vbi *primum* ait fuisse illum *ex Eleone Boeotiae*, *secundum Athenienſem*, *tertium Arcadem*. Ceterum ex hisce locis scholiastae, vt et ex Suida, et Tzetze ad Lycophr. emendandus omnino Aelianus, et pro Ἕλλην reponendum Ἐλεώνιος, vt monuit iam Schefferus, licet nihil nos iuuent isti. Varia *Bacidis* oracula referunt Herodot. lib. VIII. et Pausan. in Messen. et Boeot. Perizon.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ ἀριθμοῦ Νιόβης παίδων.

[1] Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἓξ λέγει, καὶ τοσαύτας κόρας. [2] Λάσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει. Ἡσίοδος δὲ [3] ἐννέα καὶ δέκα, εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσὶν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ', [4] ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται.

1. Ἐοίκασιν) Quam diuersum *liberorum Niobes numerum* tradiderint veteres, vide, si tanti res est, apud eos, quos allegauit Munker. ad Hygin. fab. II. Perizon.

2. Λάσος) Aequalis fuit Simonidis; atque ideo refertur ad tempora Darii Hystaspis. Patria erat Hermionensis ex Argolica regione Peloponnesi. Vide Voss. sed simul Leopard. emend. II. 23. Perizon.

3. Ἐννέα καὶ δέκα) Atqui Apollodor. III. 5. 6. Hesiodum ait tribuere Niobae decem filios et decem filias. Nisi alteruter Hesiodum male inspexerit, ratio discriminis erit, quod Apollodorus retulerit ex Hesiodo liberos Niobes omnes, Aelianus vero eos qui perierant. Perierunt autem omnes praeter Chloridem, atque ita vndeuiginti, si fuere viginti. Periz.

4. Ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται αὐτοῦ) Distinguunt in Graecis, sed latine ea reddiderant sine distinctione. Si distinguas, sensus est, *nisi tamen carmina illa non sint Hesiodi*, *sed falso illi tribuantur*, *si ut multa etiam alia*. Sic passim καταψεύδεσθαι cum genitiuo. Diod. Sic. lib. I. pag. 2. C. ἔνια δὲ κατεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας, *nonnullus etiam partes doctrinae mentiri contra veritatem*. Strabo lib. IX. pag. 412. ὅτω καὶ τοῦ Ὀγχηστοῦ κατέψευσθαι πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς Ἑλικῶνος αὐτὸν τιθεὶς, *ita etiam de Onchesto mentitur*, *collocans eum in radicibus Heliconis*. Plato lib. 3. de republ. ne credamus Thesea, aut quem alium dei alicuius filium et heroa, οὕτως δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν, *tam grauia et impia fecisse*, *qualia nunc de iis mentiuntur*. Et hanc interpretationem ac distinctionem hic veriorem puto. Possis tamen etiam distinctionem illam praetermittere, et ita tunc genitiuum iungere prioribus, *sed*, *sicut multa etiam alia eius*, *conficta sint*, *supposita sint*. Vide supra ad VIII. 6.

αὐτȣ̃. Ἀλκμὰν δέκα φησί· [5] Μίμνερμος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσȣ́τȣς.

Multa autem scripsisse dicebatur Hesiodus, vnde Suidas, quum quaedam commemorasset, addit, καὶ ἄλλα πολλά, et alia multa. Lugd. hic habet ἐγκατέμιξεν θαι. Perizon.

5. Μίμνερμος) Patria fuit Colophonius, vixit temporibus Solonis, composuit elegiaca et maxime amatoria. Vide Vossium, et hic Schefferum et Kuhnium. Sluisk. etiam legit Μίμερμνος. Ab Lugd. abest. De Alcmane iam egimus ad l. 17. Periz.

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ Ἀλεξάνδρȣ ἐν ἀπορίᾳ τροφῶν γενομένȣ, καὶ πῶς τινες κῶμαι διὰ τὸν καπνὸν ἑάλωσαν.

Ἀλέξανδρος ὅτε Βῆσσον ἐδίωκεν, [1] ἐπ' ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῶν, αὐτός τε ἥψατο τῶν καμήλων, καὶ ὑποζυγίων ἄλλων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· τῶν τε ξύλων αὐτȣ̀ς ἐπιλιπόντων, ὠμὰ τὰ κρέα ἤσθιον. Ἐπεκȣ́ρει δὲ αὐτοῖς τὸ [2] σίλφιον, πολὺ ὄν, ὥςε τὰς σάρκας συνεκπέττειν. [3] Ἐν δὲ τῇ Βακτριανῇ οἱ ςρατιῶται αὐτὰς τὰς κώ-

1. Ἐπ' ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῶν) Videtur auctor haec hausisse vel ex Strabone, vel ex eodem, quo Strabo est vius. Certe et ille lib. XV. p. m. 725. ait Alexandrum ex Paropamisis transiisse per iuga montium in Bactrianam; sed fuisse adeo ἀπορούμενον τροφῆς, ὥς τε ταῖς τῶν κτηνῶν σαρξὶ χρῆσθαι, καὶ ταύταις ὠμαῖς διὰ τὴν ἀξυλίαν· πρὸς δὲ τὴν ὠμοσιτίαν πεπτικὸν ἦν αὐτοῖς τὸ σίλφιον, πολὺ πεφυκός, inopem alimenti, vt etiam carne iumentorum vescerentur, eaque cruda propter penuriam lignorum; ad cruditatem vero ciborum concoquendi vim adferebat illis silphium, quod multum illic nascebatur. Perizon.

2. Σίλφιον) Nascebatur praestantissimum in Cyrenaica, vnde et in eius gentis nummis figura *Silphii* visitur expressa: deinde vero etiam in Syria, Media, et vicinis regionibus. Maximo erat in pretio apud Romanos, multumque vsum praebebat medicinae, et condimentis ciborum. Vide Plin. nat. histor. XIX. 3. Sed et scholl. Aristoph. ad equit. pag. 342. ait esse radicem ἀρτυτικὴν καὶ θεραπευτικήν, hoc est, *ad condimenta et medicamenta idoneam*. Vide omnino Salmas. ad Solin. pag. 352. et 361. etc. vt et illustr. Spanhem. de praest. num. pag. 253. etc. Perizon.

3. Ἐν δὲ τῇ Βακτριανῇ) Alii tradunt, et Versus, accidisse illud in Paropamisadis, qui sunt *Bactrianis* vicini, et versus septentrionem tuse certe siti, quicquid tandem contra ea tradat vir doctus in nupera arte crit. tom. II. pag. 547. tantum vt accuset Curtium errorum, qui *omnem ineptiam superant*. At vero imprudentissima est haec accusatio, quum extra omnem culpam in his positus sit Curtius, nihil quippe rerum de suo historiae veteri aspergens, sed omnia ex antiquioribus repetens. Vir doctus ait Paropamisadas agere *sub clementissimo climate*. At Curt. VII. 3. *gelidissimum septentrionis axem ex magna parte spectant*. Vnde

μας [4] κατελάμβανον, ὅτι οἰκοῦνται, ἐκ τοῦ καπνοῦ συνιέντες, καὶ τὴν χιόνα ἀφαιροῦντες τῶν θυρῶν.

hoc Curtius? nisi ex illis, vide Diodorus quoque, Curtio antiquibr, lib. XVII. pag. 605. ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι δυσεπίβατός ἐστι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους. *Regio eorum* Paropamisadarum *sita sub ipsis septentrionibus; tota autem niue conspergitur, et vix inuadi potest ab aliis gentibus propter excessum frigoris*. Confer sequentia cum Curtianis, et videbis omnem illam frigoris descriptionem esse ex antiquioribus sumtam. Neque vero solus ex iis, qui ad nos peruenerunt, Diodorus tuetur Curtium, sed et Aelianus noster, qui tamen male in *Bactrianis* haec accidisse tradit, quum acciderint in itinere Alexandri ad Bactrianos: et Strabo, qui simul ad *septentrionem* removet eos, et in *montanis* locat, quae ipsa frigori magis obnoxia sunt loca. Vide lib. II. pag. 130. οἵ τε τὰ ὄρη κατέχοντες Παροπαμισάδαι. Adde lib. XV. pag. 723. et 725. Amm. Marcell. XXIII. 6. *montium defectibus inclinatos* vel *acclinatos* ait. Liquet ex hisce omnibus, nihil a Curtio tradi abhorrens a fide antiquiorum scriptorum, quos sequi debebat. Si posteriores geographi demisere Paropamisadas ad mollius coelum infra vel vltra subs montes, nihil hoc ad Curtium. Sed et notissimum est, mutatos saepe fines, immo et ipsas sedes gentium, aliquot saeculorum decursu. Sufficere nobis debet, veteres assentiri Curtio, quem ceteroquin ego neutiquam credo erroris expertem, non magis quam alios scriptores, cum antiquos tum hodiernos. Sed ista crisis acerba est nimis, et nimis quaesita, qua si quis in tales vicissim vteretur censores, longe maior et certior illi nasceretur seges talium notarum. Perizon. — Ceterum in verbis αὐτὰς τὰς κώμας, quae statim sequuntur, τὸ αὐτὰς delendum esse viro docto in misc. obseruat. tom. IIII. pag. 440. videtur. Fortasse quoque ἐν τὰς legi poterat. Solemne enim est αὖ, vti πάλιν, adhiberi a scriptoribus tum, cum aut exempla, aut historiolas deinceps enumerant. Ita et in Hom. Il. β. v. 681. νῦν δὲ αὖ τὰς, ὅσσοι—ἔναιον, recte, meo quidem indicio, relicta est mstorum lectio, exhibens αὖτις. Luciani de sacrif. tom. I. p. 526. τὰς δ' αὖ Ἀθήνας εὐδαίμονας εἴποι τις ἄν.

5. Κατελάμβανον) Vertebatur *ceperunt*. Perperam. Sensus est, *deprehenderunt*, *inuenerunt*. Sic mox cap. 39. et supra III. 19. καταλαμβάνει τὸν Ἀριστείδην βαδίζοντα. Ibid. καὶ κατέλαβε διειλεγμένον; act. apost. IV. 13. καταλαβόμενοι, ὅτι ἀγράμματοί εἰσι. Paulo post pro συνιόντες, quod vulgatur, reposui, quod volebat Gesnerus, συνιέντες, *cognoscentes, intelligentes*. Alterum notat, *quum conuenissent*, quod ab hoc loco est alienum. Vide illud infra XIV. 27. rectius positum. Msti tamen omnes, etiam regii, tuentur vulgatum, ex quo liquet, quam conspirent aliquando in certiss. vitia. P.

ΚΕΦ. λη.

Περὶ ἵππων τῶν Σακῶν, καὶ τινων ἐθῶν αὐτῶν.

Οἱ [1] Σακῶν ἵπποι, ἐὰν ἀποβάλῃ τις τὸν δεσπότην, ἐς

1. Σακῶν) *Sacae* proprie dicti, modo egimus, vicini, sed Persae erant Paropamisadis, de quibus omnes Scythas vocarunt *Sacas*, vt

τὸ ἀναβῆναι αὐτὸν παρέστηκεν. Ἐὰν δέ τις γῆμαι βούληται παρθένον, μονομαχεῖ [2] τῇ παιδί, καὶ κρατησάσα μὲν, αἰχμάλωτον ἀγάγεται, καὶ κρατεῖ αὐτοῦ, καὶ ἄρχει· ἐὰν δὲ νικηθῇ, ἄρχεται. Καὶ μονομαχοῦσι δὲ ἄχρι νίκης, οὐ μέχρι θανάτου. Πενθοῦντες δὲ οἱ Σάκαι, εἰς οἴκους τινὰς ὑπάντρους καὶ κατασκίους ἀποκρύπτονται.

tradit Herodot. VII. 64. et Plin. VI. 17. Et forsan inde formatum est nomen *Scythārum*; scil. a Σάκαι, Σκύθαι, vt a *Sabba*, *Sabbathā*, Vrbs in regione Sabaeorum, et a *Sabba* Sibylla, *Sambethe*. Periz.

2. Τῇ παιδίσκῃ) Vnde illud habuerit Peruscus, incertum. Meum erat reponere, quod inueni in mstis τῇ παιδί. Quod si in codd. quibusdam reperitur παιδίσκη, vt sane id regius primus, teste cl. Boivinio, praefert, crediderim illud ortum primitus ex παιδί, ἡ καὶ κρατήσασα, quomodo si legeretur, nequaquam id repudiarem. Paulo post malim ex Sluisk. et Med. 3. ἄγεται, vel cum Fabro, ἀπάγεται. Nam ἀγάγεται tempore praesenti, licet Lugd. quoque habeat, et Schefferus retineat, vitiosum tamen haud dubie est. Mos autem ille Sacarum inde videtur ortus, quod apud Scythas feminae aeque ac viri pugnas inire solebant. Hinc Nic. Damasc. de Scythis γαλακτοφάγοις, apud Stobaeum, μάχιμοι οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ, *bellicosae sunt illorum mulieres non minus, quam viri, et vna cum iis bellum gerunt, quando opus est.* Et de Sauromatis tradit, *virginem non prius eos nuptum dare, quam hostem illa occiderit.* Vide et Tacit. de morib. Germ. cap. 18. Periz.

ΚΕΦ. λθ.

Περὶ Περδίκκου εὐτολμίας, καὶ λεαίνης.

Περδίκκας ὁ Μακεδὼν, ὁ συστρατευσάμενος Ἀλεξάνδρῳ, οὕτως ἄρα ἦν εὔτολμος, ὥς ποτε εἰς σπήλαιον παρελθεῖν, ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα, μόνος. [1] Καὶ τὴν μὲν λέαιναν οὐ κατέλαβε, τούς γε μὴν σκύμνους αὐτῆς κομίζων προῆλθε, καὶ ἔδοξεν ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι ὁ Περδίκκας. Πεπίστευται δὲ οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλκιμώτατόν τε καὶ δυσμαχώτατον εἶναι θηρίον ἡ λέαινα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις. Φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν, οὐχ, εἴποτε εἷλε λέοντα, ἢ πάρδαλιν κατέ-

1. Καὶ τὴν λέαιναν) Restitui ex mstis, et primis edd. Romana ac Basileensi, καὶ τὴν μὲν λέαιναν. Vocula haec a Gesnero primum, sed culpa typographi, omissa fuit. Secuti sunt hanc negligentiam omnes deinceps. Perizon.

κτανὲν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' εἰ λεαίνης ἐγκρατὴς ἐγένετο, μέγα ἐφρόνει.

ΚΕΦ. μ.

Περὶ τῶν τῷ Ξέρξῃ ἑπομένων ἐφοδίων.

Τά τε ἄλλα ἐφόδια εἵπετο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας καὶ ἀλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ οὖν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου. Ἐπεὶ δ' ἔν τινι ἐρήμῳ τόπῳ [1] ἐδίψησεν, οὐδέπω τῆς θεραπείας ἡκούσης, ἐκηρύχθη τῷ στρατοπέδῳ, εἴ τις ἔχει ὕδωρ ἐκ τοῦ Χοάσπου, ἵνα δῷ βασιλεῖ πιεῖν. Καὶ εὑρέθη τις βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. Ἔπιεν οὖν τοῦτο ὁ Ξέρξης· καὶ [2] εὐεργέτην τὸν δόντα ἐνόμισεν, ὅτι ἂν ἀπώλετο τῇ δίψῃ, [3] εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη.

1. Ἐδίψησαν) Ita quidem edidit Perusicus, et ex eo ceteri omnes. At msti consensu suo praeferunt ἐδίψησεν, quod ideo reuocaui in contextum. Nam de vno etiam agitur rege. Rem ipsam copiose adeo illustrauit magnus ille Brisson: lib. I. de regn. Persar. vt vix quidquam addi possit, neque opus sit. Certe quae ad hoc caput notarunt Schefferus et Kuhnius, omnia ab illo praecepta iam erant. Perizon.

2. Εὐεργέτην) Hunc quoque morem εὐεργέτας, seu persice *Orosangas*, appellandi eos, qui bene de rege fuerant meriti, multis declarauit idem Brissonius, et eodem libro. Perizon.

3. Εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη) Longe equidem praetulerim, quod in Sluiskian. inueni, et Cl. Boivinius in regio tertio; ἐκεῖνος. Respiciuntur enim hisce superiora, καὶ εὑρέθη ΤΙΣ βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. Atque adeo recepissem, id lubens, nisi Lugd. et regii duo, ac tertii margo tuerentur vulgatum, sed male tamen, vt opinor. Periz.

ΚΕΦ. μα.

Περὶ Πρωτογένους τοῦ ζωγράφου.

[1] Πρωτογένης ὁ ζωγράφος [2] τὸν Ἰάλυσον, φασὶν, ἑπτὰ

1. Πρωτογένης) Celeberrimus hic fuit pictor, Rhodi potissimum agens, Caunius patria, quae vrbs in continenti Asiae sita, Rhodiis fuit subiecta. Ita Plinius, Plutarchus, Pausanias. Male ergo Suidas *Xanthium ex Lycia* dicit. Aetas illius satis ex *Apelle* intelligitur. Sed tamen et in ea errauit. Gell. XV. 31. qui quum Demetrius Poliorcetes Rhodum obsideret, et absumere igni pararet aedes extra vrbem, in quibus erat *memoratissima illa Ialysi imago, Protogenis manu facta*, monitum tradit a Rhodiis, *consideret, ne turpe sibi sit, quia non potuerit bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene* MORTVO

ἔτεσι

ἔτεσι [3] διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν. Ὃν Ἀπελλῆς ἰδὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ· [4] εἶτα ἀπιδὼν ἔφη, καὶ ὁ πόνος μέγας, καὶ ὁ τεχνίτης, ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας ἡ

gessisse. Immo vero viuebat hoc ipso tempore Protogenes, et hanc ipsam pingebat cum maxime tabulam, μικρὸν ἀπολείπουσαν τοῦ τέλος ἔχειν, *quae parum adhuc aberat ab vltima manu.* Quin immo Demetrius ipse cum Protogene collocutus, [illegible] enti hanc picturam saepe adfuit. Vide Plin. nat. histor. XXXV. 10. et Plutarch. Demetr. pag. 898. Adde Iunii *pictores*, et Seb. Corradum in Cicer. *Brutum* pag. 128. Perizon. — Aetas eius omnium optime mihi definiri posse videtur ex eo, quod eum Plinius h. n. XXXV. 36. pag. 700. edit. Harduin. tradidit pinxisse matrem Aristotelis, qui idem huic artifici suasit, vt res gestas Alexandri M. sibi sumeret pingendas. Inter opera Protogenis memorantur Ialysus, Cydippe et Satyrus quiescens, in quo postremo, tanquam πάρεργον, perdix tanta cum arte ad naturam erat expressa, vt magis, quam ipse Satyrus, spectantium oculos in se conuerteret. Quod cum intelligeret Protogenes, perdicem deleuit. Haec ita moneo, vt inde Richardson. *Traité de la peinture* tom. I. pag. 46. Meurs. Rhod. I. 14. p. 38. et Winckelmann. *von der Nachahmung der griechischen Wercke* pag. 56. emendentur, qui perdicem hanc Ialyso adpositam male e Plin. h. n. XXXV. 36. pag. 699. collegerant. Meliora eos poterat docere Strabo XIV. p. 374. Suidas vero s. v. Πρωτογένης, ὁ τὸν ἐν Ῥόδῳ Διόνυσον ἱστορήσας etc. cum Kustero emendandus est sic: ὁ τὸν ἐν Ῥ. Ἰάλυσον ἱ.

2. Τὸν Ἰάλυσον) Fuit hic nepos Solis, filius Cercaphi, a quo *Ialyso* vna ex tribus antiquissimis insulae vrbibus (de quibus vide me supra ad III. 17. 7.) est nominata *Ialysus*, sicut reliquae a duobus eius fratribus, *Camirus* et *Lindus*. Vide Meurs. Rhodum I. 4. Perizon.

3. Διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν) Ferri hoc potest, tum quia graecae linguae vsus satis hanc phrasin frequentat, tum quia probat Sluisk. Dubitem tamen, an haec lectio ex alia et veriore sit orta, quam Lugdun. et regius 2. ac margo tertii, praefert, ἑπτὰ ἔτεσι διαζωγραφῶν ἐξετέλεσε. Rarius hoc est vocabulum, et ideo librariis ignotum, et corruptioni obnoxium, graecum tamen, quo etiam Philo est vsus lib. III. de vita Mosis, vt iam obseruauit Stephanus. Periz.

4. Εἶτα ἀπιδὼν ἔφη) Sic quidem et msti. Blanditur aliquantulum tamen, quod coniecit Schefferus, ἀπιὼν, *abiens*. Ἀπιδὼν notaret, vt vult Kuhnius, qui tuetur hanc lectionem, Apellem oculos defixisse in eam tabulam. Sic sane ἀπιδὼν εἰς πλακοῦντα, supra III. 29. Atqui id fecerat Apelles iam antea, quando stetit defixus, et mutus, et perculsus spectaculo istius picturae. Languet ergo repetitio ista eiusdem plane rei. Quapropter si genuinum est, quod vulgatur, et praeferunt msti, acciperem illud, quasi per ellipsin dictum, pro ἀπιδὼν εἰς τοὺς παρεστῶτας, hoc est, *auertens* iam se ab illa tabula, *et intuitus adstantes.* Sic illud ἀπιδὼν εἰς πλακοῦντα notat, ab aliis rebus, quae istic memorantur, *oculos referens in placentam.* Et videtur hic idem voluisse Vulteius, quando vertit *respiciens* scilicet a tabula ad astantes. Sed et Corradus ad *Brutum* Ciceronis, pag. 128. extr. vertens, *conuersus.* Perizon.

χάρις· (ἧς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, [5] ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ ἐρανοῦ ψαύσει.

5. Ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ ἐρανοῦ ψαύσει) Malim ψαύσειε, vt supra XI. 9. κατεζήτειας. Et ita Pindar. Pyth. IX. 213. εἶπε δ' ἐν μέσσοις, ἀπάγεσθαι, ὃς πρῶτος θορὼν ἀμφὶ οἱ ψαύσειε πέπλοις, *dixit autem inter medios procos, vt abduceret eam, qui prosiliens primus contingeret eius peplos*, Periz.

ΚΕΦ. μβ.

Περί τινων ἀνθρώπων ὑπὸ θηρίων τραφέντων.

Κῦρον τὸν [1] Μανδάλης ἔθρεψέ, φασι, κύων. Τήλεφον δὲ τὸν [2] Αὔγης καὶ Ἡρακλέους, ἔλαφος. [3] Πελίαν δὲ, τὸν Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς, ἵππος· [4] ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλό-

1. Μανδάλης) Sic et msti, cum mei, tum regii, etiam Medic. Herodot. tamen, Diodorus, immo et Valer. Max. *Mandanen* vocant Cyri matrem. Sed propter cognationem et promiscuum vium literarum L et N apud ipsos veteres, nihil hic mutandum censet Kuhnius. Et sane ita *Lympham* ex gr. νύμφη deducit Festus. Sic apud eundem *nuscitiosus* reperimus olim quoque dictum pro *luscitiosus*. Sic *melior* ex gr. ἀμείνων, vide Scalig. ad Festum in *Meltom*. Immo sic apud Danielem פסנתרין *Psanterin*, ex gr. ψαλτήριον. Sic denique *Labynitus* et *Nabonidus* idem est nomen proprium et regium apud Babylonios. Plane vt hic *Mandane* et *Mandale*. Nisi tamen malis credere, hoc ortum hic loci ex facili lapsu inter literas N et Λ, maxime prout in mstis scribuntur. Periz.

2. Ἀγαυῆς) Probat hoc Sluisk. et ceteri codd. At reg. secundus χαυγῆς, noster vero Lugd. αὐτῆς, ita tamen vt postea librarius literam T punctis notauerit, et deletam voluerit, substituta litera Γ quam et supra illam expressit. Nec dubitaui illa auctoritate Αὔγης recipere, quum ex historia certum sit, matrem Telephi fuisse *Augen*, Alei, qui frater Stenoboeae, quae Proeto nupsit, et Bellerophontem amauit, filiam, ab Hercule compressam. Vide Hygin. fab. 99—101. et 162. et Apollod. III. 9. Sed et Leopard. iam olim emend. II. 16. ita hunc locum correxit. Perizon.

3. Πελίαν δὲ) Historiam Peliae cum fratre Neleo expositi, et ab equa nutriti, vel certe ab equa inventi, et a pastore educati, vide apud Apollod. I. 9. 8. Periz.

4. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλόπης) Valde perperam haec in omnibus edd. ita separata fuerunt a prioribus, quasi noua pars capitis hinc inciperet, et simul sine vlla distinctione iuncta fuerunt sequentibus, atque ideo Meurs. ad Lycophron. v. 138. pro Ἀλόπης legi hic iussit Ἑκάβης: sed et ideo Vulteius credidit *Alexandrum*, qui sequitur, ex *Priamo* et *Alope* natum. Verum hic interpretis error castigatus iam est ab eximio illo Leopardo emend. II. 16. quem secuti sunt Schefferus, Faber, atque alii. Vitium tamen, quod miror, reliquerunt in contextu. *Alope* illa erat Cercyonis filia, qui a Pausania in attic. et Gellio noct. attic. XV. 21. *Neptuni* dicitur *filius*, at ab Hygino passim *Vulcani fil.* Historiam *Alopes* et Hippothoi filii eius ab equa nutriti vide apud Hygin fab. 187. Periz.

πης. ⁵Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου [5] ὑπὸ ἄρκτου φασὶ τραφῆναι. [6] Αἴγισθον δὲ τὸν Θυέστου καὶ Πελοπίας, ὑπὸ αἰγός.

5. Ὑπὸ ἄρκτου) Nempe expositus fuit infans in Ida monte iussu Priami, atque ibi per quinque dies nutritus ab vrsa: quod cum animaduerteretur a pastore, qui eum acceperat exponendum, ab illo sublatus est denuo et educatus, atque appellatus Πάρις, ὅτι τὸν μόρον παρῆλθεν, *quod fatum praeterierit, seu mortem euaserit.* Postea vero Ἀλέξανδρος, ὅτι ἠλέξησεν, ἢ ἐπεὶ βεβοήθησεν, τῇ πατρίδι, vel τοῖς ποιμνίοις. Vide Apollodor. III. 11. 5. schol. Homer. ad Iliad. M. 93. et schol. Lycophr. d. l. Periz.

6. Αἴγισθον δὲ) Genitus est ille ex concubitu patris cum filia, et expositus, atque inuentus dein a pastoribus, ac caprae subiectus. Vide Hygin. fab. 87. et 88. Perizon.

ΚΕΦ. μγ.


Τίνες ἐξ ἀσήμων περιφανεῖς γεγόνασι.

Δαρεῖον ἀκούω τὸν Ὑστάσπου [1] φαρετροφόρον Κύρου γενέ-

1. φαρετροφόρον) Vile adeo aut ignobile neutiquam videtur pharetram regis ipsius gestasse, praesertim quum reges Persarum ciues suos, certe post Cyrum, pro seruis habuerint, sola vxore excepta, (vide Brisson. de regn. Pers. lib. I. pag. 22. 23.) et adorari ab omnibus voluerint, quod ab ipso Cyro dicitur institutum, apud Arrian. lib. VI. pag. 266. Sed et vt hic Cyri regis *pharetram portasse* dicitur *Darius*, sic Peucestes, nobilis Macedo, sacrum, et ex iliacae Palladis templo sublatum, clypeum gestabat ante Alexandrum, teste eodem Arriano lib. VI. pag. 394. Sed et inde de Alexandro dicitur, *persico more* τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν δορυφορεῖν ἔταξεν, ἐν οἷς καὶ τὸν Δαρείου ἀδελφὸν Ὀξάθρην, *illustrissimos homines constituit sibi satellites, in quibus et Darii fratrem Oxathren*, apud Diod. Sicul. lib. XVII. Quin et in aliis gentibus id vsitatum fuit, vt nobilissimi adolescentes regibus traderentur *ad munia haud multum seruilibus ministeriis abhorrentia*, vt de ipsis Macedonibus loquitur Curt. VIII. 6. cui adde Arriani lib. IV. pag. 268. Res etiam manifesta ex eo, quod hic Darius fuit non ignobilis homo, sed inter ipsius Cyri gentiles seu agnatos, adeo vt Hystaspes, pater Darii, fuerit frater patruelis Cyri. Vide Simson. chron. Eadem nobilitas Darii vel ex eo clarissima est, quod etiam inter septem illos principes Persarum numeratur, qui coniurarunt contra magos. Fuit ergo haud dubie, tanquam nobilis puer, gestator pharetrae Cyro, potissimum, vt opinor, in venatione, cui dediti erant Persae, et maxime Cyrus, vt ex Xenophonte notum est. Deinde vero fuit quoque inter Cambysis δορυφόρους, vt tradit, Herodot. III. 139. ex quo etiam, et, quam ibidem refert, Sylosontis, Dario amiculum dantis historia, satis liquet, non fuisse tamen valde opulentum, aut in magna tunc dignitate constitutum, quippe adhuc iuuenem plane. Ceterum *pharetrophorus* apud Persas idem pene erat, quod apud Europeos *armiger*. Persae enim multum et perite vtebantur arcu, vt notum vel ex Parthorum bellis contra Romanos. Erant autem *pharetrae* veterum

σθαι. Ὁ δὲ τελευταῖος Δαρεῖος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου νικηθεὶς, [2] δοῦλος ἦν. [3] Ἀρχέλαος δὲ ὁ Μακεδόνων βασι-

breues et apertae, vnde ideo sagittae eminebant extrema parte, haud dubie, vt tanto citius haberi et ad arcum aptari possent. Vide omnino nummos, quos exhibet excell. Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. pag. 134. et 138. in quibus cernitur Diana cum canibus, sinistra arcum tenens, at dextra in tergum, vbi pharetra pendebat, reflexa, nouam ex ea aperta sagittam capiens. Sed et ipse arcus iis inserebatur aliquando. Liquet res ex nummo gentis Planciae apud Beger. in obseru. pag. 32. qui minus accurate expressus est ab Vrsino vel Patino: et alio gentis Publiciae apud Vrsinum, qui etiam in instructissima illa supellectile nummaria cl. collegae mei, Iac. Gronouii, bis reperitur, vnde eum, sicut priorem ex Begero, hic exhibere volui. At antiquissimis temporibus clausae fuerunt, vnde Homerus ἀμφηρεφέα φαρέτρην ait, h. e. *vtrimque tectam, clausam.* Notat id discrimen Eustath. ad Iliad. A. pag. 29. ἐοίκασιν οὐ μικραὶ τοῖς παλαιοῖς αἱ φαρέτραι εἶναι, οὐδὲ τοὺς οἰστοὺς ἔξω προκύπτοντας ἔχειν, ἀλλ' ὅλους αὐτοὺς ἔσω στέγειν· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ, ἀμφηρεφέα φαρέτραν, εἰπεῖν τὴν κύκλῳ ἐρεφομένην, *videntur non paruae antiquis pharetrae fuisse, nec habuisse sagittas extra prominentes. sed totas eas intus clausisse; manifestum id ex eo, quod Homerus pharetram dixit* ἀμφηρεφέα, h. e. *vndique tectam.* P.





2. Δοῦλος ἦν) Etiamsi pro more linguae intelligi possit υἱὸς, quod ait Kuhnius, certum tamen, corrupta haec esse. Nam et historia repugnat, quae Darium non ex *seruis*, proprie accepta, (nam ceteroquin omnes Persae, excepta regina, habebantur pro seruis regum) sed ex illustri femina, Sisygambi, ex historiis Alexandri notissima, tradit genitum, quae vel ipsius Artaxerxis Mnemonis fuit filia, vel potius ex eius fratre orta, vide Curt. X. 5. 23. Refutant etiam hanc lectionem msti, qui pariter legunt δοῦλος vel δῆμος, nisi quod Medic. I. habeat δέλιος. Reposui itaque δοῦλος ex Sluisk. Paris. reg. 3. et Medic. 2. atque interpretor de ciue regi subiecto, qui, vt dixi, regum erant vel habebantur δοῦλοι. Vt taceam fuisse etiam regis ἀστάνδην, *cursorem*, hoc est, vt putem ego, *cursoribus illis praefectum*, quippe quum fuerit et ipse ex regia cognatione secundum Diod. Sicul. lib. XVII. pag. 564. Accedit quod diserte Plutarch. de fort. Alex. dicat Darium ἐκ δούλου καὶ ἀστάνδου βασιλέως κύριον Περσῶν fae-

λεὺς δούλης υἱὸς ἦν τῆς Σιμίχης. [4] Μενέλαος ὁ Φιλίππου πάππος εἰς τοὺς νόθους ἐτέλει· ὁ δὲ τούτου υἱὸς, Ἀμύντας, ὑπηρέτης [5] Ἀερόπου, καὶ δοῦλος ἐπεπίστευτο. Περσεὺς δὲ, ὃν καθεῖλε Παῦλος ὁ Ῥωμαῖος, Ἀργεῖος μὲν γένος ἦν, [6] ἀδόξου δέ τινος

tum, vt iam monuit Schefferus. Lugd. tamen codex, vt et reg. 2. habet δῆμος, vnde lubens legerim minima mutatione, δήμου ἦν. Hesych. δήμου ἄνδρα, δημότην ἄνδρα, hoc est, *vulgarem, plebeium hominem*. Homer. Iliad. B. 198. ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, *quem porro plebeium hominem vidit*. Alii enim tradunt, Darium hunc *non fuisse ex regia cognatione, aut gente*, veluti Strabo, qui lib. XV. extr. *regem constituit* Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων. Sed et hinc apud Curt. III. 3 init. ille *vestitus habitus*, quo Darius fuerat vsus ante regnum, vocatur dein *Persicus et vulgaris habitus*. Periz. — Et Med. 3. legit δοῦλος, e quo A. Gronou. coniicit δούλου υἱός. Non ferenda vero esse videtur coniectura, quoniam eadem verba, statim recurrentia, ingratam reddunt orationem. Melior igitur Perizonii emendatio δήμου ἦν.

3. Ἀρχέλαος) Hic vere *ancillae* fuit filius, seruientis apud Alcetam, patruum Archelai. Nam pater eius fuit Perdiccas, qui rex dein exstitit Macedonum, et cui successit Archelaus. Plato in Gorg. p. 471. de ipso iam rege, ὄντι ἐκ γυναικὸς, ἣ ἦν δούλη Ἀλκέτου, τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ, καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος ἦν Ἀλκέτου, καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐδούλευσεν ἂν Ἀλκέτῃ, *qui fuit ex muliere, quae serua erat Alcetae, fratris Perdiccae, atque adeo iure quidem seruus et ipse erat Alcetae, et si vellet, quae iusta sunt, agere, seruiret Alcetae*. Sed et dein Alcetam vocat ideo illius δεσπότην καὶ θεῖον, *dominum et patruum*. Adde Athen. lib. XI. pag. 506. Perizon.

4. Μενέλαος) Hic ita appellatur etiam a Iustino VII. 4. vbi et frater dicitur Alexandri, regis Macedonum tempore Xerxis, filius Amyntae, regis tempore Darii Hystaspis, pater Amyntae, ex quo Philippus est ortus. At a Diodoro Siculo vocatur *Tharrhaleus*. Patrem enim Philippi is Ἀμύνταν Θαῤῥαλέου dicit lib. XV. p. m. 373. Regno autem exclusus videtur, quia nothus fuit, neque filius eius Amyntas regnum accepit hereditaria successione, sed per vim, occiso Pausania, proximo rege, Aeropi filio. Sed et ideo tam humili specie ac fortuna educatus fuit ille Amyntas Menelai, vt etiam *seruus crederetur*, quod ait noster. Perizon.

5. Ἀερόπης) Sluisk. et reg. tertius prima manu, Ἀερόπου, quod sine dubio verum est. Nam *Aeropus* tempore Agesilai, (vide Polyaen. II. 1. 17.) rex fuit Macedonum ante hunc Amyntam, occiso pupillo suo, Oreste, Archelai regis filio. Sed vicissim *Aeropi* filium, Pausaniam, postquam per vnum regnasset annum, occidit *Amyntas*, et regnum eius occupauit. Vide Diod. lib. XIV. Perizon.

6. Ἀδόξου δέ τινος υἱός) Habitus et dictus est Philippi filius, regis Macedonum, atque ideo ei successit in regnum; sed ex vulgari puella et corpus publicante genitus extra matrimonium. A quibusdam tamen credebatur ab alio genitus, et Philippo suppositus. Plutarch. in Arato extr. ὃν οὐ γνήσιον, ἀλλ' ὑπόβλητον εἶναί φασιν, ἐκ Γναθαινίου τινὸς ἀκεστρίας γενόμενον, *quem non genuinum ex Philippo, sed suppositum esse aiunt, ex Gnathaenio quadam sartrice natum*. Liu. XXXIX. 53. de Perseo et Demetrio filiis Philippi, *illum, vt ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere. Hunc insignem Philippi similitudinem prae se ferre*. Respexit eo et auctor,

υἱός. [7] Εὐμένης δὲ πατρὸς ἀπόρε καὶ τυμβαύλε πεπίστευται γενέσθαι. Ἀντίγονος ὁ Φιλίππε, [8] ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἐκ τέτε Κύκλωψ προσαγορευθεὶς,

quem tamen, nisi hic semper nominarentur *filii*, crederem ceteroqui scripsisse υἱωνὸς, *nepos*, per matrem. Sed nihil eo opus. Quin immo ipsa haec mater rectius hisce verbis intelligitur, quippe vere ἄδοξός τις ἔσα ἀκέστρια, vt paulo ante ostendi. Perizon.

7. Εὐμένης δὲ πατρὸς.) Cardianus fuit, ex Chersoneso Thraciae: atque ideo a Macedonibus et Graecis vilior habitus, *quod alienae erat ciuitatis*, vt ait Nepos, qui tamen eum *domestico summo genere fuisse* natum tradit. Ex inuidia itaque Macedonum et calumnia ortum putem, quod Duris scripsit, teste Plutarcho, qui tamen id non credidit, patrem eius fuisse *aurigam*, ἁμαξεύοντα, *inopiae causa*. Similiter Dio Chrysost. orat. LXIV. Εὐμένης ἦν ἁμαξέως υἱὸς, ἀλλ᾽ ὅμως βασιλεὺς ἐγένετο, *Eumenes aurigae fuit filius, sed tamen rex euasit*. Satis oratorie. Nam *rex* nunquam fuit, sed satrapa, et dux copiarum. Noster vero, *fuisse inopem* ait patrem eius, et τυμβαύλην, h. e. *siticinem*. Erant enim τυμβαῦλαι vilissimi homines, qui vulgaribus et crassioribus tibiis cantabant ad funera, et τύμβοις, *sepulcra*. Hinc Dio Chrys. orat. XLIX. ait veterem quendam philosophum, vt significaret, non omnes esse philosophos, qui eam speciem prae se ferant, dixisse ergo per similitudinem quandam, Ἰσμηνον (lege Ἰσμηνίαν, celebrem tibicinem) τἔτο μάλιστ᾽ ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι αὐλητὰς τὲς τυμβαύλας, *Ismeniam id maxime solitum indignari, quod etiam siticines appellentur tibicines*. Vides vilitatem hominum, quibus aequiparari nolebant reliqui tibicines. Sed sequitur istic, ὃ παντελῶς οἷον ὂν, ἐμοὶ δοκεῖ. Corrupta sunt haec verba et asterisco notata. Casaubonus *indubitate scribendum* ait, ὃ παντελῶς δεινὸν ὂν, quasi diceretur, *non omnino grauem esse* hanc indignationis causam. At ego legendum pene censeam, ὃ παντελῶς ὅμοιον, ἐμοὶ δοκεῖν, hoc sensu, *non esse hoc* de tibicinibus *prorsus simile* rei de philosophis dictae. Nam certe, vt pergit, viles illos *siticines nihil nocere mortuis! quum mali philosophi multa mala faciant*, οἱ γὰρ βλάπτεσιν ἐδὲν αἱ τυμβαῦλαι τὲς νεκρὲς, ἐδ᾽ ἐνοχλᾶσι· τῶν δὲ προσποιεμένων φιλοσοφεῖν ἔνιοι καὶ πολλὰ χαλεπὰ ἐργάζονται. Ceterum, vt de Eumene hoc addam, Suidas turpiter confudit hunc Eumenem Cardianum cum Eumene Pergameno rege, quae diuersorum erant, ad vnum referens. Forte et Dio Chrys. quando hunc Eumenem, vt modo vidimus, *regem factum* dixit. Perizon.

8. Ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος) Hinc Polyb. V. 67. Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον. Sed minus recte, si fides habenda Phryn. ecl. att. p. m. 22. cuius interpretem agere videtur Thomas Magister, qui μονόφθαλμον ait dici de iis, qui ab natura vnum tantum oculum habent, vt habuisse traduntur cyclopes. Apelles vero, pictor ille celebris, ea gratia pinxit faciem Antigoni obliquam. Plin. XXXV. 10. *pinxit et Antigoni regis imaginem, altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi. Obliquam namque fecit, vt quod corpori deerat, picturae potius deesse videretur, tantumque eam partem e facie ostendit, quam totam poterat ostendere*. Adde Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. *Philippi filium* etiam Strabo saepius cognominat, et Arrianus. *Philippi* autem plures fuerunt inter Macedonas, adeo vt Arrian. lib. I. in proelio ad Granicum tres duces huius nominis memoret. Perizon.

αὐτουργὸς ἦν· Πολυσπέρχης δὲ ἐλῄστευε. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὁ τοὺς βαρβάρους καταναυμαχήσας, καὶ [10] μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνὰς, Θράττης υἱὸς ἦν; καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ [11] Ἀβρότονον. Φαν-

9. Αὐτουργὸς ἦν· Πολυσπέρχου καὶ ἐλῄστευε) Hic vero egregiam nobis operam nauant mſti. Nam quid tandem ſibi volunt haec verba? αὐτουργὸς eſt, vt ait Heſych. ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος, *qui per ſe opus facit.* Diſertius etiam Thucyd. I. 141. et eius ſcholiaſt. Suadet ibi Pericles Athenienſibus, vt bellum Lacedaemoniorum non metuant, aut refugiant, etiam hac ratione, αὐτουργοί τε γάρ εἰσι Πελοποννήσιοι, καὶ οὔτε ἰδίᾳ, οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς, *Peloponneſii enim ipſi per ſe opus faciunt, neque priuatim, neque publice opes habent.* Vbi ſchol. exponit αὐτουργοὶ, δι' ἑαυτῶν τὴν γῆν ἐργαζόμενοι σπάνει δούλων, *per ſe terram colentes, inopia ſeruorum*, ſeu, *quod ſeruos non habeant.* Eſt ergo αὐτουργὸς, homo liber, verum pauper, qui ſuum opus ipſe facit, ſed ſibi, non alteri, atque ita nemo eſt alterius αὐτουργὸς, et ideo ea vox etiam *ſeruis* opponitur a ſcholiaſte. Varie itaque haerent in loco hoc exponendo interpretes. Vulteius vertit *famulus Polyſperchae.* Kuhnius in indice maluit, *vnus ex ſeruis eius operariis.* Mihi, antequam veram huius loci lectionem ex codd. cognouiſſem, iam tunc tamen diſplicebat omnis illa interpretatio vel *famuli* vel *ſerui.* Abſurdum enim videbatur, illo ſenſu non dici ſimpliciter ὑπηρέτην, vel θεράποντα, vel δοῦλον, ſed αὐτουργὸν, *per ſe opus facientem*; quod *famulos* vel *ſeruos* facere, quis dubitet, aut notandum putet? Malebam itaque (vide me ſupra ad I. 31.) interpretari hunc locum de *libero colono, qui in agro alterius habitaret, eumque mercede conductum ſibi ipſe coleret.* Sed aequum eſt retractare nunc illa, et veram ex conſentientibus mſtis reponere lectionem. Ἀντίγονος — αὐτουργὸς ἦν. Πολυσπέρχης δὲ ἐλῄστευε. *Antigonus* ergo olim victum ſibi quaeſiuerat αὐτουργῶν, h. e. *agricola, qui ſit opus ſuum facit*, vt ſolebant vulgares et tenuioris fortunae homines. Hinc de M. Flavoleio, centurione primipili, Dion. Hal. IX. pag. m. 567. coniunctim ἀνὴρ δημοτικὸς, *vir plebeius*, καὶ αὐτουργὸς. *Polyſperchon* vero *latrocinando* ſibi victum comparauerat, a quo genere vitae ingenium ipſius perfidum et crudele non abhorrebat, vt vel ex infanda patet Herculis, qui Alexandri et Barſines filius, caede ab illo inter coenam perpetrata. Vide Plutarchum περὶ δυσωπίας. Vulgata lectio Πολυσπέρχου orta forſan ex eo, quod ſcriptum fuit Πολυσπέρχων, vt ſcriptum eſt in regio ſecundo, et quo modo appellatur ab aliis, non Πολυσπέρχης. Hoc autem errore admiſſo, mutari debuit δὲ in καὶ, vt ſyntaxis conſtaret. Vtcunque de eo ſit, repugnat vulgatae lectioni etiam hiſtoria, quae ſemper Antigonum in exercitu Alexandri et poſt eius mortem maiore in loco et dignitate conſtituit, quam Polyſperchontem, quod aliter haud dubie ſe haberet, ſi ille huius fuiſſet *famulus.* Sed extra controuerſiae aleam ſunt omnia per codd. noſtrorum et Pariſienſium conſenſum. Periz.

10. Μόνος συνιεὶς) Reſpicit hiſtoriam *Themiſtoclis* interpretantis feliciter oraculum de *diuina Salamine*, et *muris ligneis*, in quo reliqui Athenienſes haerebant maiorem in modum. Ille vero promittebat eis victoriam ad Salamina, ſi in naues, hoc eſt, muros ligneos, ſe conferrent. Vide omnino Herodot. VII. 142. 143. et Polyaen. I. 30. Perizon.

10. Ἀβρότονος) Reſtitui Ἀβρότονον, quod auctoris eſt. Et voluit iam

κίων δὲ, ὁ Χρηστὸς ἐπικληθεὶς, πατρὸς μὲν [12] δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν. [13] Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου, καὶ Κόνωνος. [14] Ὑπερβόλου δὲ, καὶ [15] Κλεοφῶντος, καὶ

ita legi Schefferus et Faber. Sluisk. vulgatum praefere, at reg. secundus, et certe Lugd. per compendium Ἀβρότονον videntur scripsisse. Nomen hoc fuit herbae. Hesych. Ἀβρότονον, πόα τις. Plin. XXI. 21, *Abrotonum duorum traditur generum*. Hinc ergo mulieribus inditum. Vide Lucian. dial. meretr. I. Sed et nomen huius ipsius, quae mater Themistoclis, fuit reuera Ἀβρότονον, vt liquet ex his versibus, qui apud Plut. in Themistocle occurrunt, et Athen. XIII. 5.

> Ἀβρότονον Θρῇσσα (sic lege apud Plutarch. ex Athen. vt versus sibi constet) γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι,
> Τὸν μέγαν Ἕλλησι φημὶ Θεμιστοκλέα.

Respicit hanc Themistoclis matrem quoque Plutarch. ἐρωτικῷ, quando ait pag. 753. ἆρα οὖν κράτιστον ἐξ ἀγορᾶς γαμεῖν Ἀβρότονόν τινα Θρῇσσαν, *an igitur optimum est ex foro ducere Abrotonum quandam Thressam*. Alii tamen *Themistocli* matrem tribuunt *Halicarnassεam*. Sic Nepos. Vide et Plutarch. ac Athen. d. l. Perizon.

12. Δοίδυκας ἐργαζομένου) Δοιδυκοποιοῦ πατρὸς ait Idomeneus apud Plutarch. sed qui id reiicit et refutat hoc argumento, quod Glaucippus Hyperidis f. qui omnia contra Phocionem collegit illud tamen praetermisit, quod, vt putat Plutarchus, non fecisset, si verum id fuisset. Δοίδυξ Hesychio est ἀλετρίβανος, *cochlear*, vel *pistillum*. Pollux VI. 13. inter μαγειρικὰ σκεύη, *vasa coquina*, refert. Periz.

13. Δημήτριον) De eo vide supra ad III. 17. Humilitatem generis eius prodidit etiam Laert. in eius vita. Dubitem tamen, an legendum hic sit οἰκότριβος, vt ita pater ipsius, Phanostratus, fuerit οἰκότριψ ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου καὶ Κόνωνος, quod verisimilius est, quam ipsum Demetrium id fuisse, qui tamen vel sic erat et ipse profectus ἐκ ταύτης οἰκίας. Perizon.

14. Ὑπερβόλου) Plebeius hic erat homo, λυχνοποιὸς et λυχνοπώλης, vt ait schol. Aristoph. ad equit. pag. 332. Vide et ipsum Aristoph. in nubibus pag. 183. et ibi schol. Sed simul turbulentissimus demagogus, vnde passim ab Aristophane, immo et ab aliis comicis, teste Plutarcho in *Alcibiade*, exagitatus illo nomine fuit. Celebris est vel maxime ex eo, quod vltimus omnium relegatus est per ostracismum, qui tamen ostracismus credebatur dehonestatus, quia tam vilis et improbus homo fuerat eo affectus vel honoratus, atque idcirco abrogatus deinde est, quum institutus fuisset, vt homines tantum illustres et meritis suis potentes, atque ideo periculosi publicae libertati, illud exilium paterentur. Vide omnino Plutarch. in Nicia, pag. 530. In hoc exilio interfectus est a Samiis, Thucyd. VIII. 73. Vide et Suidam. Perizon.

15. Κλεοφῶντος) Ludit hunc Aristophanes identidem, tanquam peregrinum et barbarum, *cuius in garrulis labiis vehementer strepat Thracia hirundo, quasi in barbaro sedens folio*. Vide eum in ranis pag. 244. vbi schol. illum ait *Thracem*, et τυροποιὸν, *qui caseos conficit*. Vide et in extremo plane eiusdem comoediae, vbi ait ebrium venisse in concionem, et dissuasisse pacem cum Lacedaemoniis. Hinc ergo Isocr. in or. de pace p. 412. *Miltiaden* ait et *Themistoclem longe meliores fuisse viros, quam Hyperbolum et Cleophontem, et reliquos, qui nunc concionari sint soliti*. Vbi vides hos duos itidem coniungi.

Δημάδε, καί τοι προστατῶν γενομένων τῦ δήμε τῶν Ἀθηναίων, ἐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τὺς πατέρας. [16] Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος [17] ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακες ἐκαλῦντο. Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τῦτο [18] τοῖς τῶν ἐυπόρων, ὓς συνεισέπεμπον αὐτοῖς

Liquet autem ex his, quam non fuerint hi homines *principes in rep. Atheniensium*, vt hic vertebatur. Demagogi populares erant, causamque populi in concionibus agebant, et illustres saepe viros accusabant. Ideo hic dicuntur προστάται τῦ δήμυ. De *Demade* alia paulo res est, de quo vide supra V. 12. Tenuitatem fortunae eius ac dein opulentiam apud Plutarch. in Phocione pag. 755. Praelatum aliquando Phocioni testatur noster XIV. 10. Perizon.

16. Καλλικρατίδας γε μὴν) Clarissimi hi fuere inter Spartanos duces exercituum, eiusdem fermetemporis. *Callicratidae* complura refert apophthegmata Plutarchus in apophth. lacon. Vide et Ciceron. de offic. I. 24. et Xenoph. de reb. gest. Graec. lib. I. *Gylippus* vicit Athenienses in Sicilia, subsidio missus Syracusanis. *Lysander* ex Nepote, et Plutarcho, atque omni Graecorum historia, est notissimus. Perizon.

17. Ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακες ἐκαλῦντο) Sluisk. ἐν Λακεδαίμονι: Med. I. ἐκ Λακεδαίμονος. Lugd. vulgatum tuetur, sed legit dein Μόθρακες aeque ac Paris. B. et C. Male. Μόθακες fuere liberi homines ex oppidis haud dubie, laconicae reip. subiectis, qui Spartanorum filiis iungebantur, perpetui eorum comites et sodales, etiam in gymnasticis exercitiis. Vide Athen. lib. VI. cap. 20. Alii eos appellant Μόθωνας. Sic Harpocratio, Hesychius, Suidas, et schol. Aristoph. ad *Plutum* et *Equites*. Sine dubio a Μεθώνη oppido Laconicae. Periz.

18. Τοῖς τῶν ἐυπόρων) Variis modis et locis haec et sequentia tentant eruditi. Casaubon. ad Athen. d. l. interserit παίδων δόλοις κείμενον. Meurs. in misc. lacon. II. 6. citat simpliciter ex Aeliano, τοῖς τῶν ἐυπόρων παίδων δόλοις, ὓς, etc. et inde probat, etiam ab Aeliano illos dici *seruos*. Negligenter prorsus. Kuhnius nihil hic putat deesse, sed in seqq. legit αὐτῶν τοῖς παισί. Ego vero nidem arbitror excidisse hic aliquid, sed vnicam tantum vocem, nempe παιδαγωγοῖς, et hanc potissimum, quia sequitur, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ. Ex quo etiam patet, quam male faciant, qui δόλοις interserunt, quum isthaec locutio *manendi*, suo scil. arbitrio, minime conueniat in *seruos*. Adde Athenaeum, quem diligentissime legit, et sequi solet noster, diserte dicere, fuisse liberos homines. Id ergo fuerunt haud dubie primitus. At vero postea, quin etiam seruos οἰκογενεῖς, seu vernas, ad hunc vsum adhibuerint, nullus dubito, quum grammatici, Hesychius, et Etymol. Μόθακας diserte δόλυς dicant. Vide Meurs. d. l. sed qui quid discriminis videat inter Μόθωνας et Μόθακας, non perspicio. In seqq. vero integer est sensus, si hic inseratur illud παιδαγωγοῖς, atque ideo nihil istic mutandum, nisi tamen aliquid vitii haereat in illis ὁ δὲ συγχωρήσας — μεταλαγχάνει. Certe rarior est significatio actiua istius verbi. Atque idcirco probauerim facile ego coniecturam doct. Iensii, qui existimat excidisse συνεχώρησε, quod librarii neglexerint repetere: et hoc modo locum hunc tentat, ὁ δὲ συγχωρήσας τῦτο Λυκῦργος, συνεχώρησε καὶ τοῖς ἐμμείνασι τ. τ. π. α. π. Λακωνικῆς μεταλαγχάνειν, *concessit etiam illis, qui in puerorum etc. vt reip. lac. participes dein fierent.* Speciose

οἱ πατέρες συναγωνισάμενοι ἐν τοῖς γυμνασίοις. Ὁ δὲ συγχωρήσας τοῦτο Λυκοῦργος, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ πολιτείας Λακωνικῆς μεταλαγχάνει. Καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ [19] πατρὸς ἦν ἀφανοῦς. [20] Κλέων δὲ ὁ Σικυωνίων τύραννος, καταποντιστὴς ἦν.

prorsus et optimo certe sensu, quo melius nihil habeo, quod ad hunc locum conferam. Perizon.

19. Πατρὸς ἦν ἀφανοῦς) Nepos tamen *honesto genere* ortum ait, sed *pauperem a maioribus relictum*. Vide ibi Gebhardum. Perizon.

20. Κλέων) Fuit inter vltimos Sicyoniorum tyrannos, paulo ante Arati tempora, qui patriam tyrannide liberauit. Vide Plutarchum in *Arato*, et Pausaniam in *Corinthiacis* cap. 8. Alius fuit *Cleo* in Asia minore tempore Antonii et Augusti, itidem ex praedone opulentissimus sacerdos et dynasta, de quo Strabo lib. XII. pag. 574. Perizon.

ΚΕΦ. μδ.

Περὶ τῶν ἐν λιθοτομίαις τῆς Σικελίας πολὺν χρόνον διατριψάντων.

[1] Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι [2] περὶ τὰς Ἐπιπολὰς ἦσαν.

1. Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι) Celebres hae fuerunt lapicidinae Syracusanorum, proprie λατομίαι dictae, et pro carcere adhibitae, licet olim non fuerint tectae. Nam homines in iis expositi erant soli et pluuiae, aestui et frigori, διὰ τὸ ἀστέγαστον, *propterea quod apertae, non tectae, essent*, vt docet nos Thucyd. lib. VII. cap. vlt. Et tamen vel sic erat haec ἀσφαλεστάτη τήρησις, *tutissima custodia*; vt idem cap. sup. ait. Sed elegantissime Cicero Verr. V. cap. 27. *opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum, totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum vndique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. In has lautumias, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur.* Sed quid hoc, quod idem dein cap. 55. ait; *carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae lautumiae vocantur, in istius imperio domicilium ciuium Romanorum fuit.* Nam quomodo a *Dionysio* demum dicitur *factus* in quem iam antea aliquot millia Atheniensium fuerunt a Syracusanis demissa? Nempe, quia locus erat profundus et multos capere poterat homines, ideo Syracusani in eum deiecerunt, quos bello ceperant. Sed tamen necdum tunc erat ad ordinarium carceris vsum satis accommodatus, nec adeo longus et latus, ac postea fuit. Nam querebantur captiui de *angustia loci*, et iacebant eodem in loco viui et mortui, inter excrementa sua. Dionysius ergo magis redegit in formam carceris idoneam, et varias cellas, ac simul reddidit latiorem, excisis quotidie per captiuos pluribus lapidibus. Hinc Lucian. de mercede conduct. pag. 494. alludens ad Philoxeni historiam in latomias has coniecti, quia laudare nolebat carmina Dionysii, ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τοῦ Διονυσίου

σαδίου μῆκος, τὸ εὖρος δύο πλέθρων. Ἦσαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνου τοσοῦτον διατρίψαντες ἄνθρωποι, ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ, καὶ παιδοποιῆσαι. Καί τινες τῶν παίδων ἐκείνων, μηδεπώποτε πόλιν ἰδόντες, ὅτε εἰς Συρακούσας ἦλθον, καὶ εἶδον [3] ἵππους ὑπεζευγμένους, ἔφευγον βοῶντες· οὕτως ἄρα ἐξεπλάγησαν. Τὸ δὲ κάλλισον τῶν ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν [4] Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ φασι διατρίβων τὸν Κύκλωπα εἰργάσατο, τῶν ἑαυτοῦ μελῶν τὸ κάλλισον· παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν ἐκ Διονυσίου τιμωρίαν, καὶ καταδίκην, [5] ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργεῖ ὁ Φιλόξενος.

εὐθὺς ἀφίξῃ, nisi laudaueris, in lapicidinas Dionysii statim deuenies. Illud vero exemplum alii quoque secuti sunt reges vel tyranni. Vnde et Cicero dixit esse *regum ac tyrannorum opus, multorum operis penitus excisum.* Romani etiam suum carcerem appellarant *lautumias*, ex graeco λατομίας, haud dubie, quia et ipse ex Capitolino monte ex parte erat excisus. Liu. XXVI. 27. de incendio quod circa forum nocte erat ortum, *comprehensae et lautumiae*, scil. illo incendio. Perizon.

2. Περὶ τὰς Ἐπιπολὰς) Quinta pars vrbis Syracusanae dicebatur Ἐπιπολαί. Vide Cluuer. Sic. antiq. lib. I. c. 12. vbi et de latomiis agit. Periz.

3. Ἵππους ὑπεζευγμένους) Abest caput hoc ab Lugd. cod. et regio secundo, quod sane nollem. Nam Sluisk. et reg. tertius, hisce verbis continuo addit, καὶ βόας ἐλαυνομένους, ἔφευγον hoc est, *et boues actos*, seu *agitatos*. Nec dubitem, quin, sicut saepe in postremis edd. ex duobus eodem modo desinentibus alterutrum est praetermissum, sic vel in Perusci codice a librario, vel in eius editione ab typographo, et ita etiam in seqq. aliorum editionibus, haec verba male sint neglecta. Ceterum res ipsa etiam de regiae familiae adolescente, Eduardo Plantageneta, vltimo Eboracensium, in Anglorum annalibus traditur. Nam et ille a puero in custodia habitus sub Richardo III. et Henrico VII. nulla dein nouerat animalia, quia nulla vnquam viderat. Per. — E Med. 3. recepit A. Gron. omissa in omnibus ed. verba, καὶ βόας ἐλαυνομένους. Secuta eum est edit. Basil.

4. Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ) De *Philoxeno* vide quae supra ad X. 9. notaui, et quae hic Schefferus. Fabula *Cyclopis* agebat de eo amante Galateam, et psallente, sed isto nomine designabat tacite Dionysium ipsum. Perizon.

5. Ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργεῖ) Faber ἐμουσούργει, at Scheffer. μουσουργῶν, malunt, reluctante Kuhn. Nemo aduertit vim voculae ἀλλ', quae hic vertenda erat ἐμφατικῶς, *etiam*, non *sed*, vt factum. Sic passim in medio orationis. Supra III. 47. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν. IX. 41. ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ χαλκιοίκῳ, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη. Vide et infra XIII. 1. 17. Max. Tyr. diss. 8. ὁ δὲ ὑπ' ὀργῆς ἀλλά τε ἀμφοτέρους προυπηλάκισε, καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου, *ille vero* Hipparch. *prae ira etiam vtrumque exagitauit, et simul Harmodii sororem.* Lubens autem in proximis superioribus interposuerim voculam γὰρ, legendo, παρ' οὐδὲν γὰρ θέμενος. Per. — Med. 3. firmat Schefferi coniecturam, quam et recepit ed. Bas. Videtur omnino melius respondere praecedenti, παρ' οὐδὲν θέμενος.

ΚΕΦ. με.

Περὶ Μίδȣ, Πλάτωνος, καὶ Πινδάρȣ, νηπίων.

Φρύγιοι καὶ ταῦτα ᾄδȣσι λόγοι· [1] Μίδȣ τȣ͂ Φρυγὸς ἔτι νηπίȣ καθεύδοντος, μύρμηκας εἰσέρπειν εἰς τὸ ςόμα, καὶ πάνυ φιλοπόνως καὶ φιλέργως εἰσφέρειν τȣ̀ς πυρȣ̀ς· [2] Πλάτωνος δὲ μελίττας εἰς τὸ ςόμα κηρίον ἐργάζεσθαι. Καὶ [3] Πινδάρῳ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκτεθέντι μέλιτται τροφοὶ ἐγένοντο, ὑπὲρ τȣ͂ γάλακτος [4] παρατιθεῖσαι μέλι.

1. Μίδȣ τȣ͂ Φρυγὸς) De eo vide me supra ad III. 18. Fabulam narrat etiam Cicero de diuin. I. 36. et II. 31. vt et Valer. Max. I. 6. qui ea re opulentiam eius significatam, credi tradunt. Perizon.

2. Πλάτωνος) Hoc prodigium habuimus iam supra X. 21. Legitur etiam apud Cicer. et Valer. Max. dd. ll. Perizon.

3. Πινδάρῳ τῆς πατρῴας) *Pindarum* a parentibus *expositum* aut abiectum non legi. Sed et Philostratus in icon. lib. II. refert a patre puerum in lauri et myrti ramis depositum, et ita tunc aduolasse apes. Pausanias vero in *boeoticis* iam adolescenti in via dormienti id accidisse refert. Sed forte errauit auctor, et *expositum* credidit, qui tantum casu quodam depositus erat a parentibus sub dio, vt Plato fuit sic depositus supra X. 21. Simile prorsus exemplum de Hierone Syracusano refert Iustin XXIII. 4. *Sed paruulum et humanae opis egentem apes, congesto circa iacentem melle, multis diebus aluere.* Perizon.

4. Παρατεθεῖσαι) Legendum omnino, παρατιθεῖσαι, quod iubet Sluisk. et postulat sensus, qui actiuae significationis, neutiquam passiuae, requirit vocem. Id vero quum etiam Faber animaduerterit, miror, nullam eius rationem haberi a Scheffero aut Kuhnio. Periz.

ΚΕΦ. μϛ.

Περὶ σημείȣ, μοναρχίαν τῷ Διονυσίῳ δηλώσαντος.

Διονύσιον δὲ [1] τὸν Ἑρμοκράτȣς λέγȣσι ποταμὸν διαβαίνειν. Ἔφερε δὲ αὐτὸν ἵππος· καὶ ὁ μὲν ἵππος [2] κατὰ τȣ͂ τέλματος ὠλίσθανεν, ὁ δὲ ἀποπηδήσας, τῆς

1. Τὸν Ἑρμοκράτȣς) Ὀνηλάτην, *asinorum pastorem et agasonem* oportet hunc Hermocratem fuisse, siquidem talis viri filium fuisse Dionysium ait Helladius in chrestomathia apud Phot. pag. 1580. Et hinc Isocrates in orat. ad Philippum, Dionysium hunc πολλοστὸν dicit, seu *plebeium, inter Syracusanos, et genere, et gloria, et aliis rebus.* Alterius Hermocratis Syracusani, viri nobilissimi, qui Athenienses in Sicilia vicit, filiam dein duxit vxorem idem Dionysius. Vide Diod. Sic. lib. XIII. pag. 216. Perizon.

2. Κατὰ τȣ͂ τέλματος ὠλίσθαινεν) Msti pariter ὠλίσθανεν, in aoristo, vt ἠλάβετο, ἠνολύθησε. Sed et ita

ὄχθης ἐλάβετο, καὶ ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. Ὁ δὲ ἠκολούθησε, [3] καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτόν· καὶ ἐκεῖνος ἐλάβετο αὐτοῦ τῆς χαίτης, καὶ ἔμελλεν ἀναβαίνειν· καὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιπίπτει μελιττῶν πλῆθος. Ἔφασαν οὖν [4] οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ.

edd. primae, Romana et Baſ. Senſus autem eſt, *in coeno ſubſidens collapſus eſt*. Cicero de diuin. I. 33. eandem rem narrans ait, *ſubmerſus equus voraginibus non exſtitit*. Perizon.

3. Καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτόν) An accipiendum hoc, quaſi ſcriptum eſſet χρεμετίσαντος ἑαυτοῦ? An vero legendum eſt χρεμετίσας? vt volunt ſane Petrus Victorius, tum Faber, aliique, et diſerte exhibet Med. 3. Atque ita etiam ſecunda manus Sluisk. cod. in quo quum ſcriptum eſſet χρεμετίσαντα, aeque ac in reg. primo et tertio, exarauit illa ſupra tres vltimas literas ſolum ς. In Lugd. poſtrema ſyllaba non eſt expreſſa. Legitur enim χρεμετίσαν cum τ ſupra ſcripto. Ὑπέστρεψεν autem cur mutetur contra codd. auctoritatem in ἐπέστρεψεν, quod item voluit Faber, id vero non ſatis video, quum vtrumque recte dici poſſit. Certe Homerus, quem ſedulo legit auctor, Iliad. Ε. 581. de auriga dicat, ὁ δ' ὑπέστρεφε μώνυχας ἵππους, *ille vero retro vertebat equos ſolidis vngulis praeditos*. Perizon.

4. Οἱ Γαλεῶται) Vates erant Γαλεοὶ et Γαλεῶται in Sicilia ſic dicti. Habitabant maxime in oppido Hyblae, *Galeotis* inde dictae. Rationem appellationis ex hebraeo גלה *Gala*, *reuelauit*, repetit Bochart. Canaanis lib. I. cap. 28. Sed tamen et Graeci belluam marinam, quae frequens erat apud Siciliam, ſic vocant. Vide Strabon. lib. I. p. 24. Vt et ſtellionem, animalculum terreſtre. Vide Stephanum Byzant. in γαλεῶται et Suidam in γαλεὸς et ἀσκαλαβώτης. Periz.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ Ἀριστομάχης, Δίωνος γυναικός.

Διονύσιος [1] ἐλαύνει τῆς Σικελίας Δίωνα, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ [2] Ἀριστομάχην, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ παῖδα, ἐφύλατ-

1. Ἐλαύνει τῆς Σικελίας) Ioach. Kuhn. in indic. ſubintelligi iubet ἀπὸ, loco in hanc rem allato e lib. X. 16. ἀπὸ τῆς συνουσίας ἀπέκαμνεν αὐτοῦ. Sed vir doctus in miſc. obſeru. tom. III. pag. 241. recte contra monuit, non occurrere apud ſcriptores probatae auctoritatis loca, quae hanc ellipticam verbi ἐλαύνειν conſtruendi rationem iuuent. Legendum igitur eſt cum illo aut ἐλαύνει ἐκ τ. Σ, aut, quod magis placet, ἐξελαύνει τ. Σ.

2. Ἀριστομάχην) Nihil mutant mſti. Atque ideo non dubito, auctorem ipſum in his feminis erraſſe. Certe enim Nepos, Plutarchus, aliique, Dionis ſororem eandemque Dionyſii maioris vxorem *Ariſtomachen* vocant, at Dionis vxorem, et Dio-

τεν. Ὕστερον δὲ τὴν γυναῖκα ἄκουσαν δορυφόρων αὐτοῦ πάντων μάλιστα θεραπευτῇ, [3] Πολυκράτει, γυναῖκα δίδωσι· Συρακούσιος δὲ τὸ γένος ἦν. Δίων δὲ παραλαβὼν Συρακούσας, ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου, ἐνταῦθα ἡ μὲν [4] Ἀρήτη, ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφὴ, προσεῖπεν αὐτόν. Ἡ δὲ Ἀριστομάχη εἵπετο, δι᾽ αἰδοῦς ἐγκαλυπτομένη, καὶ οὐ τολμῶσα προσειπεῖν ὡς ἄνδρα, ἐπεὶ βιασθεῖσα τὸν θεσμὸν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνῆς οὐ διεφύλαξεν. Ἐπεὶ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήσατο ἡ Ἀρήτη, τὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀνάγκην καταλέξασα, ὁ Δίων προσηγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν παῖδα, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἔπεμψεν.

nysii ex Aristomache filiam *Areten*. Sed et ipse auctor XIII. 10. Dionis sororem *Aristaeneten* appellat, haud dubie pro *Aristomachen*. Periz.

3. Πολυκράτει) Etiam in hoc nomine videtur vel auctor ipse, vel librarius errasse: siquidem Plutarchus in Dione pag. 980. eandem rem referens, eum appellat *Timocraten*. Periz.

4. Ἀρήτη) Plutarchus hoc nomen scribit Ἀρετὴ, et tribuit Dionis vxori, quod faciunt et reliqui. Apud Graecos tamen etiam hoc Ἀρήτη, nomen est feminarum, vt ex Homeri *Odyssea* constat. Lugd. cod. et reg. secundus scribit hoc loco Ἀρίστη, at dein Ἀρήτη, sicuti editur, et occurrit in Sluiskian. Paulo ante, minus recte expressa erant illa, ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου. Vertebantur enim, *fugato ad Locros Dionysio*, quasi apud Locros, (hec enim significant latine isthaec verba) victus et in fugam fuisset actus. Ille vero quum Dio rediisset in Siciliam armata manu, *aufugit* ex Sicilia *Locros*. Periz.

ΚΕΦ. μη.

Περὶ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων.

[1] Ὅτι Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου μεταγράψαντες ᾄδουσιν οὐ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Περσῶν βασιλεῖς· εἴτι χρὴ πιστεύειν [2] τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι.

1. Ὅτι Ἰνδοὶ) Idem de iis tradidit Dio Chrysost. orat. de Homero, vt recte monuit Kuhnius. De *Persis* videmur idem colligere ex Dinone, et eius *Persicis*, apud Athen. lib. XIV. c. 8. Nam apud eos, aeque ac Graecos, cantari solebant maxime heroum et virorum illustrium facta. *Homeri* autem carmina heroas et fortes viros maxime celebrant. Per.

2. Τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι) Accipiebantur haec ita, vt intelligeretur ὑπὲρ τούτων πραγμάτων: atque ideo etiam in indi... exponebatur ἱστορεῖν ὑπέρ τινος, *recensere aliquid*. At vero intelligenda haec sunt de populis, ὑπὲρ τούτων, scil. Ἰνδῶν καὶ Περσῶν. Nec dubito quin auctor respexerit Ctesiam, qui *Indica et Persica* scripsit: forte et Dinonem, qui saepe in rebus *Persicis* laudatur, etiam a nostro. Vide supra VII. 1. Periz.

ΚΕΦ. μθ.

Ὅτι ἀμνησίκακος ὁ Φωκίων.

Φωκίων ὁ τοῦ Φώκου, πολλάκις στρατηγήσας, [1] κατεγνώσθη θανάτῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ ἔμελλε πιεῖσθαι τὸ κώνειον. Ἐπεὶ δὲ [2] ὤρεξεν ὁ δήμιος τὴν κύλικα, οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν· ὁ δὲ, ἐπισκήπτω αὐτῷ, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακήσειν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω. Ὅστις δὲ οὐκ ἐπαινεῖ καὶ ὑπερθαυμάζει τὸν ἄνδρα, δοκεῖ μοι μέγα ὁ τοιοῦτος ἐννοεῖν οὐδέν.

1. Κατεγνώσθη θανάτῳ) Vir doct. in misc. obseru. tom. III. p. 241. dubitat, an haec scriptura sit sine vitio. Mihi quidem scriptores non solum καταγινώσκω σε θανάτου, et κ. σου θάνατον, sed et καταγινώσκω σε θανάτῳ. In vltima constructione subintelligendum videtur ἐπὶ, quod addit Dio Chrysost. aliquo loco, ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις καταγινώσκεσθαι. Neque vero video, quare non ad hanc, paulo insolentiorem verbi καταγινώσκειν constructionem eadem vtar linguae analogia, e qua illam oppugnauit Vir Doctus l. c. — Occurrit autem καταδικάζεσθαι θανάτῳ apud Diodor. Sicul. tom. I. pag. 641. edit. Wessel. et addito ἐπὶ ibid. tom. II. pag. 177. καταδικασθεὶς ἐπὶ τῷ θανάτῳ. Lucian. de sacrif. tom. I. pag. 529. καταδικασθεὶς ἐπὶ τῷ τῶν κυκλώπων θανάτῳ. Sic καταζημιοῦν θανάτῳ in Alciphr. ep. 3. 40. Et ἔνοχος tam cum secundo, quam cum tertio casu coniunctum legitur.

2. Ὤρεξεν ὁ δήμιος τὴν κύλικα) Cum hac *Phocionis* morte in carcere conferri debet illa Socratis apud Platonem in Phaedone in extr. Liquet enim ex eo loco tota ratio huius supplicii, et vis cicutae, quae facilem et placidam hominibus mortem inferebat, pedes primum frigore suo, dein superiora corporis, inuadens. Sed et eodem pene modo, vt hic, dicitur primum ὁ μέλλων δώσειν τὸ φάρμακον, ἐν κύλικι τετριμμένον, *qui daturus est venenum, in calice contritum*. Et dein, ὤρεξε τὴν κύλικα τῷ Σωκράτει. Homo iste, qui dabat venenum, hic vocatur δήμιος, h. e. *carnifex*, minister suppliciorum. Sic apud Lucian. dial. meretr. pag. 733. ὃν κάκιστα ἐπίδοιμι ἀπολύμενον, ἑλκόμενον τοῦ πώγωνος ὑπὸ δημίου, *quem vtinam viderem pessime pereuntem, barba a carnifice tractum*. Et pag. 748. meretrix de milite, qui caedes suas narrabat, et cum quo ideo concumbere nolebat, οὐδὲν ἔτος ἀμείνων τοῦ δημίου, *talis homo nihilo melior est carnifice*. Max. Tyr. diss. 9. τὸ ξίφος τὸ αὐτὸ ὄν, ἀλλοιότερον μὲν φαίνεται τῷ ἀριστεῖ, ἀλλοιότερον δὲ τῷ δημίῳ, *gladius idem, alius tamen videtur viro forti, alius carnifici*. Responsum autem hoc Phocionis habet etiam Plutarchus in apoph. Perizon.

ΚΕΦ. ν.

Περὶ Λακεδαιμονίων μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας ἐχόντων.

[1]Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπείρως εἶχον. Ἐμελε γὰρ

1. Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπείρως εἶχον) Verti *musicae*, vt voluit Kuhnius nec tamen *in sensu proprio de ipsa musica* accipi velim, vt ille item velit, sed de omni eo, quod Graeci μουσικῆς vocabulo designabant. Res manifesta ex seqq. in quibus agitur non modo de musicis proprie dictis, sed et de poetis, et facultate dicendi. Sic supra IV. 15. Gelo Syracusarum rex, horum omnium imperitus, ἄμουσος vocatur. Alienos autem ab his omnibus fuisse Laconas, res notissima est. Xenophon in rep. Lacedaem. comparationem instituens inter educationem puerorum apud reliquos Graecos, et apud Lacedaemonios, illos ait mittere pueros εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ, *ad praeceptores vt discant et literas, et musicam, et exercitia palaestrae.* Hos vero praeficere iis virum illustrem, qui eos conuocet, inspiciat, puniat, *si ignaui sint et segnes*, atque ita doceat eos *multam verecundiam et obedientiam*, πολλὴν αἰδῶ καὶ πειθὼ, non ergo *literas* et *musicam.* Disertius longe Isocrat. in Panathen. pag. 658. τοσοῦτον, ait, ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσιν, ὥς' οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν, *illi vero adeo destituti sunt communi eruditione et philosophia, vt neque literas discant.* Similiter apud Plat. in Hippia mai. pag. 285. vbi quum dixisset, *leges ipsorum non permittere peregrinam disciplinam*, subiicit tandem, οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε (ὡς εἰπεῖν) πολλοὶ ἐπίςανται, *ne numerare quidem, vt ita loquar, plerique eorum sciunt.* Quid vero dicemus igitur de eo, quod idem Plato in Protag. p. 342. *sophistas plurimos in Creta et Lacedaemone esse, sed illos se dissimulare, et fingere se indoctos, ne pateat, eos sapientia potissimum vincere alios Graecos*; addens dein, *Lacedaemonii* πρὸς φιλοσοφίαν καὶ λόγους ἄριστα πεπαίδευνται, *omnium optime ad philosophiam et eloquentiam eruditi sunt:* idque intelligi jam a multis, ὅτι τὸ λακωνίζειν πολὺ μᾶλλόν ἐςι φιλοσοφεῖν ἢ φιλογυμναςεῖν, *laconicam vitam viuere multo magis esse philosophari, quam studiose in gymnasiis exerceri.* Nempe omnia haec intelligenda de naturali sapientiae moralis scientia, eamque breuibus praeceptis, quae sunt illorum λόγοι, vt ex seqq. liquet, explicandi ratione. Ceteroquin enim *orator* inter eos *nemo fuit*, vt diserte testatur Cicero in *Bruto:* sed et *artem dicendi* apud eos plane neglectam ex Thucydide probat noster. Immo eiectos ex ciuitate rhetores, et punitos ciues, qui rhetoricam foris didicisset, docet nos Sextus empir. adu. mathemat. lib. II. pag. 68. Denique omnis doctrina, siue academiae, siue lycei, prorsus ab illis aberat. Hinc Max. Tyr. diss. 9. cohibere suum amorem, ait, non esse adeo difficile, nec solius philosophi, siquidem et Agesilaus id fecerit, rex Spartanus, οὐκ ἐν λυκείῳ τραφεὶς, οὐδ' ἐν ἀκαδημίᾳ γυμνασάμενος, οὐδ' ἐν φιλοσοφίᾳ πεπαιδευμένος, *neque in lyceo educatus, neque in academia exercitus, neque in philosophia eruditus.* Admiserunt tamen in suam vrbem peregrinos poetas, atque alios scriptores, quos recensuit Meurs. in lacon. IV. 17. immo et tandem publicas Homeri recitationes. Vnde Max. Tyr. diss. 7. multas quum dixisset ciuitates bene constitutas existere, quae Homerum ignorarent, subiicit, ὀψὲ γὰρ ἡ Σπάρτη ῥαψῳδεῖ, hoc est, *sero*

αὐτοῖς

αὐτοῖς γυμνασίων, καὶ ὅπλων. Εἰ δέ ποτε ἐδεήθησαν τῆς ἐκ μουσῶν ἐπικουρίας, ἢ νοσήσαντες, ἢ παραφρονήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον δημοσίᾳ παθόντες, μετεπέμποντο ξένους ἄνδρας, [2] οἷον ἰατροὺς, ἢ — — κατὰ πυθόχρηστον. Μετεπέμψαντό γε μὴν [3] Τέρπανδρον,

Sparta publicas recitationes carminum Homeri admisit. Similiter vero quod ad *musicam* proprie dictam, se res habuit. Neque enim ipsi eam discebant aut norant. Sed tamen admittebant, vt vel ex festo Carniorum liquet, in quo certabant musici, sed antiqua et seuera musica; et in quo festo *Terpander* hic primus vicit. Vide Athen. XIV. 9. Adde instit. lacon. Plut. Perizon.

2. Οἷον ἰατροὺς ἢ κατὰ πυθόχρηστον) Lubens valde deleuerim illud, ἢ, et omnia coniunxerim. Nam qui sequuntur *Terpander, Thales, Tyrtaeus*, simul οἷον ἰατροὶ, simul κατὰ πυθόχρηστον, arcessiti sunt. De *Terpandro* vide Suidam in μετὰ λέσβιον ᾠδόν: de *Thaleta* Plutarch. de musica in extr. de *Tyrtaeo* res est notissima vel ex Iustino. Ἰατροὺς autem caue proprio accipias sensu, vt certe fecit Crag. in rep. Laced. lib. III. tab. 8. inst. 1. vbi ex hoc loco Aeliani ait, *Lacedaemonios fuisse literarum rudes, atque aliunde solitos arcessere medicos, vel alios, quum opus esset.* At vero sensus Aeliani est, Laconas, si quando indigerent musico vel poeta, siue ad depellendum insaniae quendam morbum, siue ad seditionem exstinguendam, aut alia etiam de causa, arcessiuisse tunc peregrinos, quia ipsi non habebant, non medicos, sed musicos et poetas, *tanquam medicos* sibi istorum malorum futuros, idque ex oraculo Apollinis. Sic certe Plutarch. d. l. καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίοις παραγενόμενον διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, *et Thaletam Cretensem, quem ferunt ex oraculo quodam advenientem sanasse per musicam Lacedaemonios, et liberasse a pestilentia, quae Spartam inuaserat.* Perizon. — Perizonii, τὸ ἢ reiicientis, sententiam probat vir cl. Meinecke. Sed mihi illa particula videtur indicare lacunam, in his Aeliani verbis latentem. Nam Thaleten poterat vere adpellare Aelianus ἰατρὸν, vt qui ad contagii furorem compescendum aduocabatur: at, quomodo in Terpandrum, qui seditionis sedandae causa, et in Tyrtaeum, qui rei militaris restituendae et emendandae causa inuitabatur a Lacedaemoniis, nomen ἰατροῦ quadrat?

3. Τέρπανδρον) *Terpander* hic fuit patria *Lesbius*, ex oppido Antissa. Vide Stephan. de vrb. in Ἄντισσα. Vixit vel tempore Lycurgi ipsius, cuius etiam leges in metrum redegisse et cantilenas dicitur a Clem. Alex. strom. I. pag. 308. vel paulo post: nam certe Carniorum certamine, quod refertur ad olymp. XXVI. primus vicit. Vide Athen. lib. XIV. cap. 9. Apud Clement. etiam strom. I. pag 333. Hellanicus refert Terpandrum ad tempora *Midae*, Phaneas vero Lesche Lesbio et Archilocho facit seriorem, quo antiquiorem statuit Glaucus Italus apud Plut. de musica init. Vocatus vero fuit a Lacedaemoniis *ex oraculo*, vt ex Suida docuimus. Ad eum ergo referendum est, quod Heraclid. de polit. ait, Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐτίμησαν, τοῦτο γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμῳδουμένους ἐκέλευσε, *Lacedaemonii Lesbium cantorem honorarunt; illum enim audire deus oraculum consulentes iussit.* Sedauit autem *seditionem*, seu, vt Plutarch. de musica ait in extr. τὴν γενομένην ποτὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις στάσιν κατέλυσε. Periz.

καὶ [4] Θάλητα, καὶ [5] Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην, Νυμφαῖον, καὶ [6] Ἀλκμᾶνα, αὐλῳδὸς γὰρ ἦν. Καὶ

4. Θάλητα) Sic Romana editio, non ex *errore*, qui inde fluxerit in alias, vt ait Kuhnius, sed ex mstis, qui ita scriptum hoc nomen exhibent. Veteres autem promiscue modo Θαλήτας, Θαλήταν scribunt, atque ita Suidas et Plutarchus de musica: modo Θαλῆς, Θάλητα, sic noster, et Pausan. in att. cap. 14. et ipse Plutarchus in lib. *philosophum cum ducibus agere potissimum debere*. Sed et antiquior ille *Thaletas* Cretensis, cuius consilio et doctrina multum vsus est Lycurgus, a Sexto Empir. d. l. et a Strabone lib. X. pag. 480. et 482. Θαλῆς, ab aliis etiam Θαλήτας dicitur. Ceterum hic *Thaletas* Gortynius fuisse dicitur, et serior Terpandro ac Archilocho, sed non multum. Vide Plutarch. de musica. Adhibitus fuit a Lacedaemoniis *ex oraculo* ad pestilentiam musica sedandam, teste ibid. Plutarch. in extr. et Pausan. d. l. At idem Plut. in altero libello, modo dicto, eum ait τὴν Λακεδαιμονίων στάσιν παύσαι ἐπᾴδων καὶ παραμυθούμενος, *seditionem Lacedaemoniorum compescuisse cantando et exhortando*. Dubitem vero, an non idem fuerit ille antiquior, et hicce *Thaletas*, et, prout a diuersis diuersa homini aetas fuit adscripta, ita ex vno ipsi veteres fecerint duos, qualis error in tempore tam antiquo facillime euenire potuit. Periz.

5. Τυρταῖον) De hoc vide Pausan. in messen. cap. 15. et 18. et Iust. III. 5. atque ibi notas. Qui sequitur *Nymphaeus Cydoniates* non tam cognitus est. Lugd. cod. itidem, vt Paris. B. et C. legit Κλυδωνιάτης. Sed rectum est, quod vulgatur, et reperitur in aliis codd. Vide Stephan. in Κυδωνία, quae vrbs est Cretae. Adde autem his ex Theopompo Bacin Boeotium, qui item ex oraculo Apollinis Lacaenas furentes lustrauit sanauitque. Vide schol. Aristoph. pag. 588. Sed emendandus est hic locus ex eodem schol. ad pacem. pag. 703. et ex Suida simul in v. Βάκις, legendumque ex iis, περὶ τούτου τοῦ Βάκιδος, hoc est, *de illo Bacide*, Arcade scil. qui proxime nominatus erat vtroque in loco, pro περὶ τοῦ Βοιωτοῦ Βάκιδος. Ceterum Areas ille *Bacis*, qui Lacaenas lustrauit ex oraculo Apollinis, fuit ἐκ πόλεως Καφύης, καὶ ἐκαλεῖτο Κύδας, vt ex Phileta Ephesio vterque tradit: atque ideo nullus iam dubitem, quin etiam hic pro Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, qui vnus ex his omnibus est obscurus adeo, immo ignotus plane, legendum sit Κύδας ὁ Καφυεύς, hoc est, Bacis ille Κύδας dictus, et ex oppido Arcadiae, *Caphya*, ortus, quem certe heic praetermittere neutiquam debuerat auctor, quia et ille κατὰ πυθόχρηστον, οἷον ἰατρὸς, lustrauit Lacaenas μανείσας, seu, vt noster ait, παραφρονησάσας. Perizon.

6. Ἀλκμᾶνα) Ille vero *Lacedaemonius* a plerisque dicitur, vide Meurs. in lacon. IV. 17. et Voss. de poet. graec. Suidas etiam insuper dicit esse Λάκωνα ἐκ Μεσσόας, hoc est, certa vrbis parte, sic dicta. Sed tamen diserte Velleius I. 18. *Lacones* ait *falso sibi vindicare Alcmanem*. Et apud eundem Suidam, Crates eum fuisse *Lydum* ac *Sardianum* tradidit. Nempe videtur puer adhuc, quocunque tandem modo, ex Lydia captus, et in seruitutem venditus, atque ita educatus Lacedaemone. Certe *seruus fuit Agesidae* Lacedaemonii, *sed manumissus ob ingenium, poeta euasit*, teste Heracl. de polit. ὁ δὲ Ἀλκμὰν, ait, οἰκέτης ἦν Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν, ἠλευθερώθη, καὶ ποιητὴς ἀπέβη. Male istic οἰκέτης vertitur *verna*, quod non fuit. Sed peius etiam apud Suidam ἀπὸ οἰκετῶν, quod de hoc *Alcmane* dicitur, Portus accepit, et vertit, *quum ex seruilibus, seruisque parentibus esset*

Θουκυδίδης δὲ ὁμολογεῖ, ὅτι μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας εἶχον, ἐν οἷς λέγει περὶ Βρασίδου. [7] Λέγει γοῦν, ὅτι ἦν ἀδύνατος εἰπεῖν, ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον, ὡς ἂν ἰδιώτης.

natus. At Suidae mens est, Alcmanem hunc fuisse ipsum prius seruum, et ex seruitute manumissum. Sic ἀπὸ δούλων, *libertus*, qui dein etiam ἀπόδουλοι dicebantur. Vide glossarium graecum Cangii in hac voce. Res tota liquet ex epigrammate, de *Alcmane*, quod exhibet Plutarch. de exilio, init. In quo Alcman dicere fingitur, si eductus fuisset in patria sua, *Sardibus*, futurum se Gallum matris deum, vel simile quid, at nunc euasisse se Spartanum, et didicisse artes musarum, quae praestantiorem se fecerint ipsis tyrannis. Epigramma illud emendatum vide in Plinianis Salmas. pag. 825. Ceterum patet ex his, quam male Meurs. ergo Vellei. insimulet lacon. IV. 17. quod Alcmana *male neget Lacedaemonium*. Illis qui negarunt, etiam noster addi debet, quippe qui eum quoque inter *peregrinos*, et aliunde *arcessitos* hic memorat. Quapropter repolui quidem, vt voluerunt Scaliger et Kuhnius, ἀολλώδης, quia αὐλώδης nihil erat, nec graecis auribus vsitata vox. Sed tamen nullus dubito, quin longe aliter curandus sit hicce locus. Nam quae tandem commoda satis dabitur caussa, quare Alcmani soli subiiciatur haecce eius memorandi ratio, quod ἀυλωδὸς fuerit? Certe enim vereri non potuit auctor, *Alcmanem* hunc minus forte notum fore lectoribus suis, quam vel *Terpandrum*, vel *Thaletem*, vel *Nymphaeum*: nedum dubitaturum quenquam, an recte et ille inter musicos et poetas fit relatus: quum vtique longe omnium istorum fuerit semper celeberrimus, et eius carmina omnium in manibus essent, ac saepe ideo ab aliis citentur. Dein neque ab aliis Alcman ἀυλωδὸς dicitur, sed vel λυρικὸς, vt a Suida, vel μελῶν ποιητὴς, vt a Plutarcho; neque opus erat *tibicines* aliunde arcessere, quum ipsi Lacones discerent omnes αὐλεῖν, teste Athen. IV. cap vlt. Quid plura? Manifestum puto, altius et grauius vitium in corrupto hoc vocabulo sedere. Legendum censeo, καὶ Ἀλκμᾶνα αὖ, (vel δ' αὖ) Λυδὸν γὰρ ἦν. Optimo profecto sensu, et leuissima mutatione. Nempe quum plerique vulgo *Lacedaemonium* dicerent Alcmana, noster rationem dare voluit, quare eum inter ξένους ἄνδρας numerarit. Ea autem ratio erat, quod Alcman non esset *Lacedaemonius*, vt vulgo ferebatur, sed *Lydus*. Voculae αὖ, et δ' αὖ, et αὖτε, inseruiunt etiam transitioni, et connexioni simpliciter faciendae, quod monuit iam Budaeus, et male negauit Deuarius. Nihil enim certius, quam poni saepissime pro *vero*, *porro*, *sed*. Videatur tantum *catalogus nauium* Hom. Iliad. B. vbi v. 369. Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, *Phorcys porro Phryges ducebat*, v. 371. Μήοσιν αὖ Μέσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην, v. 374. Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο. Sic passim istic. Pindar. pyth. od. 4. 255. τρίταισι δ' ἐν γοναῖς ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέντες, *tertiis autem generationibus nos etiam ab illis sati*. Lycophron. Cassandra v. 168. per aenigmata sua enumerans Priami filios, τὸν δ' αὖ τέταρτον, *sed et quartum*, sequente mox *quinto*. Per. — Probat et clar. Meinecke Perizonii emendationem.

7. Λέγει γοῦν) Reperiuntur haec apud Thucyd. IV. 84. sed ita, ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν, *erat autem non indisertus, vt Lacedaemonius*, qui scil. ceteroqui non erant diserti. Codices Aeliani omittunt οὐδὲ, incertum, vtrum auctoris culpa, an librariorum. Ego, vbi attendo ad interpretationem, quam subiicit auctor, crediderim eius hoc esse ἁμάρτημα. Periz.

ΚΕΦ. να.

Περὶ τῦ τύφυ Μενεκράτυς, καὶ πῶς ὁ Φίλιππος ἐγέλασεν αὐτόν.

[1]Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς εἰς τοσῦτον προῆλθε τύφυ, ὥςε ἑαυτὸν ὀνομάζειν Δία. Ἀπέςειλε δέ ποτε ἐπιςολὴν [2] Φιλίππῳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ τοιαύτην· Φιλίππῳ Μενεκράτης ὁ Ζεὺς εὖ πράττειν. Ἀντέγραψε δὲ καὶ ὁ Φίλιππος· Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Συμβυλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοῖς κατὰ [3] Ἀντίκυραν τόποις. Ἠνίττετο δὲ ἄρα διὰ τύτων, ὅτι παραφρονεῖ ὁ ἀνήρ.

Εἱςία ποτὲ μεγαλοπρεπῶς ὁ Φίλιππος, καὶ δὴ καὶ τῦτον ἐπὶ θοίνην ἐκάλεσε, καὶ ἰδίᾳ κλίνην αὐτῷ ἐκέλευσε παρεσκευάσθαι, καὶ κατακλιθέντι θυμιατήριον [4] παρέθηκε. Καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτῷ; οἱ δὲ λοιποὶ

1. Μενεκράτης) Syracuſanus erat hic homo. In eam autem inſolentiam et arrogantiam prolapſus eſt, quia curabat optime ἱερὰς νόσυς, *morbos comitiales*. Neque vero ſe tantum appellabat *Iouem*, tanquam *vitae datorem altis hominibus*, ὡς μόνον αἴτιον τῦ ζῆν τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς ἰατρικῆς αὐτῦ, ſed et curatis a ſe imponebat nomina et inſignia aliorum deorum, Apollinis, Herculis, etc. eosque adigebat ad id, vt ſe comitarentur iſthoc ornatu et titulo per vrbes Graeciae, tanquam minores dii, hanc vnam ab iis mercedem pactus. Vide Athen. lib. VII. cap. 10. Periz.

2. Φιλίππῳ) Hinc hominis aetas cognoſcitur. Plutarchus etiam ad Ageſilaum talem ſcripſiſſe epiſtolam refert in apophth. reg. et ducum. Dubitem, an recte, quum Athen. d. l. *Archidamum*, Ageſilai filium, regem *Philippi* regno aequalem, nominet, vt ad quem talia Menecrates quoque ſcripſerit. Periz. — Vtramque hiſtoriam ad Philippum regem retulit Aelianus. Aliter Plutarch. in Ageſ. tom. II. pag. 1110. qui Ageſilaum, cui Menecrates ſcripſerat, Μενεκράτης Ζεὺς etc. reſcripſiſſe fatuo homini narrat; Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Alterum in Menecratem dictum vero Athen. pag. 289. quoque a Philippo profectum eſſe auctor eſt.

3. Ἀντίκυραν) Vrbs fuit Phocidis, vbi vel optimum naſcebatur, vel optime temperabatur, helleborum, quo cerebrum purgabatur, et ita mentis inſania tollebatur. Hercules omnium primus ab *Anticyreo* quodam, qui vſum hellebori inuenerit, ſanatus traditur. Quem ego, hominem iſtius oppidi iam ab Homero memorati fuiſſe exiſtimo, quum gentile oppidi ſit id ipſum Ἀντικυρεύς, quamuis non ignorem, Pauſan. in phoc. cap. 36. illud hominis iſtius nomen proprium putaſſe. De *Anticyra* et eius *helleboro*, vide Strabon. lib. IX. pag. 418. Ptolem. Hephaeſtionem apud Phot. pag. 474. Gell. XVII. 15. Sueton. Calig. 29. Notiſſimum eſt illud Horat. ſatyr. II. 3. *nauiget Anticyram*. Perizon.

4. Παρέθηκε. Καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτῷ, οἱ δὲ λοιποὶ εἱςιῶντο) Ita diſtinguebatur, eademque diſtinctio etiam

εἰςιῶντο, καὶ ἦν μεγαλοπρεπὲς τὸ δεῖπνον. Ὁ τοίνυν Μενεκράτης τὰ μὲν πρῶτα ἐνεκαρτέρει, καὶ ἔχαιρε τῇ τιμῇ· ἐπεὶ δὲ κατὰ μικρὸν ὁ λιμὸς [5] περιῆλθεν αὐτῷ, καὶ ἠλέγχετο, ὅτι ἦν ἄνθρωπος, καὶ ταῦτα εὐήθης, ἐξαναςὰς ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἔλεγεν ὑβρίσθαι, ἐμμελῶς πάνυ τοῦ Φιλίππου τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ ἐκκαλύψαντος.

in versione seruabatur. At longe elegantius in vnam iungitur periodum oppositio illa αὐτῷ, et τῶν λοιπῶν, prout a me factum. Sluisk. legit, καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτὸς, οἱ δὲ λοιποί. Periz.

5. Περιῆλθεν αὐτῷ) Reposui illud ex superioribus edd. et mstis. In Kuhnianam irrepserat nulla auctoritate, sed incuria operarum haud dubia, προῆλθεν. Periz.

ΚΕΦ. νβ.

Τίσι τὰς Ἀθήνας εἴκασεν ὁ Ἰσοκράτης.

Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ἔλεγεν ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἑταίραις. [1] Καὶ γὰρ ἐκείνους τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῆς ὥρας αὐτῶν βούλεσθαι συνεῖναι αὐταῖς, ὅμως δὲ μηδένα [2] εὐτελῶς οὕτω περιφρονεῖν, ὡς ὑπομεῖναι ἂν συνοικῆσαί τινι αὐτῶν. Καὶ οὖν καὶ τὴν Ἀθηναίων

1. Καὶ γὰρ ἐκείνους τοὺς ἁλισκομένους) Non est necesse forsan, vt haec mutentur, quum illud ἐκείνους videatur definiri et exponi per sequentia. Sed tamen, si quid mutandum, accesserim Scheffero, legenti ἐκείναις, scil. ἑταίραις. Tanto magis, quia Lugd. cod. ac reg. 2. habet ἐκεῖναι. Neque obstat, quod sequitur αὐταῖς, quin immo id ipsum forte librariis causam errandi dedit. Similis plane pleonasmus supra V. 3. Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλέους στήλας καλουμένας, πρὶν ἢ κληθῆναι τοῦτο, φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτάς. Sic actor. XIII. 17. πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτούς. Psalm CXLVI. 5. μακάριος, οὗ ὁ θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ. Ios. II. 10. τοῖς δυσὶ βασιλεῦσιν, οὓς ἐξωλοθρεύσατε αὐτούς. Periz. — I. Gronou. ἐκείνους mutatum voluit in νεανίσκους. Trillerus vero, vir illustris, obseruat. crit. II. 18. pag. 130. aut ἀγύνας, hoc est, viduum frigidumque cubile habentes, aut κοινῶς, id est, plerumque, emendandum esse censet.

2. Εὐτελῶς οὕτω περιφρονεῖν) Nihil mutant msti, neque opus est vlla mutatione. Voluit auctor, neminem adeo abiecte sentire, cogitare, vt sustineat. Περιφρονεῖν enim non tantum notat, contemnere, supra aliquem cogitare, aut sapere, sed etiam circumspecte cogitare, vndique rem considerare. Et ita passim apud Homer. et Hesiod. περίφρων significat hominem prudentem Θεογ. v. 894.

ἐκ γὰρ τῆς εἵμαρτο περίφρονα τέκνα γενέσθαι,

ex ea enim fatum erat prudentes liberos nasci. Hinc περιφρονεῖν Aristoph. νεφ. actu I. sc. 3. ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, per aerem incedo, et vndiquaque considero solem. Periz.

πόλιν ἐνεπιδημῆσαι μὲν εἶναι ἡδίστην, καὶ κατά γε τοῦτο πασῶν τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα διαφέρειν· ἐνοικῆσαι δὲ, ἀσφαλῆ μηκέτι εἶναι. Ἠνίττετο δὲ διὰ τούτων τοὺς ἐπιχωριάζοντας αὐτῇ [3] συκοφάντας, καὶ τὰς ἐκ τῶν δημαγωγούντων ἐπιβουλάς.

3. Συκοφάντας) Vide similem de his hominibus querelam Aristotelis fugientis ex vrbe Attica, supra III. 36. Adde Senecam de otio sapient. cap. vlt. *interroga ad quam remp. sapiens accessurus sit? Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur, Aristoteles ne damnaretur, fugit, in qua opprimit inuidia virtutes?* Perizon.

ΚΕΦ. νγ.

Περὶ τῶν μεγίστων πολέμων προφάσεων.

Ἐμὲ δὲ οὐκ ἔλαθεν, ὅτι τῶν μεγίστων πολέμων αἱ ἀρχαὶ δοκοῦσί πως εὐκαταφρόνητοι γεγονέναι. Τὸν μὲν γὰρ Περσικὸν ἐκ τῆς [1] Μαιανδρίου τοῦ Σαμίου πρὸς Ἀθηναίους διαφορᾶς τὴν ἀρχὴν λαβεῖν φασι· τόν γε μὴν Πελοποννήσιον [2] διὰ τὸ Μεγαρέων πινάκιον· [3] τὸν δὲ ἱερὸν καλού-

1. Μαιανδρίου) *Maeandrius* hic Polycratis Samii fuit scriba et minister, atque eo cruci suffixo ab Oroete Cambysis satrape, tyrannidem Sami obtinuit, sed aequis administrauit modis. Ea vero depulsus ab Dario Hystaspis, qui Sylosontem Polycratis fratrem patriae suae imposuit, contulit se ad Graecos, et primum quidem ad Lacedaemonios. Qui cum illi non auscultarent, conuertisse se videtur ad Athenienses, neque ab iis quidquam impetrasse, sed e contrario simultate inter ipsum et illos exorta, transiisse tandem ad Darium, eumque incitasse contra Athenienses, maxime postquam illi se iunxerant Aristagorae et Ionibus in Persas rebellantibus, et Sardes Lydiae vrbem incenderant. Posteriora colligimus ex hoc loco, priora tradunt Herodot. III. 142. etc. Plutarchus apophth. Lacon. Lucian. in necyomantia pag. 363. et in contempl. pag. 336. Ceterum Aelian. noster in hist. anim. simile habet caput, in quo itidem bella ex leuissimis initiis orta refert. Vide eum XI. 27. Sed istic persicum hoc bellum ortum ait ex eo, quod *Atossa, Darii uxor, desiderauerit ancillas habere atticas et ionias.* Perizon.

2. Διὰ τὸ Μεγαρέων πινάκιον) Recte hunc locum, quem Schefferus neutiquam intellexerat, explicuit Kuhnius, cui etiam assentiar suspicanti excidisse praepositionem κατὰ, legendumque τὸ κατὰ Μεγαρέων πινάκιον. Tum quia id postulare videtur sensus, seu loquendi ratio, quando quis istum vult exprimere sensum, tum quia de hac tabella, et plebiscito, cum alii, tum ipse auctor ita loquitur in hist. an. d. l. τὸ πινάκιον τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων. Nisi tamen ista loquendi ratio vel defendi possit, ea loquendi ratione, qua noster supra V. 21. dixit ὑπὲρ τοῦ τολμήματος τῶν παίδων, de

μενον, ἐκ τῆς εἰσπράξεως τῶν δικῶν τῶν Ἀμφικτυόνων· τὸν δὲ κατὰ Χαιρώνειαν, Φιλονεικησάντων Ἀθηναίων πρὸς Φίλιππον, [4] καὶ λαβεῖν ὀ θελησάντων.

facinore Corinthiorum *in libros* Medeae. Sic *largitione vulgi* apud Tacit. hist. I. 46. pro, in vulgus, vel sumta sit per incuriam, ex eo, quod nonnulli, veluti Plutarchus Pericle pag. 168. dixerunt, πινάκιον. vel ψήφισμα Μεγαρικὸν, quod facile quis, non satis in promtu habens historiam, accipere ita possit, quasi esset ψήφισμα Μεγαρέων. Intelligit autem *scitum* populi Atheniensis *contra Megarenses*, quo arcebantur portubus, foris, et finibus Atticae, supplicio mortis. Vide Aristoph. Acharn. pag. 396. et ibi schol. Thucyd. I. 67. et ibi quoque schol. Plutarch. in Pericle. Hinc ortum forsan alicui videatur, vt de Megarensibus diceretur, eos nullo haberi in numero aut ratione. Plut. symp V 7. τῶν δὲ Δημοκριτείων εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ὁ ὑμεῖς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος, *Democriticae imagines, vt Aeginetae, aut Megarenses, nullo sunt in numero, nulla eorum est ratio.* Sed tamen legendum istic Αἰγιέων, et referenda ergo huius locutionis origo potius ad oraculum, quod nonnulli veterum *Aegiensibus* in Achaia, alii *Megarensibus* tradidere datum. Vide omnino Suidam in ὑμεῖς etc. Per. — Probat Perizonii explicationem A. Gronou. adducto Thucyd. I, c. 140. ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν ἐκ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προΰχοντι, vbi τὸ Μεγ. ψήφ. idem est, quod h. l. τὸ Μεγ. πινάκ. Postremam loci Thucyd. partem a Suida in v. προΰχοντι laudari ita, vt pro καθέλοιμεν perperam legatur καθέλοιεν, obseruauit idem Gronou.

3. Τὸν δὲ ἱερὸν καλούμενον) Notissimum est hoc bellum, *sacrum* dictum, quia fingebatur susceptum in vindictam Apollinis, cuius templum Delphicum a Phocensibus erat occupatum, quum damnati essent opera Thebanorum ab Amphictyonibus in ingentem pecuniae summam. Vide hic Kuhnium, et praeter Diodor. ab illo allegatum, etiam Pausan. phoc. c. 2. et 3. ac Iustin. VIII. 1. Periz.

4. Καὶ λαβεῖν ὀ θελησάντων) Minime integer in his est sensus, neque iuuant nos quidquam mssti. Considera, an malis λαθεῖν, *latere*, sc. in illis turbis Graeciae, quas vndique excitabat Philippus. Quia enim Athenienses libertatem Graeciae asserere tentabant, videri possunt voluisse hisce contentionibus et armis contra Philippum magis adhuc inclarescere. Sed tamen vix dubito, quin recte coniecerint doctiss. interpretes, respici ab auctore negotium Halonesi, insulae prope Thraciam, quam Athenienses possederant, sed occupauerant deinde piratae, et his iterum ademerat Philippus, qui Atheniensibus eam repetentibus, non *reddere*, tanquam insulam Atheniensium, sed tanquam iam suam, *dare* volebat; quum e contrario Demosthenes suaderet Atheniensibus, insulam istam μὴ λαμβάνειν, *non accipere*, si eam dare quasi de suo vellet Philippus, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν, *sed recipere*, si eam redderet, tanquam Atheniensibus debitam. Vide orationem *de Haloneso*, quae inter *orationes* Dem. est *septima*; vt et *epistolam Philippi* ad Athenienses, quae in orationibus illis est *vndecima*. Adde Stephan. de vrbibus, et Leopard. emend. XII. 7. Sed pleraque iam allegauit Kuhnius. Ceterum si ita, tum sane mentio hic quoque fieri debebat istius insulae, vt et illius distinctionis, quae in hoc negotio ab omnibus memoratur, et a Demosthene orta est. Quocirca putem scripsisse nostrum, καὶ λαβεῖν ὀ θελησάντων τὴν Ἀλόννησον, ἀλλ' ἀπολαβεῖν. Periz.

ΚΕΦ. νδ.

Πῶς ὁ Ἀριστοτέλης Ἀλέξανδρον ὀργιζόμενον πραΰναι ἐπείρασεν.

Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης ὀργιζόμενον πραῦναι βουλόμενος, καὶ παῦσαι [1] χαλεπαίνοντα πολλὰ, ταυτὶ πρὸς αὐτὸν γέγραφεν· ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ [2] οὐ πρὸς ἴσους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείττονας γίνεται· σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος.

Ἀριστοτέλης τὰ δέοντα συμβουλεύων Ἀλεξάνδρῳ, πολλοῖς [3] ὠφέλιμος γέγονεν, ἐξ ὧν καὶ τὴν πατρίδα κατῴκισε κατεσκαμμένην ὑπὸ Φιλίππου.

1. *Χαλεπαίνοντα πολλὰ, ταυτὶ πρὸς αὐτὸν γέγραφεν*) Sluisk. et reg. 1. ac 3. *χαλεπαίνοντα πολλοῖς, ταυτὶ*. At Lugd. et reg. 2. *χαλεπαίνοντα πολλὰ ταυτὶ, πρὸς*. Sed discedendi ab eo, quod vulgatur, haud magnam equidem video caussam: neque tamen refragabor illi, qui Sluisk. lectionem amplectetur. Ceterum male haec accipiuntur de singulari in quendam ira, quam his literis Aristoteles reprimere studuerit, atque ideo male etiam vertebantur, *sedare summam indignationem*, quum vocula *πολλὰ* vel *πολλοῖς* manifeste satis declaret, agi hic de vitio animi iracundi, quod Aristoteles ideo generali quoque hac admonitione corrigere studuit. Perizon.

2. *Οὐ πρὸς ἴσους*) Miris se modis mihi, quidquid tandem obloquatur Kuhnius, approbat coniectura amplis. Rutgersii, legentis variar. lect. I. 6. *οὐ πρὸς ἥσσους, non adversus minores*. Partim quia iustior est oppositio inter *κρείττονας* et *ἥσσους, maiores et minores*, quam *κρείττονας* et *ἴσους, pares*. Deinde quia falsum est, iram non exerceri in *pares*, quum inter eos maxime exerceatur, quod satis probat latina vox, *simultas* pro inimicitia, ex similitas, vt *facultas* ex facilitas, formata. Et ratio eius rei est, quia inter pares non statim datur copia, sed tamen spes est vlciscendi, quum minores semper vlcisci possimus, et ideo ira nostra vix dignos putemus, vt vel fabula leonis murem contemnentis nos docet. Denique quia maior est vis argumenti in eo, si dicatur, *neminem irasci inferioribus*, sed potius *superioribus*. Sequeretur enim, eum ergo, qui alteri irascatur, videri hunc sibi saltem parem, si non superiorem, ducere: quod tanto magis indecorum Alexandro, qui ne *parem* quidem habebat inter homines quenquam. Periz. — Clar. Meinecke accedit Rutgersio, ἥσσους pro ἴσους emendanti.

3. *Ὠφέλιμος*) Lugdun. ὠφέλιμα. Mox etiam ὑπὸ τοῦ Φιλ. vt et κατῴκησε, quod et primae habent edd. Sed recte Sluisk. tuetur κατῴκισε, quod maluit Gesnerus, et receperunt posteriores. De patria Aristotelis, *Stagira*, a Philippo euersa, et per Alexandrum ad preces Aristotelis restituta, vide supra III. 17. 15. Perizon.

ΚΕΦ. νε.

Περὶ τῶν παρὰ Λίβυσιν ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, ἢ ἐν ταῖς μάχαις, ἀποθανόντων.

Τοὺς ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, ἢ ἐν ταῖς θήραις, ἢ ἐν ταῖς μάχαις, ἀποθανόντας, [1] οἱ Λίβυες θάπτουσι διαπρεπῶς, καὶ ὕμνους τινὰς ᾄδουσιν. Ἔστι δὲ τοῖς ὕμνοις ἡ ὑπόθεσις ἐκείνη· ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι λέγει τοὺς ἀντιπάλους γενομένους θηρίῳ τοσούτῳ. Λέγει γὰρ καὶ τὸ ἐνδόξως ἀποθανεῖν ἐντάφιον εἶναι τῷ θαπτομένῳ.

1. Οἱ Λίβυες) Ex professo enim Libyes στρατεύονται, proficiscuntur quasi in expeditionem contra elephantos, idque vt eorum dentes consequantur, teste ipso auctore in hist. anim. VI. 56. Nihil itaque mirum, ita ab illis celebrari homines, qui perierunt quasi in proelio contra elephantes. Mox autem mallim, λέγει δὲ καὶ. Perizon. — Miror Perizonium, haec verba emendantem, non animaduertisse variam lectionem cod. Sluisk. λέγουσι γὰρ καὶ. Paulo antea At Gronou. non ferens illud λέγει coniicit λέγουσι, eamque coniecturam post Gronou. non dubitauit recipere edit. Basileens.

ΚΕΦ. νϛ.

Τί ἔλεγεν ὁ Διογένης περὶ Μεγαρέων.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔλεγε πολλὰ, τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν Μεγαρέων διαβάλλων, καὶ ἐβούλετο Μεγαρέως ἀνδρὸς [1] κριὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ υἱός. Ἠνίττετο δὲ, ὅτι τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς, τῶν παίδων δὲ οὐχί.

1. Κριὸς εἶναι μᾶλλον) Verbum hoc Diogenis de Megarensibus commemorat etiam Laertius, et Plutarchus de studio diuitiarum, vt iam monuit Schefferus. Sed veram eius rationem reddit noster, quod scil. pecora curarent, at liberorum suorum liberalem educationem negligerent, nec vllis eos bonis instruerent artibus. Similiter vero Augustus de Herode Judaeorum rege, sed alia de causa, apud Macrob. Saturn. II. 4. melius est Herodis porcum esse, quam filium. Periz. — Paulo ante vir doctus in misc. obs. tom. III. pag. 241. haec verba, modo liceret per libros veteres, inserta ante ἐβούλετο, particula ὅτι, coniungi volebat cum superioribus: ἔλεγε πολλὰ. Sensus inde nasceretur perquam commodus hic: Diogenes multa, inertiam et inscitiam Megarensium exagitaturus, proferebat, et inter alia hoc: se malle etc.

ΚΕΦ. νζ.

Περὶ τεράτων τοῖς Θηβαίοις προφαινομένων, Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτοὺς τὴν δύναμιν ἄγοντος.

Ἡνίκα Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ἐπὶ τὰς Θήβας ἦγε τὴν δύναμιν, οἱ μὲν θεοὶ σημεῖα αὐτοῖς καὶ τέρατα ἀπέστελλον, προσημαίνοντες τὰς περὶ αὐτῶν [1] ὅσον οὐδέπω τύχας· οἱ δέ, [2] ὡς ᾤοντο ἐν Ἰλλυριοῖς Ἀλέξανδρον τεθνάναι, πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπέρριπτον. [3] Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ὀγχηστῷ λίμνη φοβερὸν ἦχον ἀνέδωκε καὶ συνεχῆ, [4] καὶ ταύρου μυκήματι ἐῴκει. [5] Ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν

1. *Ὅσον οὐδέπω τύχας*) Sensus est, dii per ista signa denunciauerunt Thebanis fata sua, tam propinqua iam ipsis, seu tam *iuxta eos, quam nunquam alias*. Sic Dio Chrysost. τρωϊκῷ, τῶν νεῶν ἤδη καιομένων, καὶ ὅσον οὔπω ἐπ' αὐτὸν ἥκοντος τοῦ δεινοῦ, *nauibus iam ardentibus, et periculo quam proxime ad ipsum peruenient*e. Periz.

2. *Ὡς ᾤοντο ἐν Ἰλλυριοῖς*) Vide Iustin. XI. 2. et 4. et Arrian. de exped. Alex. lib. I. pag. 18. 19. Perizon.

3. *Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ὀγχηστῷ λίμνη*) *Onchestus* oppidulum est Boeotiae apud *Copaidem lacum*, qui hic intelligitur. Ad eum enim sita aliquot oppida, Copae, Onchestus, Haliartus, Alalcomenae, etc. Et lacus iste primo quidem nullum habuit commune nomen, sed in cuiusque oppidi vicinia, erat illius ἐπώνυμος, vt iuxta Copas, *Copais*, iuxta Onchestum, *Onchestius*, etc. diceretur. Sed quia Copae sita erat ad praecipuum lacus sinum, hinc inualuit tandem, vt ab ea vrbe potissimum *Copais* diceretur. Vide Strabon. lib. IX. pag. 410. 411. Vertendum itaque ἐν Ὀγχηστῷ, *iuxta Onchestum*. Sic VI. 11. Γέλων ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους. XII. 3. Ἐπαμινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ. Vide et supra ad II. 25. Perizon.

4. *Καὶ τὰ ἐρμήματα ἔφησεν*) Manifestis modis haec sunt corrupta, et neque syntaxin, neque sensum habent vllum. Neque versio Vulteii, *ita vt portus et stationes contremiscerent*, graecis respondet. Retinuit tamen eam Gesnerus, quia graeca censebat corrupta, neque tamen aliud, quod reponeret, habebat. Et secuti sunt reliqui eius exemplum. Sed sicuti Schefferus et Faber, sic et ego nullus dubito, quin pulcherrime hunc locum emendauerit elegantissimus Rutgers. var. lect. III. 1. legens, καὶ ταύρου μυκήματι ἐῴκει, scil. ille ἦχος, *et sonitus ille similis erat taurino mugitui*. Optimo sensu, et quem postulat historia. Nam ita quoque de hac ipsa re Diod. Sic. lib. XVII. pag. 494. τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην μυκήματι παραπλήσιον φωνὴν ἀφιέναι, *lacum ad Onchestum emittere vocem proximam mugitui*. Quapropter quum certa sit vulgatae lectionis corruptio, quumque emendatio haec speciosa adeo sit, et probetur ab omnibus, malui ea in contextu legi, quae commodum et historiae congruentem exhibent sensum, quam quae nullum. Msti nihil nos iuuant. Lugd. omisit καὶ, legitque καὶ συνεχῆ τὰ ἐρμήματα ἔφησε. Neque aliter reg. 2. ac prima manus tertii. Perizon. — Multus est Illustr. Trillerus in refutanda Rutgersii emendatione. Putat enim aut ἦχος aut ὃς deesse, quo referatur ἔῳκει, qui nominatiuus, quo

καὶ αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη, καλουμένη Δίρκη, καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι παρὰ πάντα τὸν πρόσθεν χρόνον, ἄφνω καὶ παρ᾽ ἐλπίδα αἵματος ἀνεπλήσθη. Μακεδόσι δὲ ἐπίστευον Θηβαῖοι ἀπειλεῖν τὸ δαιμόνιον.

Ἐν δὲ τῷ κατὰ πόλιν ναῷ τῆς Δήμητρος [6] ἀράχνη κατὰ τοῦ προσώπου τοῦ ἀγάλματος [7] ἐξύφαινε τὴν ἑαυτῆς

minus accusatiuo praecedente ab initio repeti, possit, impediat oratio Aeliani, ad omnem atticam elegantiam composita, eiusmodique ἀνακολουθίας respuens: dein nimis recedere a vulgata, si ταύρου μυκήματι pro τὰ βρυχήματα rescribamus: denique ταύρου esse superfluum, quippe quod nec Diodorus l. c. habeat, nec necessarium sit, τοῦ μύκημα iam per se *mugitum boum* denotante. Emendat igitur (obs. crit. IV. 5. pag. 310.) καὶ τὰ ὠρυώματα ἦκε, i. e. *et rugitus emittebat.* Vtar h. l. dissentiendi ab illustri viro venia, quam ipse l. c. pag. 308. omnibus concessit pro sua humanitate. Mihi enim pulchre sese habere videtur Ruttgersii coniectura. Scilicet illa ἀνακολουθία Aeliano, qui fere nihil propriis narrat verbis, sed omnia prope ex aliis scriptoribus depromit, non infrequens est, v. c. V. 17. ἀλλὰ καὶ Ἀγάρβην, ὅτι τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸν ἱερὸν στροῦθον ἀπέκτεινεν, ἐκ ἀρχῆς ταύτης οἱ Ἀθηναῖοι παρεῖδον. Dein non adeo magna differentia est inter ταύρου μυκήματα et τὰ βρυχήματα, cum constet, quam procliues fuerint librarii ad permutandas literas ε et υ, (vid. Koenius ad Gregor. de dial. pag.) et quanta cum negligentia saepe integras omiserint syllabas; quam in rem collegit D'Orvill. ad Charit. pag. 693. exempla. Neque vero superfluum mihi videtur, τὸ ταύρου. Nam cum μύκημα non solum *mugitum boum*, sed etiam aliorum animalium, quin et ipsorum hominum vocem denotet: videtur Aelianus de industria addidisse illud ταύρου, vt sonitum illum eo accuratius definiret. Solent vero etiam alii scriptores vtramque iungere vocem; Plutarch. de solertia animalium μόσχου μυκήματι τὸ βρύχημα ποιοῦντες ὅμοιον. Sic et apud latinos: *taurini mugitus* occurrunt, Ammian. Marcell. XVII. *tunc enim necesse est velut* TAVRINIS *reboare* MVGITIBVS *fremitusque terrenos.* Denique illud ἦκεν, quod Trillerus l. c. τῷ ἔφησι substituere voluit, ex eodem, quo illud ille firmare studuit, Diodoro damnarem. Manifesto enim Diodori verba: παραπλήσιον μυκήματι φωνὴν ἀφιέναι, expressit sic Aelianus: ἦχον ἀνέδωκε, καὶ ταύρου μυκήματι ὤμοιοι.

5. Ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν) *Ismenus* fluuius est Thebarum, vnde frequens istic nomen virorum *Ismeniae*. Iuxta est fons et riuulus, *Dirce*, in Ismenum delabens. Hinc Seneca Oedip. 234. *si profugus Dircen Ismenida liqueris hospes.* Sed et passim iunguntur ideo. Vide ibid. v. 42. et Herc. Oet. 140. Adde et Strabon. lib. IX. p. 408. et Pindar. isthm. VI. 108. Periz.

6. Ἀράχνη) De hoc prodigio vide vberius id exsequentem Diod. Sic. lib. XVII. pag. 494. Mali autem ominis etiam apud Romanos erat, si araneae telam in signis militaribus fecissent. Vide Dion. Cassium lib. XLVII. init. τὰ σημεῖα τοῦ στρατεύματος ἀραχνίων ἀνεπλήσθη, *signa exercitus aranearum telis repleta fuerunt.* Adde Obsequ. de prodig. cap. 129. Perizon.

7. Ἐξύφαινε) Lugd. ἐξέφηνε. Sed rectius alii codd. Ant. Lib. fab. 25. ἐδίδαξεν αὐτὰς ἱστοὺς ἐξυφαίνειν. Τέχνη notat hic ipsum opus factum. Vide supra ad II. 14. Periz.

τέχνην, καὶ τὸν ἱστὸν, ὃν εἴωθεν ἐργάζεσθαι. Τὸ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς καλουμένης [8] Ἀλαλκομενηΐδος, ἄγαλμα αὐτομάτως [9] κατεφλέχθη, πυρὸς μὴ προσαχθέντος, καὶ ἄλλα πολλά.

8. Ἀλαλκομενηΐδος) Antiquiſſimum fuit hoc templum et cognomen Mineruae, atque ideo praecipua religione cultum. Vide Strabon. lib. IX. pag. 413. Pauſan. in boeot. cap. 33. Homer. Iliad. Δ. v. 8. atque ibi ſchol. vt et ad Iliad. Ε. 422. Perizon.

9. Κατεφλέχθη) Verti *inflammatum eſt*, h. e. viſum eſt ardere. Nam ſignum huius Mineruae erat ex *ebore* vt diſerte ait Pauſan. boeot. d. l. tribuens illius templo ἄγαλμα ἀρχαῖον ἐλέφαντος, *ſtatuam antiquam ex ebore*. Ita vero comburi plane non potuit. Perizon.

ΚΕΦ. νη.

Περὶ Διωξίππου.

Διώξιππος Ὀλυμπιονίκης ἀθλητὴς ὁ Ἀθηναῖος, [1] εἰσήλαυνεν εἰς τὰς Ἀθήνας κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀθλητῶν. Συνέρρει τοίνυν τὰ πλήθη, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν [2] ἐκκρεμαννύμενος ἐθεῶντο αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς καὶ γυνὴ

1. Εἰσήλαυνεν) Vertebatur, *quum more pugilum Athenas introiret eques*. Sed minus intellexere interpretes iſti morem hunc pugilum victorum. Nec enim patriam ingrediebantur *equo*, ſed *quadrigis* vecti. Vitruu. lib. IX. init. *nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea, viciſſent, Graecorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modo in conuentu ſtantes cum palma et corona ferant laudes, ſed etiam cum reuertuntur in ſuas ciuitates cum victoria, quadrigis in moenia et in patrias inuehantur*. Quin illi etiam per deiectam partem muri inuehebantur. Sueton. Nerone 25. *reverſus e Graecia Neapolim albis equis introiit, disiecta parte muri, vt mos Hieronicarum eſt*. Vide etiam Fabri agon. II. 10. Periz.

2. Ἐκκρεμαννύμενος) Kuhnius in Indice interpretatur hoc verbum de rebus, quae in Dioxippo ſpectabantur ab occurrentibus ei, quaeque illorum oculos in ſe conuertebant. Vulteius videtur de loco edito accepiſſe, vnde ſtantes, quaſi ſuſpenſi, vel propenſi, ſpectauerint pompam. Et ſane quicquid in excelſo haeret ſimpliciter, aut conſiſtit, dicitur *pendere* etiam a latinis. Virgil. ecleg. I.

non ego vos poſthac viridi
proiectus in antro
dumoſa pendere procul de
rupe videbo.

Phaedr. fab. 88. de tempore, vel occaſione, *curſu volucri pendens in nouacula*, hoc eſt, conſiſtens leuiter in ea, et ita, vt videatur auolare velle. Sed tamen praetulerim et ego interpretationem Kuhnii, quum graeca phraſis iſtum maxime ſenſum habeat. Sic Plutarchus περὶ πολυπραγμ. in fine, ἡμεῖς δὲ τοῖς φορείοις τῶν γυναικῶν ὑποβάλλοντες τὰ ὄμματα, καὶ τῶν θυρίδων ἐκκρεμαννύντες, *nos vero ſellis geſtatoriis feminarum oculos ſubiicientes, et a feribus earum pendentes*. Perizon.

κάλλει διαπρέπουσα ἀπήντησε τῇ θέᾳ. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Διώξιππος παραχρῆμα ἡττήθη τοῦ κάλλους, καὶ διετέλεσεν ἀποβλέπων τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐπιστρεφόμενος, καὶ εἰς πολλὰς τὸ πρόσωπον ἀλλάττων χροιάς. Ἐκ δὴ τούτων πολλοῖς ἐγένετο κατάφωρος, μὴ ἀργῶς ἰδὼν τὴν ἄνθρωπον. [3] Μάλιστα δὲ (δι') αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω (χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς ἐπιπράσκετο) Διογένης ὁ Σινωπεύς, καὶ πρὸς τοὺς πλησίον, ὁρᾶτε (εἶπε) τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης [4] ἐκτραχηλιζόμενον.

3. Μάλιστα δὲ δι' αὐτοῦ) Locus hic extra controuersiam corruptus est, atque ideo tentatus variis coniecturis a plerisque editoribus. Sluisk. vt et reg. 1. ac 3. non agnoscunt illud δι', optime et verissime, si quid video. Sed et Vulteius nullam eius rationem habuit in versione, quia sensum plane turbat vel destruit. Vellem et sequentia de *speculo aureo* abessent, cuius in hac historia nullam omnino mentionem faciunt, neque Plutarchus περὶ πολυπραγμοσ. neque Laert. in Diogene. Sed et vnde tam cito in subito hoc casu Diogenes speculum hoc, et aureum quidem, sibi comparauit, in quo praeteruectum athletam proxime adstantibus statim ostenderet? Sine dubio vel aliena sunt haec verba ab hoc loco et historia, vel certe mutila, atque ideo vncis ea inclusi, quo facto reliqua optime cohaerent. Si quis tamen retineri ea velit, possit ita explere, μάλιστα δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω, καὶ χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς, ὃ ἐπιπράσκετο ἐκεῖ, ἔλαβε Διογένης, *maxime vero hunc eius affectum cognouit, et aureum speculum Corinthii operis, quod istic vendebatur, sumsit Diogenes*, Perizon. — Nimis recedit a vulgata lectione coniectura Perizonii: facilior est Iac. Gronouii, cui et adsentitur vir doctus in obseru. misc. tom. III. pag. 242. et clariss. Meinecke, qui eam quoque in sua versione expressit. Legit vero Gronou. sic: μάλιστα δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω διὰ χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς, ὃ ἐπιπράσκετο Δ. ὁ Σ. Bene, modo distinguatur post ἐπιπράσκετο, id, quod et clar. Meinecke monuit. Ceterum notatus est a viro doctiss. in misc. obseru. l. c. Ezech. Spanhem. quod ad Callim. in lauacr. Pallad. v. 21. scripsit, speculum hoc Olympiis, praesente tum Diogene ibi, fuisse venditum.

4. Ἐκτραχηλιζόμενον) *Collo obtortum*, aut *respicientem*. Sic Plutarch. περὶ πολυπρ. τοὺς δὲ πολυπράγμονας ἴδοις ἂν ὑπὸ παντὸς ὁμοίως θεάματος τραχηλιζομένους καὶ περιαγομένους, *curiosos autem videas similiter in omni spectaculo obtorquere et circumferre vultum*. Crediderim facile Fabro agon. l. 11. et Cupero obseru. l. 12. hanc significationem e palaestra ortam, quamuis reuera τραχηλίζειν sit quouis modo colli et capitis formam inflectere obtorquendo vel retorquendo: sed quod auctor ep. ad Hebr. IV. 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *omnia sunt nuda et resupinata oculis eius*, id vero aliunde ego repeto. Neque enim *obtortio colli* in lucta quidquam facit ad apertiorem visum. Nempe *resupinata* dicuntur, quae omnium oculis sunt exposita; quia quorum faciem volebant visendam praebere

aliis, veluti hominum, qui ad supplicium ducebantur, eorum capiti resupinabant in ceruicem. Hinc Plin. panegyr. 34. *nihil tamen gratius, nihil saeculo dignius, quam quod contigit* DESVPER INTVERI *delatorum* SVPINA ORA RETORTASQVE CERVICES. Sueton. Vitell. 17. *in forum tractus est*, REDVCTO *coma* CAPITE, *ceu* NOXII SOLENT, *atque etiam mento mu rone gladii subrecto, ut* VIDENDAM *praeberet faciem*. Hi erant τετραχηλισμένοι, et omnium oculis expositi. At postea ἐκτραχηλίζειν notauit etiam *decollare*, si fides glossis Philoxeni. Et ἐκτραχηλίζεσθαι *interire*, vel *deliquium pati*. Suidas ἐκτραχηλισθῶσι, τοὺς τραχήλους συγκλασθῶσι, *ceruices confringant*, plane vt Belgae, *den Hals breken*. Subiicit dein verba antiqui auctoris, ἱππασίας μετὰ θορύβου γενομένης, πολλοὶ μὲν τῶν ἱππέων ἐκτραχηλισθῆναι, πλείους δὲ τῶν ἵππων ἐξαδυνατήσαντες, οἱ μὲν ὑπερπνιγεῖς γενόμενοι, οἱ δὲ ὑπέρπονοι, *equitatione cum tumultu facta, multi quidem equitum interierunt*, vel *exanimati sunt*, tanquam ὑπερπνιγεῖς, nimio motu quasi *suffocati*. Atque hinc explicandus haud dubie Hesychius, qui ἐκτραχηλίζεσθαι exponit ἐκπεσεῖν, *excidisse*. Nempe qui ita exanimantur seu deliquio, seu morte, eorum caput excidit quasi gradu ceruicis suae, non amplius erectum, sed iam pendulum. Perizon. — Vid. vir doctus in obseru. misc. tom. III. pag. 243. etc. qui Perizonii versionem huius verbi probat. *Dubium* enim, ait, *non esse, quin Aelianus respiciat ad* τραχηλισμὸς *ath etharum*. Ceterum non possum non, quin Perizonium contra illius reprehensionem defendam. Putabat enim vir doctus l. c. Suidae locum, a Perizonio laudatum, potius vertendum fuisse: *per collum effusi sunt*, quam: *interierunt*, vel *exanimati sunt*. Non negauerim, verbum ἐκτραχηλίζειν interdum denotare: *per collum effundere sessorem*, v. c. Xenoph. Cyrop. I. 4. 8. καὶ μικροῦ ἐκεῖνον ἐξετραχήλισε, et in aliis locis, ab eodem viro docto l. c. et Alberti ad Hesych. v. ἐκτραχηλισθῆναι allatis. Sed quomodo in fragmento scriptoris deperditi notionem verbi definire certo possumus aliam, quam a grammatico nobis exhibitam, qui totum librum, integrum adhuc, perlegere poterat? Atqui Suidas ad notionem verbi ἐκτραχηλίζεσθαι, pro τοὺς τραχήλους συγκλασθῆναι occurrentis, adduxit locum anonymi scriptoris deperditi, cuius male versi reprehensionem Perizonius incurrebat.

ΚΕΦ. νθ.

Περὶ ἀληθείας, καὶ εὐεργεσίας.

Πυθαγόρας ἔλεγε, δύο ταῦτα ἐκ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τό τε ἀληθεύειν, καὶ τὸ εὐεργετεῖν· [1] καὶ προσετίθει, ὅτι καὶ ἔοικε τοῖς θεῶν ἔργοις ἑκάτερον.

1. Καὶ προσετίθει) Reposui ex mss. et vsu linguae, προσετίθει: quod Lugd. liquido et integre exhibet. At in Sluisk. per compendium scriptionis vltima syllaba non est integre exarata. Mox idem Sluisk. ἔοικε τοῖς θεοῖς ἔργον ἑκάτερον. Sic Iustin. IV. 3. *factimus nulli tyranno comparandum*, de qua phrasi vide Gronou. p. obs. IV. 8. Perizon.

ΚΕΦ. ξ.

Περὶ Διονυσίου, καὶ Φιλίππου.

Συνουσία ποτὲ ἐγένετο Διονυσίῳ τῷ δευτέρῳ καὶ Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου. Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπέῤῥευσαν, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Ἤρετο ὁ Φίλιππος τὸν Διονύσιον, πῶς τοσαύτην παρὰ τοῦ πατρὸς λαβὼν ἀρχὴν, εἶτα οὐ διεσώσατο αὐτήν; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο [1] οὐκ ἔξω μέλους· ὅτι τὰ μὲν ἄλλα μοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ, τὴν δὲ τύχην, ᾗ ταῦτα ἐκτήσατο καὶ διεφύλαξεν, οὐκ ἔτι.

1. Οὐκ ἔξω μέλους) Non Parisienses tantum B. et C. sed et Lugd. noster οὐκ ἔξω λόγου. Sed vulgatam praeferunt reliqui, et recte. Sic ἐμμελῶς, *eleganter, festiue*, supra cap. 13. καὶ ἐμμελῶς διὰ τοῦ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτόν. Similiter c. 51. Plutarch. vero in apophth. regum eum etiam speciosius quid ad amoliendam ab se culpam respondisse tradit homini similiter eum interroganti. Nempe, *quia pater coepit rem publicam gerere, inuisa tunc democratia, ego vero inuisa tyrannide.* Sed quidquid responderit, vera erat causa rei, quod pater illi non potuit relinquere ingenium et prudentiam, qua ipse rem gesserat, et tyrannidem sibi firmauerat. Perizonius. — Med 3. haud ita procul ab initio ὡς τὸ εἰκὸς exhibet, quod Abr. Gronou. non displicet, quia sic auctor saepius.

ΚΕΦ. ξα.

Περὶ Βοῤῥᾶ ἀνέμου τιμῆς.

Θουρίοις ἐπέπλει Διονύσιος, καὶ τριακοσίας ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς ναῦς ὁπλιτῶν πεπληρωμένας. Βοῤῥᾶς δὲ ἀντιπνεύσας τὰ σκάφη συνέτριψε, καὶ [1] τὴν δύναμιν αὐτῶν τὴν ναυτικὴν ἠφάνισεν. Ἐκ δὴ τούτων οἱ Θούριοι τῷ Βοῤῥᾷ ἔθυσαν, καὶ ἐψηφίσαντο εἶναι τὸν ἄνεμον πολίτην, καὶ οἰκίαν αὐτῷ καὶ [2] κλῆρον ἀπεκλήρωσαν, καὶ καθ' ἕκαστον

1. Τὴν δύναμιν αὐτοῦ) Msti mei pariter, vt et reg. duo, αὐτῶν, scil. νεῶν vel σκαφῶν. Neque ratio est vlla, quamobrem ille mstor. consensus negligatur, aut vulgatae posthabeatur. Perizon.

2. Κλῆρον ἀπεκλήρωσαν) Vertebatur *facultates*. Sed mens auctoris est, assignatum fuisse Boreae, tanquam ciui, praeter domum, etiam praedium ex agro publico, quod proprie κλῆρος dicebatur. Etenim quando vrbs condebatur, vel terra quaedam occupata erat, solebat tunc totus ager in aequales diuidi κλήρους vel *praedia*, ac singulis vnum assignari. Hinc in *multis ciuitatibus lege vetitum erat, pri-*

ἔτος ἐπετέλουν αὐτῷ. Οὐκοῦν Ἀθηναῖοι μόνοι [3] κηδεστὴν αὐτὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ καὶ Θούριοι εὐεργέτην αὐτὸν ἐπέγραψαν. [4] Παυσανίας δέ φησιν, ὅτι καὶ Μεγαλοπολῖται.

ftina illa *praedia vendere.* Aristot. polit. II. 4. ἦν δὲ τό γε ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον, μηδὲ πωλεῖν ἐξεῖναι τοὺς πρώτους κλήρους. Sic II. 5. legem apud multos esse ait, τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν. Qualem legem etiam Philolaum Corinthium tulisse ait Thebanis II. 10. ὅπως ὁ ἀριθμὸς σώζηται τῶν κλήρων, *vt numerus praediorum*, quae plenissimum ius ciuitatis dabant, *seruaretur.* Lycurgus laconicum agrum diuisit εἰς τρισμυρίους κλήρους, *in triginta millia praediorum.* Ferebant autem illi κλῆροι tantum frugum, vnde in annum viuere quis posset. Vide Plutarch. in Lycurgo pag. 44. Sed et si quis extrarius laconico more viueret, ciuitate donabatur, et particeps fiebat τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας, *sortis ab initio constitutae,* vt idem ait in instit. laconic. Tali itaque modo et Thurii Boream non tantum *ciuem* adsciuerunt, sed et, vt optimo id iure esset, *domum et agrum* ipsi assignarunt. Periz.

3. Κηδεστὴν) Male interpres *benefactorem suum et fautorem.* Vertendum erat *adfinem* vel *generum.* Nam quia rapuisse fingitur Orithyiam, Erechthei regis Atheniensium filiam, adfinitatem cum Atheniensibus contraxisse videbatur, et διὰ τὸ κῆδος τοῦτο, *propter eam adfinitatem*, eos aliquoties in bellis adiuuisse traditur, atque ideo templum ab iis apud Ilissum fluuium accepisse. Vide Herodot. VII. 189. et Pausan. attic. 19. Malui autem *adfinem* vertere, licet Herodotus eum γαμβρὸν Ἀθηναίων dicat, quod vulgo de *genero* proprie accipitur. Sed vocabulis γαμβροῦ et κηδεστοῦ, notari qualemcunque *adfinem*, siue *generum*, siue *socerum*, siue *sororis maritum*, monitum est iam a doctis. Vide id praeclare, vt solet, declarantem illustr. Spanhem. ad Iuliani orat. I. pag. 287. et 288. Ceterum ventos etiam pro diis habitos et cultos a Graecis, satis notum est. Ouid. metam. VI. 683. hunc ipsum Boream *deum* vocat. Hesiodus Boream, Zephyrum, et Notum, ex diis ortos ait θεογ. 871. at reliquos ventos ex Typhoeo. Lacedaemonii ventis equum immolant et adolent in monte Taygeto, vt nos docet Festus in v. *october.* Sic in Titane, Sicyonii agri regione, *ara ventorum* erat, in qua quotannis noctu sacra faciebat sacerdos. Vide Pausan. corinth. 12. Adde quae hic notauit Kuhnius. Perizon.

4. Παυσανίας δέ φησιν) Locus est in arcadic. cap. 36. vt iam monuit Schefferus. Verba sunt, πεποίηται Βορέᾳ τῷ ἀνέμῳ τέμενος, καὶ οἱ Μεγαλοπολῖται θυσίας θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ θεῶν οὐδενὸς Βορέαν ὕστερον ἐς τιμὴν, ἅτε σωτῆρα γενόμενόν σφισιν ἀπὸ Λακεδαιμονίων τε καὶ Ἄγιδος, *factum est templum Boreae vento, et Megalopolitani sacra illi faciunt quotannis, nec quoquam deorum minus venerantur Boream, quippe qui seruauerat eos a Lacedaemoniis et Agide.* De quo Boreae beneficio vide ibid. cap. 27. Quare autem hanc laciniam Aeliano adiudicet Faber, nulla est ratio. Perizonius.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ξβ.

Νόμος Περσικὸς περὶ τῶν συμβουλευόντων τῷ βασιλεῖ.

Νόμος καὶ οὗτος Περσικός. Ἐάν τις μέλλῃ τι [1] τῶν ἀποῤῥητοτέρων καὶ τῶν ἀμφιλόγων συμβουλεύειν βασιλεῖ, ἐπὶ πλίνθου χρυσῆς ἕστηκε· καὶ ἐὰν δόξῃ παραινεῖν τὰ δέοντα, τὴν πλίνθον λαβὼν ὑπὲρ τῆς συμβουλῆς μισθὸν ἀπέρχεται· [2] μαστιγοῦται δὲ ὅμως, ὅτι ἀντεῖπε βασιλεῖ. Ἀνδρὶ δὲ ἐλευθέρῳ, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, [3] οὐκ ἀντ-

1. Τῶν ἀποῤῥητοτέρων) Minus recte hoc acceperunt interpretes, qui omnes verterunt, *de rebus obscuris*. Gesnerus tamen in margine scripsit *secretioribus*, sed nihilo melius. Sensus est, *de rebus quoquo modo vetitis*, siue a praesenti rege, siue a superiore. Manifestum id est ex seqq., vbi dicitur, licet vtilia comperiantur suasisse, tamen eos flagellari, quia ἀντεῖπον βασιλεῖ, hoc est, *regi*, et eius edicto, *contraria dixerunt et suaserunt*. Quae ceteroqui nihil habent in superioribus, quo referantur. Aristoph. ranis pag. 229. τἀπόῤῥητ' ἀποπέμπει ἐξ Αἰγίνης, *vetita emittit ex Aegina*, vbi vide schol. qui exp. τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι, *quae vetita sunt efferri, emitti*. Perizon. — Med. 3. ἀποῤῥήτων, errore haud dubie librariorum, in mediis vocum syllabis describendis saepissime negligentium.

2. Μαστιγοῦται δὲ ὅμως) Sluiskian. μαστιγοῦνται δὲ ὅμως, ὅτι ἀντεῖπον βασιλεῖ, in plurali, illi scil. homines, qui audent aliquid regi suadere, quod vetitum iam erat. Periz. — Ad seqq. verba vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 245. „*male* „*coniungunt* δεῖ *cum* ἐλευθέρῳ ἀνδρί. „*Nam* δεῖ, *cum est* decet, oportet, „conueniens est, *accusatiuum per*„*sonae adsciscit*, *sequente fere in*„*finitiuo*. Homer. Iliad. I. v. 337. „τί δὲ δεῖ πολεμιζέμεναι Τρώεσσιν „Ἀργείους; Anacr. carm. 4. τί σε „δεῖ λίθον μυρίζειν; *quum*, opus „est; *datiuum personae cum geni*„*tiuo rei*. Xenoph. Cyrop. I. ὅτι „δὲ πολλῶν μέν σοι δεήσει. *Itaque* „*fortasse hic verborum ordo*: οὐ δεῖ „ἀντικρίνειν ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ τὴν ὕβριν „ἀνταξίαν ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ, non decet in „homine libero contumeliam, tan„quam aequam, mercedi comparare, „i. e. *quasi collatione facta contume*„*liam mercede pensare*. *Verbum* „ἀντικρίνειν *frustra quaeras in lexi*„*cis*. Aelian. V. H. 2. 30. τοῖς „Ὁμήρου ἀντικρίνων αὐτά, et Ari„staenet. epist. 2. 21. καὶ παραλ„λάξας κατ' ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ἀντι„κρίνω; *ita enim lego pro* ἀντεκρί„νω, *quod editur*, *pro quo Mer*„*cerus substituebat* ἀντεγκρίνω." Haec vir doctus l. c. Quid vero tribuendum sit illi distinctioni constructionum verbi δεῖ, ostendit vel Xenophon. Cyrop. I. 4. 5. τί σε δεῖ θηρία ζητοῦντα πράγματα ἔχειν.

3. Οὐ κατ' ἀξίαν) Hoc est, *non ex aequo*, aut quasi *iusto pretio*. Sic Herodian. II. 3. 15. τὸ μὴ κατ' ἀξίαν ἀντιδοθέν, *non ex aequo*, aut *merito*, *redditum* beneficium. Videtur tamen illud heic loci aliquantulum frigere, certe longe maiorem habere vim lectio alia, quam ex Sluisk. cod. eruisse videor. Scribitur istic, vt et in reg. 3. a prima manu, οὐκ ἀνταξίαν. Voluit οὐκ ἀνταξίαν, vel ἀντάξιον. Liquida et elegans est locutio ἀντάξιόν τινος, vel ὑπέρ τινος, ἀντικρίνειν τι. Diserte id etiam confirmari intelligo ab reg. 1. secundus habet οὐκ ἀταξίαν. Plutarch. ἐρωτικῷ p. 759. de amore, ταυτὸ τοῦτο τῶν Ταντάλου λεγομένων

αξίαν ἀντικρίνειν δεῖ ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ τὴν ὕβριν.

ταλάντων ἀντάξιον ἐποίησε, *illud ipsum* (iubar) *fecit aequabile talentis, quae dicuntur Tantali*. Perizon. — Et Med. 3. habet ὡς ἀνταξίαν, quod recepit Abr. Gron. et edit. Basileens. Occurrit apud Lucian. tom. III. pag. 531. καὶ ἔτι πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Verbum ἀνταξιῶν vero adhibuit Thucyd. VI. pag. 388.

ΚΕΦ. ξγ.

Περὶ Ἀρχεδίκης ἑταίρας.

[1] Ἀρχεδίκης τις ἠράσθη τῆς ἐν [2] Ναυκράτει ἑταίρας. Ἡ δὲ ἦν ὑπερήφανος, καὶ δεινῶς φορτικὴ, καὶ ἀδρὸς ᾔτει μισθοὺς, καὶ λαβοῦσα [3] πρὸς ὀλίγον ἂν ὡμίλησε τῷ

1. Ἀρχεδίκης) Celebrant eam etiam Herodot. II. 135. et Athen. XIII. 7. Ceterum similem ferme de *Thonide*, itidem Aegyptia meretrice, narrat historiam Plutarch. in Demetr. pag. 901. nisi quod addit, iuueni litem intentatam a Thonide, mercedem petente, de qua inter ipsos conuenerat. Existimant itaque Leopard. emend. XIV. 9. et Kuhnius ad h. l. eandem fuisse meretricem, ab Aegyptiis patria lingua *Thonin* dictam, a Graecis *Archedicen*. Sed praeterquam, quod nemo veterum, quantum equidem sciam aut recorder, *Thonin et Archedicen* eandem fuisse tradat, historia vtriusque, licet somnio et eius effectu conueniat, in ceteris tamen discrepat, siquidem Archedices potiri propter amplissimam mercedem, quam poscere illa solebat, non potuit hic iuuenis parum opulentus: at Thonis pepigerat certa mercede cum suo amatore, et ideo ad eum dicto tempore ipsa venit, vt eius libidini obsequeretur. Sed quum ille somnio satiatus eam excluderet, illa pactam mercedem tamen postulauit. Diserte ita Clem. Alexandr. strom. lib. IV. pag. 520. ἐρῶν ἑταίρας νεανίας πείθει μισθῷ τινι ὡρισμένῳ τὴν παῖδα, ἀφικέσθαι τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς αὐτὸν, *iuuenis meretricem amans persuasit illi praefinita mercede, ad se vt veniret sequenti die*. Sed praecipuum est argumentum, quod doctissimi viri non obseruarunt, ex vtriusque aetate petendum. Etenim *Thonis* vixit tempore Bocchoridis, regis Aegyptii, quem iudicem habuit in hac lite, vt testantur Plutarchus et Clemens. At *Archedice* fuit Amasi rege, qui temporibus Cyri vixit, aliquandiu posterior. Nam Herodot. II. 134. quum celebrasset Rhodopin, *tempore Amasis florentem*, subiicit c. 135. *Archedicen*, celeberrimam itidem per totam Graeciam, ὕστερον ταύτης, *post hanc* Rhodopin, exstitisse. Iam vero inter Bochorin et Amasin duo minimum secula fuerunt interiecta, quum Bocchoris vixerit temporibus primae olympiadis. Periz.

2. Ναυκράτει) Praecipuum, immo vnicum olim, Aegypti emporium fuit *Naucratis*, teste Herodoto II. 179. Nihil itaque mirum, fuisse et in ea celebres in Graeciam vsque meretrices. Sed et diserte ait idem cap. 135. φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι, *solent quodammodo Naucrati amabiles esse meretrices*. Adde Athen. XIII. 7. Perizon.

3. Πρὸς ὀλίγον ἀνωμίλησε) Verbum hoc vel non est graecum, vel contrarium plane notat, seu idem, quod nomen hinc formatum ἀνομι-

δόντι, εἶτα ἀπέκλινεν. Ἐρασθεὶς ἓν ὁ νεανίσκος αὐτῆς, καὶ τυχεῖν μὴ δυνάμενος, ἐπεὶ μὴ πάνυ ἦν πλέσιος, ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο, καὶ παραχρῆμα ἐπαύσατο τῆς ἐπιθυμίας. (i.e. ὀνειρώττειν)

λητος, hoc est, *alienus a commercio rei alicuius*, vel *hominis*. Sic Plato epist. 7. ἀνομίλητος παιδείας, *alienus ab eruditione*. Sed lege hic meo periculo, et diserta Sluisk. cod. cui etiam reg. Parif. A. et C. adstipulantur, auctoritate, πρὸς ὀλίγον ἂν ὡμίλησε, *ad breue saue tempus cum eo agebat*. Sic ἄν XIII. 1. ὐδεὶς ἂν ἰδὼν αὐτὴν ἠράσθη ῥᾴθυμος ἄνθρωπος, ἀλλ' ὐδ' ἂν ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν. Et, ὐ γὰρ ἂν αὐτήν τις ἐυκόλως ὐδεὶς εἶδεν, ἀλλ' ἀδοκήτως ἐπέφηνε. Et XIV. 1. ὐκ ἂν δὲ ἦν φιλοδοξία ταῦτα. Vide et fragm. voce ἀπειθεῖν. Sed notissimus est vsus et multiplex voculae ἂν apud Graecos, de quo videri debent, qui de particulis egere. Paulo post restitui etiam ex Sluisk. vt et edit. Romana ac Basil. ἐρασθεὶς ὖν ὁ νεανίσκος. Articulus exciderat Gesneriani typographi incuria, sed quam secuti sunt reliqui omnes. Periz.

ΚΕΦ. ξδ.

Περὶ τῦ Ἀλεξάνδρυ νεκρῦ.

Ὁ μὲν Φιλίππυ καὶ Ὀλυμπιάδος Ἀλέξανδρος, ἐν Βαβυλῶνι τὸν βίον καταστρέψας, νεκρὸς ἔκειτο, ὁ τῦ Διὸς λέγων· καὶ στασιαζόντων περὶ τῆς βασιλείας τῶν περὶ αὐτὸν, ταφῆς ἄμοιρος ἦν, ἧς μεταλαγχάνυσι καὶ οἱ σφόδρα πένητες, τῆς φύσεως τῆς κοινῆς ἀπαιτύσης τὸν [1] μηκέτι ζῶντα κατακρύψαι. Ἀλλ' ὗτός γε τριάκοντα ἡμέρας κατελέλειπτο ἀκηδὴς· ἕως [2] Ἀρίστανδρος ὁ Τελ-

1. Μηκέτι ζῶντα κατακρύψαι) Etiam hic peccauit primum Tigurina Gesneri editio, omittens voculam τὸν, quae tamen exstat et hisce praemittitur, non tantum in duabus omnium primis, Romana et Basileensi, sed et in vtroque msto. De re ipsa, et cura etiam ignotos, in quos in via incidebant, humandi, vel terram iis iniiciendi vide supra V. 14. Hinc et IV. 7. sepultura dicitur κοινὸς πάντων σωμάτων ὅρμος. Perizon. — Paulo ante Med. 3. ἧς μεταλαμβάνυσι. Non infrequenti permutatione. Sic D'Orvillius ad Charit. in cod. Taurin. Heliod. Aethiop. VI. 1. pag. 322. pro ὐδὲ ὅσον πρὸς βραχὺ γῦν ὕπνυ μοι μεταλαβεῖν ἐνδέδωκε inuenit μεταλαχεῖν, idque praetert vulgatae forte obsequens statim λαγχάνειν. Sed equidem ob hoc ipsum praetulerim τὸ μεταλαμβάνειν. Nam Heliodorus amat iungere saepissime varia vnius verbi composita. In Sophocl. Aiac. v. 836. αἰτήσομαι δέ σ' ὐ μακρὸν γέρας λαβεῖν, codd. et edd. vett. exhibent λαχεῖν, ita, vt, quam lectionem praeferat alteri, dubius haereat ipse Valken. ad Eurip. Phoen. v. 1324.

2. Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς) Hic erat, *cui plurimum credebatur ex vatibus*, vt Curt. ait V. 4. et cui

μισσεὺς, θεόληπτος γενόμενος, ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας [3] κατασχεθεὶς, ἦλθεν εἰς μέσους τοὺς Μακεδόνας, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, τὸν πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλέων εὐδαιμονέστατον Ἀλέξανδρον γεγονέναι, καὶ ζῶντα, καὶ ἀποθανόντα· [4] λέγειν ἄρα τοὺς θεοὺς πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἄρα ἡ ὑποδεξαμένη γῆ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον ᾤκησεν ἡ ἐκείνου ψυχὴ, πανευδαίμων τε ἔσται, καὶ ἀπόρθητος δι' αἰῶνος. Ταῦτα μαθόντες πολλὴν εἰσεφέροντο φιλονεικίαν, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν τὸ ἀγώγιμον τοῦτο ἄγειν ἐπιθυμῶν, ἵνα κειμήλιον ἔχῃ, βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον. Πτολεμαῖος δὲ, εἴτι χρὴ

ipſe Alexander *credulitatem ſuam addixerat*. VII. 7. Neque mirum, quum eſſet *Telmiſſenſis*, cuius vrbis vates iam antiquitus conſulebantur, immo cuius vrbis ciues erant σοφοὶ τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, *periti interpretandi res diuinas*, et habebant *datam ſibi* ἀπὸ γένους τὴν μαντείαν, *vaticinandi artem ab ipſo genere vel ortu ſuo*, vt tradit Arrian. lib. II. pag. 86. Vrbs illa erat *Lyciae*, vt Strabo, Mela, Liuius, Arrianus, vel *Cariae*, vt Cicero, Stephanus, Clem. Alex. diuerſa a *Termeſſo Piſidiae*, cuius ſuperſunt nummi a viris doctiſſimis memorati, ſed qui neutiquam pertinent ad *Telmeſſum Lyciae*. Certe diuerſas fuiſſe has vrbes, et diuerſae ſcripturae, diſerte nos docet Euſtath. ad Dionyſii perieg. v. 859. Ceteroqui tamen literas C. et R. ſaepe alteram alterius vicem ſubire, etiam in eodem nomine, ſed fluuii Siciliae, qui *Telmiſſus et Termiſſus* dicitur, docuimus ſupra ad II. 33. 8. Perizon.

3. Κατασχεθεὶς) *Afflatus*, *vaticinatione correptus*. Sic κάτοχοι abſolute, et κάτοχοι ἐκ θεοῦ. Supra III. 9. εἴτε ἐκ θεοῦ κατόχους ἐνθουσιῶντα. Polyaen. I. 20. 1. κάτοχοι ἐκ μουσῶν καὶ Ἄρεως. Sed et κατάσχετοι, [illegible] κατεχόμενοι, de huiusmodi hominibus, vide Cuper. obſ. III. 12. Per.

4. Λέγειν ἄρα τοὺς θεοὺς πρὸς αὐτὸν) Facillima primam in ſpeciem videntur haec verba, ſed tamen aliter, ac vulgo fit, accipienda ferme putem. Vertunt omnes editores, *deos ergo* SIBI *notum feciſſe*; ſcil. dixit Ariſtander. Nihil abſoni habet haec quidem interpretatio, ſed tamen haud paulo oportunius et magis appoſitum mihi videtur, dixiſſe Ariſtandrum, *deos itaque de ipſo* Alexandro *praedicere*, *declarare*. Eo enim ſenſu, et maxime in oraculis et reſponſis deorum, vocula πρὸς ſaepe adhibetur pro *de*. Sic infra XIII. 23. λέγεται δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἄλλα θελ[illegible]ντας, ἄλλων δὲ τυχόντας. Polyaen I. 10. τὸ πρὸς αὐλητὰς λόγιον, *oraculum de tibicinibus*. Lucas euang. XX. 19. ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε, *norant enim*, *eum parabolam hanc de ipſis dixiſſe*. Auctor epiſt. ad Hebr. I. 7. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, et *de angelis quidem dicit: qui facit angelos ſuos ſpiritus*. Et IV. 13. πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, *omnia enim ſunt nuda et expoſita oculis eius, de quo nobis ſermo eſt*. Paulo poſt Sluisk. ἐν τῷ προτέρῳ. Perizon.

πιςέυειν, τὸ σῶμα [5] ἐξεκάλυψε, καὶ μετὰ σπȣδῆς εἰς τὴν Ἀλεξάνδρȣ πόλιν, τὴν κατ᾽ Ἄιγυπτον, ἐκόμισε. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι Μακεδόνες τὴν ἡσυχίαν ἦγον, Περδίκκας δὲ αὐτὸν διώκειν ἐπεχέιρησεν. Ὀυ τοσȣ̃τον δὲ ἔμελε τȣ́τῳ τῆς εἰς Ἀλέξανδρον πολυωρίας, καὶ τῆς εἰς τὸν νεκρὸν ὁσίας, ὅσον τὰ προλεχθέντα ὑπὸ τȣ̃ Ἀριςάνδρȣ ἀνέφλεγεν αὐτὸν καὶ ἐξῆπτεν. Ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸν Πτολεμαῖον, ὑπὲρ τȣ̃ νεκρȣ̃ μάχη καρτερὰ πάνυ σφόδρα ἐγένετο, ἀδελφὴ τρόπον τινα τῆς ὑπὲρ τȣ̃ εἰδώλȣ, [6] τȣ̃ ἐν Τροΐᾳ, ὅπερ Ὅμηρος ᾄδει, λέγων, ὑπὲρ Ἀινέιȣ τὸν Ἀπόλλωνα εἰς μέσȣς ἐμβαλεῖν τȣ̀ς ἥρωας. Ἀνέςειλε δὲ τὴν ὁρμὴν τȣ̃ Περδίκκα ὁ Πτολεμαῖος. Ἔιδωλον γὰρ ποιησάμενος ὅμοιον Ἀλεξάνδρῳ, κατεκόσμησεν ἐσθῆτι βασιλικῇ, καὶ ἐνταφίοις ἀξιοζήλοις. Ἔιτα τȣ̃το ἀνα-

5. Ἐξεκάλυψε) Vere sine dubio coniecit Freinshem. ad Curt. X. 10. legendum hic ἐξέκλεψε, hoc est, *clam abduxit.* Κλέπτεσθαι enim dicitur a Graecis etiam omne id, quod insciis et inuitis aliis fit. Vide supra ad III. 47. Et sic de cadavere Alcmenae, quod clam sustulit Mercurius, Anton. Lib. fab. 33. Ἑρμῆς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει. Ceterum historia haec longe aliter, et varie, ab aliis refertur. Probabile est maxime, Perdiccam cadauer hoc secum habuisse, et in Macedoniam voluisse abducere, sed prius tamen, quam ex Asia in Europam transiret, Ptolemaeum debellare; atque ideo flexisse versus Aegyptum; illic vero ad incitas redactum et a militibus occisum; tum vero Ptolemaeum persuasisse Macedonibus, vt sibi corpus hoc concederent, ex voluntate Alexandri ipsius in templum Hammonis perferendum, at ipsum in vrbem, in qua sedem ipse fixerat, detulisse. Vide Strabon. lib. XVII. pag. 794. et Pausan. attic. 6. At Diodor. Sic. tradit lib. XVIII. Ptolemaeum ab Aridaeo corpus hoc per pactionem accepisse, antequam Perdiccas expeditionem contra se suscepisset. Periz. — Freinshemii coniecturam ἐξέκλεψε probat et clar. Meinecke; eamque expressit sua in versione.

6. Τῆς ἐν Τροΐᾳ) Scil. μάχης. Neque erat necesse haec coniecturis sollicitandi, aut substituendi τȣ̃, scil. εἰδώλȣ, quod facit Faber. Assentitur tamen ei cod. Sluisk. vt et reg. A. et C. neque, si reliqui codd. illud pariter approbarent, reiicerem, sed neque ratio mihi est vlla satis idonea, cur receptae lectioni, quam etiam Lugd. ac reg. B. tuentur, omnino praeferam. Ceterum *simulacrum* illud erat Aeneae, quod Apollo pro Aenea in medios heroas immisit, qui acerrime circa illud, tanquam circa verum Aeneam pugnarunt. Vide Hom. Il. E. 449. Periz. — Videtur non temere Abr. Gronou. e cod. Med. 3. aliisque recepisse Fabri coniecturam, τȣ̃ ἐν Τροΐᾳ. Nam si Perizonii coniecturae locus esset concedendus, Aelianus haud dubie scripsisset, τῆς ἐν Τροΐᾳ, τῆς ὑπὲρ τȣ̃ εἰδώλȣ, ὅπερ. Gronouium cum edit. Basil. secutus sum et ego.

παύσας ἐπὶ μίαν τῶν Περσικῶν ἁμαξῶν, [7] τὸ ἐπ' αὐτῆς κατεσκεύασε φέρετρον μεγαλοπρεπῶς ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι· καὶ τὸ μὲν ὄντως Ἀλεξάνδρου σῶμα λιτῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, προὔπεμψε κρυπταῖς ὁδοῖς καὶ ἀτρίπτοις. Ὁ δὲ Περδίκκας καταλαβὼν τὸ τοῦ νεκροῦ φάσμα, καὶ τὴν διασκευασθεῖσαν ἁρμάμαξαν, ἀνεστάλη τοῦ δρόμου, οἰόμενος ἔχειν τὸ ἆθλον· ὀψὲ δὲ ἔμαθεν ἀπατηθεὶς, ἡνίκα διώκειν οὐκ εἶχε.

7. Τὸ ἐπ' αὐτῆς φέρετρον) Intelligo *arcam*, vel *lectum funebrem*. Sic apud Val. Max. II. 6. 7. *duae ante portas eorum arcae iacent, altera, qua liberorum, altera, qua seruorum corpora ad sepulturae locum plaustro deuehuntur.* De lecto res est notissima. Anton. Lib. fab. I. ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς πελειὰς ἐξέπτη, καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο, *et lecto autem* funebri, dum efferebatur, *columba euolabit, et ipsum Ctesyllae corpus euanuit.* Sueton. Caesare 84. *lectum pro rostris in forum magistratus et honoribus functi detulerunt.* Et hinc *lecticae* Romanorum, quae primum fuere funebres potissimum. Vide Lipsium elect. I. 19. Talis autem lectus a Graecis etiam φέρετρον dicitur. Sic apud Homer. Iliad. Σ. 236. Patroclus in proelio caesus, dicitur κείμενον ἐν φερέτρῳ, *iacens in lecto funebri et portatili.* Schol. exp. νεκροφόρῳ κλινιδίῳ, *lectu'o, quo cadauera efferuntur.* Perizon. — Paulo ante legi voluit Iac. Gron. Περσικῶν ἁρμαμαξῶν, quoniam sequitur καὶ δ. τ. ἁρμάμαξαν. Videtur vero vir ille doctus opinari, omnes scriptores constanter differentiam obseruasse inter ἅμαξα et ἁρμάμαξα, quam semel posuit Aristid. de Rom. laud. ab illo laudatus, τινες βασιλεῖς καὶ Σκυθῶν νομάδων τοσοῦτον διέφερον, ὅσον οὐκ ἐφ' ἁμαξῶν περιῄεσαν, ἀλλ' ἐφ' ἁρμαμαξῶν. Est quidem ἅμαξα proprium Scytharum vehiculum, vti ostendit Tib. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 1075. et Io. Ernesti ad Callim. in Dian. v. 257. sed nec eius vsus insolens erat in pompis. Herodot. I. 35. de sacro curru, quo sacerdos Iunonis vehebatur in templum, εἷλκον τὴν ἅμαξαν. ἐπὶ τῆς ἁμάξης δέ σφι ὀχέετο ἡ μήτηρ. Heliod. Aethiop. 3. p. 179. Chariclea sacerdos ἤγετο ἐφ' ἁρμαμάξης ἀπὸ συνωρίδος λευκῆς βοῶν ὀχουμένη, vbi cod. Taurin. cum Basileens. ἁμάξης exhibent, et pro ὀχουμένη in codd. Palat. Taur. Vat. legitur ἡνιοχουμένη, quam lectionem, quamuis considerandam lectoribus exhibuerit D'Orvillius, tamen reiecerim ego. Nam pag. 18[illegible] seq. describitur Chariclea ita: ἔφερε τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἐπίχρυσον — τῇ δεξιτέρᾳ δὲ λαμπάδιον ἡμμένον.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

Περὶ Ἀταλάντης.

Λόγος ὗτος Ἀρκαδικὸς [1] ὑπὲρ τῆς Ἰασίωνος Ἀταλάντης. Ταύτην ὁ πατὴρ γενομένην ἐξέθηκεν· ἔλεγε γὰρ, ὐ θυγατέρων, ἀλλ' ἀῤῥένων δεῖσθαι. Ὁ δὲ ἐκθεῖναι λαβὼν, ὐκ ἀπέκτεινεν, ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὸ Παρθένιον ὄρος, ἔθηκε πηγῆς πλησίον· καὶ ἦν ἐνταῦθα ὕπαντρος πέτρα, καὶ ἐπέκειτο συνηρεφὴς δρυμών. Καὶ τῦ μὲν βρέφυς κατεψήφιςο θάνατος· ὐ μὴν ὑπὸ τῆς τύχης προὐδόθη. Ὀλίγῳ γὰρ ὕςερον, [2] ὑπὸ κυνηγετῶν ἀφῃρημένη τὰ ἑαυτῆς βρέφη, ἄρκτος ἧκε, σφριγώντων αὐτῇ τῶν μαζῶν, καὶ βαρυνομένων ὑπὸ τῦ γάλακτος· εἶτα κατά τινα θείαν πομπὴν ἡσθεῖσα τῷ βρέφει, ἐθήλασεν αὐτό· καὶ ἅμα

1. Ὑπὲρ τῆς Ἰασίωνος Ἀταλάντης) Duae fuerunt *Atalantae*, poeticis ex fabulis celebres. Altera Boeotica, Schoenei f. quae cursu certauit cum procis suis, et nupsit tandem Hippomeni. Altera Arcadica haec. Sed quas ipsi veteres saepius confuderunt, tribuentes alteri, quae erant alterius, et saepe de iis etiam sibi ipsi contraria tradentes, vt certe faciunt Hyginus fab. 99. et 173. et Apollod. I. 8. et III. 9. Vide et Muret. ad Propert. eleg. I. 1. Simson. chron. an. m. 2754. sed maxime excell. Spanhem. ad Callimach. hymno in Dian. v. 216. Neque minor discrepantia est in nomine eius, qui pater fuit huius Atalantae. Nam plerique eum *Iasum* appellant, vnde Propert. I. 1. 10. virginem hanc vocat *Iasida* penultima breui. Alii vero *Iasium*: certe Callimach. eam dicit κούρην Ἰασίοιο, vbi itidem metri ratio firmat hanc nominis formam, noster denique *Iasiona* nominat, vel vt Lugd. cod. et reg. B. Ἰάσωνα, cum quibus facit etiam scholiast. Apollon. Rhod. qui ad I. 769. dicit filiam Ἰάσονος. Sed putem pene, istic legendum Ἰάσυ vel Ἰασίυ, hic vero Ἰασιώνης, sicuti Danaë Acrisii f. vocatur Ἀκρισιώνη, Hom. Iliad. Ξ. 319. Perizon. — Conf. Thom. Gale ad Apollod. biblioth. 3. 9. vbi hic auctor, contra quam libr. I. cap. 8. fecerat, vnam tantum Atalantam fuisse statuit.

2. Ὑπὸ κυνηγετῶν) Sluiskian. ὑπὸ κυνηγετῦ. Periz.

τὸ θηρίον ἐκουφίσθη τῆς ὀδύνης, καὶ ὤρεξε τροφὴν τῷ βρέφει· [3] καὶ οὖν καὶ αὖθις ἐπαντλοῦσα τοῦ γάλακτος, καὶ ἐποχετεύουσα, ἐπεὶ τῶν ἑαυτῆς μήτηρ οὐκ ἔμεινε, τῆς μηδέν οἱ προσηκούσης τροφὸς ἐγένετο. Ταύτην οἱ κυνηγέται παρεφύλαττον, [4] καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιβουλεύσαντες τῷ θηρίῳ εἰς τὰ ἔκγονα αὐτῆς. Καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρυμώνων κατασκεψάμενοι, ἀπελθούσης κατὰ συνήθειαν κατά γε ἄγραν καὶ νομὴν τῆς ἄρκτου, τὴν Ἀταλάντην ὑφείλοντο, [5] καλουμένην τοῦτο οὐδέπω· αὐτοὶ γὰρ ἔθεντο αὐτῇ τὸ ὄνομα. Καὶ ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ· κατὰ μικρὸν δὲ αὐτῇ τὰ τοῦ σώματος μετὰ τῆς

3. Καὶ οὖν καὶ αὖθις ἐπαντλοῦσα) Cohaerent haec cum sequentibus in vnam iungenda periodum, sed deleas, velim, vltimum καὶ, ante ἐπεὶ, quia nexum turbat. Ἐπαντλεῖν notat aliquid *infundere et ingerere*. Lucian. de morte peregrin. init. ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, *audiui itaque reliqua, quae ille* auditoribus suis *ingerebat*. Per. — Deleui illud καὶ, Perizonio iam molestum, auctoritate inductus cod. Med. 3.

4. Καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς) Legerim cum Genero, οἱ καὶ ἐξ ἀρχῆς. Mox Lugd. εἰς τὰ ἔγγονα αὐτῆς. Plane vt supra I. 6. Et dein Sluisk. ac reg. A. et C. αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρωμένων: quod mihi sane perplacet. Nam non opus erat, vt *singula syluae* explorarent, quum satis scirent, vbi vrsa suum haberet cubile, quem vnum locum inuestigare aut scire debebant. Illi vero ipsam vrsam *obseruabant*, παρεφύλαττον, et singula *quae ab ea fierent*, quando, scil. et quamdiu pastum abire soleret, diligenter speculabantur, atque ita dein, quum ipsa abiisset, sustulerunt Atalantam. Sic XIV. 46. τὰ παρὰ τῶν οἰκετῶν δρώμενα. Thucyd. V. 66. καὶ τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου πολλαῖς προσήκει, *et cura rei gerendae ad multos pertinet*. Plutarch. de Iside, ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον, *sancte perpendere singula, quae dicuntur et fiunt*. Librarii videntur in hunc errorem incidisse, quia saepius in hoc capite occurrit δρυμῶν. Ceterum αὐτὰ ἕκαστα male sollicitatur a Fabro. Sic enim noster XII. 1. pag. 667. αὐτὰ δὲ ἕκαστα καὶ τῶν πραχθέντων, καὶ τῶν λεχθέντων, εἰς ἐπιστολὴν ἐγγράψας. Forte et II. 20. Vide ibi. Perizon.

5. Καλουμένην τοῦτο οὐδέπω) Ἀταλάντη est nomen proprium feminae, formatum a masculino Ἄτλας, Ἄτλαντος. Nam Ἄτλας dicitur pro Ἀτάλας, a τλάω, τλῆμι, pro quo et ταλάω dicebant, vnde et τάλας. Est autem Ἄτλας, vel *qui nihil mali fert et sustinet*, minime τάλας, vel per A ἐπιτατικὸν, *qui multum sustinet*. Vide Eustath. ad Hom. odyss. A. pag. 19. At Ἀτάλαντος, formatum a voce τάλαντον, *libra, pondus*, quod etiam vsitatum est, notat eum, qui paris est ponderis et pretii. Vide Eustath. ad Iliad. B. pag. 149. Perizon. — Haud ita multo post in Med. 3. post ἐτρέφετο abest ἐν, probante A. Gronou. qui eodem modo, quo supra XII. 1. ἐτρέφετο τῷ πατρὶ καὶ αὐτῷ πένητι, dictum esse voluit. In eo vero consentientem habuit Hemsterhus. qui ad Lucian. tom. I. pag. 429. illud ἐν quoque e codd. auctoritate delendum esse censuit.

ἡλικίας ἀνέτρεχε, καὶ ἤρα παρθενίας, καὶ [6] τὰς τῶν ἀνδρῶν ὁμιλίας ἔφευγε, καὶ ἐρημίαν ἐπόθει, καταλαβοῦσα τῶν ὀρῶν τῶν Ἀρκαδικῶν τὰ ὑψηλότατα, ἔνθα ἦν καὶ αὐλὼν κατάρρυτος, καὶ μεγάλαι δρῦς, ἔτι δὲ καὶ πνεῦμα, [7] καὶ βαθεῖά τις ὕλη. [8] Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ, καὶ ἄντρον Ἀταλάντης ἀκοῦσαι, ὡς [9] τὸ τῆς Καλυψοῦς, τὸ ἐν Ὁμήρῳ; Καὶ ἦν ἐν κοίλῃ τῇ φάραγγι σπήλαιον ἐν, καὶ βαθὺ πάνυ, κατὰ πρόσωπον δὲ βαθεῖ κρημνῷ ὠχύρωτο. Κιττοὶ δὲ αὐτὸ περιεῖρπον, καὶ ἐνεπλέκοντο οἱ κιττοὶ μαλακοῖς δένδροις, καὶ δι' αὐτῶν ἀνεῖρπον· κρόκοι τε ἦσαν περὶ τὸν τόπον, [10] ἐν μαλακῇ φυόμενοι

6. Τὰς τῶν ἀνδρῶν ὁμιλίας ἔφευγε) mst. vterque, et reg. omnes, legunt τῆς, construentes ita hoc verbum hic loci cum genitiuo. Mox Sluisk. τῶν Ἀρκαδικῶν τὸ ὑψηλότατον. Periz. — In vtroque loco conspirat cum Sluisk. Med. 3.

7. Καὶ βαθεῖά τις ὕλη) Sluisk. et reg. A. καὶ βαθεῖα ἡ ἐκ τούτων σκιά. Haud absurde. Memorat enim omnia iucunda, *riuum aquae, quercus maiores, auram venti*; supererat ergo *spissa et multa vmbra*, quae isto in codice exprimitur. Schefferus hanc lectionem ad inferius ὕλη annotat ex mst. C. Parisiensi, sed haud dubie per errorem vel ipsius vel excerptoris. Et ita vere se res habet teste Cl. Boiuinio, qui in reg. C. inuenit hic Sluisk. lectionem, sed ita, vt in margine reperiret, tanquam post βαθεῖα addenda, τις ὕλη καί. Vnde idem censet; plenius hic legendum, καὶ βαθεῖά τις ὕλη, καὶ ἡ ἐκ τούτων σκιά. Periz. — Lectionem cod. Sluisk. quam et firmat Med. 3. probauit etiam clar. Meinecke, suaque versione expressit. Sed non animaduertisse videtur vir doctiss. hac codicum lectione adsumta in antecedentibus quoque pro πνεῦμα cum Abr. Gronouio emendandum esse πεῦκαι.

8. Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ) Assentior Cupero legenti obseru. III. 15. ὑμᾶς, maxime, quia sequitur ἀκοῦσαι. Sed et ita cod. Lugd. et reg. B. At Sluisk. et ceteri ex reg. vulgatum amplectuntur. Periz.

9. Τὸ τῆς Καλυψοῦς, τὸ ἐν Ὁμήρῳ) Vide Homer. odyss. E. v. 63. vbi, quum commemorasset Mercurium ab Ioue missum ad Calypso, vt illa Vlyssem dimitteret, pluribus describit eius antrum, in quo illa habitabat. Perizon.

10. Ἐν μαλακῇ φυόμενοι καὶ βαθείᾳ ὕλῃ) Quid, obsecro, ad flores humi natos, veluti *crocos*, etc. facit, aut ad eos commendandos pertinet, quod *nascantur in molli profundaque sylua*, vt vertit Gesnerus et reliqui editores, quum Vulteius graeca reddidisset, sed aeque perperam, *nascebantur tum in plana terra, tum in extremo nemore*. Quid multa? Egregius hic est Sluisk. qui liquido exhibet πόᾳ pro ὕλῃ, quod verissimum est et Graecis vsitatissimum. Assentiuntur Sluisk. reg. Paris. A. et C. sed hic in margine vulgatum quoque exhibet. Flores autem passim, quia in pratis et syluis nascuntur inter *herbas*, et ex *herba*, dicuntur ἄνθεα ποίης, *flores herbae*. Sic Homer. odyss. I. 449. Hesiod. theogon. 576. Quintus Calaber XIV. 206. Sed dignus est, qui hic exhibeatur, locus Homer. Iliad. Ξ. 347.

καὶ βαθεῖα τῇ πόᾳ· συνανέτελλε δὲ αὐτοῖς καὶ ὑάκινθος, καὶ ἄλλοι πολλὴ χροιὰ ἀνθέων, ὐ μόνον εἰς ἑορτὴν ὄψεως συντελεῖν δυναμένων, ἀλλὰ καὶ ὀσμαὶ ἐξ αὐτῶν τὸν ἀέρα τὸν κύκλῳ κατελάμβανον· καὶ παρῆν τῇ τε ἄλλῃ πανηγυρίζειν, καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ἑςιᾶσθαι. Δάφναι τε ἦσαν πολλαὶ, φυτῦ διὰ τέλυς ἀκμάζοντος ἥδεῖαι προσιδεῖν κόμαι. Καὶ ἄμπελοι δὲ πάνυ σφόδρα 11 εὐθενῦντο βοτρύων, πρὸ τῦ ἄντρυ τεθηλυῖαι, τὸ φυ-

— χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ΠΟΙΗΝ,
λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
πυκνὸν καὶ μαλακὸν —
diuina terra produxit recens florentem herbam, lotumque roscidum, et crocum, et hyacinthum crebrum et mollem. Vides hic quoque *crocum et hyacinthum* in *herba:* vides etiam μαλακῦ vocabulum conuenire floribus et herbis. Ceterum βαθεῖα πόα, notat *spissam, densam herbam.* Aristotel. in mirabil. p. m. 1163. καὶ πέφυκε περὶ αὐτὸν πόα βαθεῖα. Arrian. lib. VI. pag. m. 435. de horto, in quo erat sepulchrum Cyri, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι, *et densam herbam exstitisse.* Sic βαθὺ λήϊον, *densa seges*, apud Hesiod. ἀσπ. 288. vbi vide ill. Graevium. Homer. Iliad. Ψ. 251. βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη, *multus autem decidit cinis.* Sic βαθὺς πλῦτος, *magna opulentia*, apud nostr. supra III. 18. Emendatio haec, quum a mstis sit profecta, et ratione atque vsu linguae confirmetur, certam adeo putaui, vt in textum recipere haud sim veritus. Perizon.

11. Εὐθενῦντο) *Abundabant.* Sequitur auctor Phrynichum, qui ait, Graecos potissimum εὐθενεῖσθαι dixisse, vbi tamen Hoeschelius multis probat ex Aristotele, Epicteto, et aliis, vsum actiui εὐθηνεῖν et εὐθενεῖν. Addunt Phrynich. et Thomas Magister, εὐθηνίαν, vel εὐθενίαν non dici, sed pro eo εὐετηρίαν. At vero in nummis sub Augusto et Claudio cusis in Aegypto saepius occurrit ΕΥΘΗΝΙΑ, teste Spanhem. ad Iulian. orat. I. pag. 282. Nullum etiam dubium, quin idem vir illustr. ad Callim. hymno in Delum recte tentauerit Theophrastum legendo εὐθένειαν, pro εὐσθένειαν, quum et hic Sluisk. nobis ingerat εὐσθενῦν cum suprascripto τ, Logd. vero ἀσθενύντων. Nempe raritas vocabuli corruptionis occasionem dedit librariis. Ex illa tamen, licet corrupta lectione, reposuerim etiam hic εὐθενύντων, quando optime omnia cohaerebunt, quae nunc biulca videntur et lacera in graecis. Quamobrem etiam interpretes in versione a graeco textu recedentes liberius omnia in vnam coniunxerant sententiam. Ipsum illud εὐθενεῖν, non Hoeschelius tantum, sed et ill. Spanhem. ad Callim. d. l. etiam ex Aeschylo et Aristide, satis probarunt, vt non opus sit, quidquam addi. Ex reg. quoque Par. codd. primus diserte habet εὐθενῦν cum suprascripto τ, secundus ἀσθενύντων, tertius, εὐσθενύντων. Vnde etiam cl. Boivinius legendum hic censet εὐθηνύντων. Perizon. — Coniecturam Boivini firmat codex Flor. quare Abr. Gronou. et edit. Basil. recipere illam in textum haud dubitarunt. Εὐθενεῖν vero idem significare, quod εὐθηνεῖν, docet schol. Apollon. Argon. I. 115. a Gronou. allatus, καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος Φλυῦς ὀνομάζεται, ἀπὸ τῦ φλύειν τὸν οἶνον, ὅ ἐςιν, εὐθηνεῖν.

λεςγὸν τῆς Ἀταλάντης ἐπεδείκνυντο. Ὕδατά τε [12] διατελῆ καὶ εἰσρέοντα, καὶ καθαρὰ ἰδεῖν, καὶ ψυχρὰ, ὅσον τε ἀψαμένῳ τεκμήρασθαι, καὶ καταγνῶναι πιόντι, χύδην καὶ ἀφθόνως ἐπέῤῥει· τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ [13] εἰς ἀρδείαν τοῖς δένδροις τοῖς προειρημένοις ἦν ἐπιτήδεια, συνεχῶς ἐπιῤῥέοντα, καὶ εἰς τὸ ἔμβιον αὐτοῖς συμμαχόμενα. Ἦν οὖν τὸ χωρίον [14] χαρίτων ἀνάμεστον, καὶ σεμνότατόν τε ἅμα καὶ σώφρονα [15] παρθενῶνα ἐδείκνυεν. Ἦν δὲ ἄρα τῇ Ἀταλάντῃ [16] στρωμναὶ μὲν αἱ δοραὶ τῶν

12. *Διατελῆ καὶ εἰσρέοντα*) Quid sibi vult illud *εἰσρέοντα*, ita absolute hic positum, maxime quum in hac ipsa sententia, de his ipsis *aquis* sequatur *ἐπέῤῥει*? Putem pene, prius *καὶ* ex seqq. esse ortum, atque adeo delendum, legendumque *διατελῆ εἰσρέοντα*, hoc est, *perpetuum fluentia*, vt mox eodem sensu *συνεχῶς ἐπιῤῥέοντα*. Solent enim adiectiua saepe aduerbiorum sensu iungi verbis. Sic Hesiod. praecipit *ἔργων* 695. *ὡραῖος ἄγεσθαι γυναῖκα*, *in flore aetatis ducere vxorem*. Noster supra IX. 14. de ventis, *εἴποτε σκληροὶ κατέπνεον*. Sic ergo et *ὕδατα* hic dicuntur *εἰσρέειν διατελῆ*. Vide etiam ad IX. 8. Perizon. — Perizonii explicatio τοῦ *εἰσρέοντα* nimis quaesita mihi esse videtur: quare praefero Abr. Gronou. emendationem, *εὐρέοντα* legentis.

13. *Εἰς ἀρδείαν τοῖς προειρημένοις*) Exciderat ex Schefferiana prima *τοῖς δένδροις*, quod vitium magna et lata culpa secutae sunt omnes dein editiones. Nos illud, quod male omissum erat, restituimus ex mstis et editis. Perizon.

14. *Χαρίτων ἅμα μεστὸν, καὶ σεμνότατόν τε ἅμα*) Quis haud inscitus nec inelegans scriptor voculam *ἅμα* ita in proximo, et sine vlla plane *ἐμφάσει*, iteraret? Friget prorsus ista repetitio. Sed pulchram nobis operam hic nauant Lugd. cod. tum reg. Paris. secundus, ac a prima manu etiam tertius, qui veram haud dubie exhibent lectionem, ex qua tamen simul erroris origo perspici facile potest. Legunt enim *χαρίτων ἀνάμεστον, καὶ* etc. Sic Dionys. Halic. lib. XI. pag. 718. de Virginio, quum filiam confodisset, *καὶ οὕτως ἀνάμεστος αἵματος γενόμενος*, *et ita plenus cruoris*, *seu cruentus vndique, factus*. Perizon.

15. *Παρθενῶνα*) Vterque cod. et reg. omnes, *παρθενεῶνα*. Vtrumque graece dicitur. Sed hoc magis est poeticum, aut minus atticum: at vulgatum conuenit praeceptis Phryn. qui pag. 28. *ἱστῶν λέγε, μὴ ἱστεῶν· ἁμαρτήσεις γὰρ ὁμοίως τῷ λέγοντι καλαμεῶν, ἱππεῶν, ἀνδρεῶν, δέον καλαμῶν, ἱππῶν, καὶ τὰ ὅμοια*, *ἱστῶν dic non ἱστεῶν, peccabis ceteroqui similiter illi, qui dicit καλαμεῶν, ἱππεῶν, ἀνδρεῶν, quum oporteat dicere καλαμῶν, ἱππῶν, et similia*. Sed et sic habuimus supra VIII. 7. *ἀνδρῶν*, et eiusdem formae est nomen vrbium in Africa, *Ἱππὼν*, *Hippo* latinis. Sed et hoc ipsum, *παρθενὼν*, ex Aeliano refert Suidas in v. *βδελυρὸς*, vbi templum Mineruae, vt videtur, vocat Aelian. *τὸν παναγέστατον παρθενῶνα*. Perizon.

16. *Στρωμναὶ*) Sic et msti. Faber tamen *στρωμνὴ* legi iubet. Et ita *στρωμνὴ* pro *lecto funebri*, apud Anton. Lib. fab. 1. Sed et sequitur hic *τροφὴ*, *ποτὸν*, omnia in singulari. Vt adeo si fauissent codices, facile ego Fabrum fuissem secutus. Periz. — Fabri coniecturam, quam cod. Med. 3. firmat, secutus est Abr. Gronou. et edit. Basil.

τεθηραμένων, τροφὴ δὲ τὰ τούτων κρέα, ποτόν τε τὸ ὕδωρ. Στολὴν δὲ ᾔσθητο ἀπράγμονα, καὶ τοιαύτην, [17] οἵαν μὴ ἀποδεῖν τῆς Ἀρτέμιδος. Ἔλεγε γὰρ ζηλοῦν αὐτὴν καὶ ἐν τούτῳ, καὶ ἐν τῷ παρθένον εἶναι διὰ τέλους ἐθέλειν. Ἐπεφύκει δὲ ὠκίστη τοὺς πόδας, καὶ οὐκ ἂν αὐτὴν διέφυγεν, οὔτε θηρίον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος· [18] φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν. Ἤρων δὲ αὐτῆς οὐχ' ὅσοι μόνον αὐτὴν εἶδον, [19] ἀλλ' ἤδη καὶ ἐκ φήμης ἠρᾶτο. Φέρε δὲ, καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, [20] εἴτι μὴ λυπεῖ, διαγράψωμεν. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτων προσγένοιτ' ἂν λόγων τε ἐμπειρία καὶ τέχνη. Μέγεθος μὲν γὰρ, ἔτι παῖς οὖσα, ὑπὲρ τὰς τελείας ἦν γυναῖκας, κάλλει δὲ ἦν, ὡς οὐκ ἄλλη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ παρθένων τῶν τότε. Ἀῤ-

17. Οἵαν μὴ ἀποδεῖν τῆς Ἀρτέμιδος) Valcken. ad Euripid. fragm. p. 12. legit ἀπᾴδειν, quod verbum ab eodem viro, graecarum literarum eruditissimo, redditum est Plutarch. tom. I. pag. 162. ἀπᾴδοντα οὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου σοφίας, antea ibi male legebatur ἅπαντα. Quam emendationem, quamuis ingeniosam, h. l. tamen minus necessariam esse puto. Nam ἀποδεῖν τινος dicitur apud Graecos, *quicunque aliqua re alteri cedit.*

18. Φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν). Muretus ad Propert. I. 1. legit, φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἂν etc. omissis ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν: nulla profecto ratione. Immo eleganter ita et ἐμφατικῶς plane in medio orationis interponunt Graeci illud ἀλλὰ, in quo consistit tota huius locutionis ratio. Sic III. 17. ἔνθα δὲ ἐχρῆν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθά γε ἐκεῖνος στρατιώτης ἦν. I. 28. φασὶ τὸν εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα, ἀλλὰ τοῦτόν γε ὡς ἐλευθέριον ἐπαινεῖσθαι. II. 15. τοὺς τῶν ἐφόρων θρόνους, ἔνθα εἰώθασι καθήμενοι χρηματίζειν, ἀλλὰ τούτους τοὺς θρόνους κατέχρισαν. Periz. — Casp. Barth. qui in animadu. ad Statii Theb. IV. v. 313. amplexus fuerat emendationem Mureti, in iisdem animadu. ad VI. 565. hunc locum ita corrigebat: καὶ οὐκ ἂν διέφυγεν ἐνταῦθα οὔτε θηρίον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος. φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν. Eidem viro docto seruari quoque posse particula ἀλλὰ videbatur, modo scriberetur vel, τίς ἄλλος; , vel poneretur ante φυγεῖν hoc modo: ἀλλὰ φυγεῖν ἐθέλουσαν. Med. 3. οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος, διώκειν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα etc. A. Gron.

19. Ἀλλ' ἤδη καὶ ἐκ φήμης ἠρᾶτο) Ita msti omnes, et mei, et regii. Faber tamen ἀλλὰ δὴ καὶ etc. legit. At nihil mutandum putat Kuhnius. Et sane sic etiam infra XIV. 22. μὴ μόνον τῆς γλώττης etc. ἀλλ' ἤδη καὶ ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκ φύσεως ἀποκλείων ἐλευθέριαν. Similiter mox p. seq. ἤδη δὲ καὶ. Et Max. Tyr. diss. 27. ἤδη δέ τις καὶ. Et ita passim ἤδη δὲ. Perizon.

20. Εἴ τι μὴ λυπεῖ, διαγράψωμεν) Sluiskian. εἴ τι μὴ λυπῇ, διαγράψομαι. Sed nihil eo hic opus est. Perizon.

ῥενωπὸν δὲ, καὶ γοργὸν ἔβλεπε· τοῦτο μὲν καὶ [21] ἐκ τῆς τοῦ θηρίου τροφῆς, ἐπεὶ καὶ θυμοειδὴς ἦν, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γυμνασίων· κορικόν τε, καὶ ῥαδινὸν οὐδὲν εἶχεν· οὐ γὰρ ἐκ θαλάμου προήει, οὐδὲ ἦν τῶν ὑπὸ μητράσι καὶ τίτθαις τρεφομένων. Τὸ δὲ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε· καὶ μάλα γε εἰκότως, ἅτε ἐν τοῖς κυνηγεσίοις, καὶ περὶ αὐτὰ τὰ γυμνάσια τὸ πᾶν σῶμα ἐκτελοῦσα. Ξανθὴ δὲ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, οὔτι που πολυπραγμοσύνῃ γυναικείᾳ, καὶ βαφαῖς ἅμα, καὶ φαρμάκοις, [22] ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά. Πεφοίνικτο δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἡλίων αὐτῇ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐρυθήματι ἐῴκει ἄντικρυς. Τί δὲ οὕτως ὡραῖον γένοιτο ἄνθος, [23] ὥσπερ οὖν καλὸν ἢ τὸ πρόσωπον αἰδεῖσθαι πεπαιδευμένης παρθένου; Δύο δὲ εἶχεν ἐκπληκτικὰ, κάλλος ἄμαχον, καὶ σὺν τούτῳ καὶ φοβεῖν ἐδύνατο. Ὀυδεὶς ἂν ἰδὼν αὐτὴν

21. Ἐκ τῆς θηρίου τροφῆς) Gesnerus, probantibus Fabro et Kuhnio, θηρείου, hoc est, *ex ferino victu*. Sed non animaduerterunt viri doctissimi, designari hic ab auctore vrsam, a qua nutrita est Atalanta, et cuius illa ex vberibus primum traxit alimentum; a qua nutrice etiam habuit, quod θυμοειδὴς esset. Τροφὴ itaque θηρίου hic notat non *victum*, qualis est *ferarum*, sed *nutritionem* atque *alimoniam*, quam *vrsa* praestitit Atalantae. Et quo minus dubites, ecce veram ex Lugd. cod. et reg. Paris. B. lectionem, ἐκ τῆς τοῦ θηρίου τροφῆς. Mox mallem, ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν etc. et iungerem pene sequentibus, κορικὸν, etc. Perizon.

22. Ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον) Nescio vnde hauserit Camillus Peruscus suum φύκου: quum mei cod. pariter praeferant illud ipsum, quod eodem ferme tempore Muret. ad Propert. I. 1. et Gesnerus in margine suo, ex coniectura exhibuerunt, et inde in contextum recepit iam Tornaesius, φύσεως: quae sine dubio igitur vera est lectio. Nam quod Schefferus dubitat, an sit scribendum, ἀλλ' οὐ φύκου ἔργον, id vero inane est, maxime quum iam praecesserit, negans locutio, οὔτι που πολυπραγμοσύνῃ etc. Cui si subiicias ἀλλὰ, sequi tum sane debet locutio non iterum negans, sed affirmans quid. Perizon. — Quod sequitur ὑπὸ τῶν ἡλίων, ad id respexit Eustath. ad Dion. perieg. v. 40. σημειῶσαι δὲ ὅτι ὁ παρὰ Λιβανίῳ μόνον καὶ Ἀιλιανῷ πληθυντικῶς οἱ ἥλιοι. Abr. Gronou.

23. Ὥσπερ οὖν καλὸν, ἢ τὸ πρόσωπον αἰδεῖσθαι πεπαιδευμένης παρθένου) Turbat hic illud ἢ tali modo scriptum. Gesnerus itaque induci voluit. Muretus d. l. longius abit, sed eleganti coniectura legens, ὅπερ οὐ κάλλιον ἢ τὸ πρόσωπον. Mihi simplicissimum et verissimum videtur, quod Schefferus voluit, et probavit Kuhnius, ὥσπερ οὖν καλὸν ἢ. Idvero quum etiam Lugd. cod. et reg. secundi ac tertii, auctoritas diserte firmet, admittendum censui, tanto magis, quia vulgatae lectionis nullus est vsus, nullusque sensus. Perizon.

ἠράσθη ῥάθυμος ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν τὴν ἀρχήν. Τοσαύτη μετὰ τῆς ὥρας κατέλαμπεν ἡ αἴγλη τοὺς ὁρῶντας. Δεινὴ δὲ ἦν ἐντυχεῖν τάτε ἄλλα, [24] καὶ τῷ σπανίῳ. Ου γὰρ ἂν αὐτήν τις εὐκόλως οὐδεὶς εἶδεν· ἀλλ' ἀδοκήτως, καὶ ἀπροόπτως ἐπέφηνε, διώκουσα θηρίον, ἢ ἀμυνομένη τινα, [25] ὥσπερ ἀστὴρ· διάττουσα (δ') ἐξέλαμπεν ἀστραπῆς δίκην, εἶτα ἀπέκρυπτεν αὐτὴν διαθέουσαν ἢ δρυμὼν, ἢ λόχμη, ἢ τι ἄλλο τῶν ἐν ὄρει δάσος.

[26] Καὶ οἵ ποτε (καὶ οἱ) τὴν ὅμορον γειτνιῶσαν

24. Καὶ τῷ σπανίῳ) Scheffero teste, msti Parif. B. et C. habent, ἤτα σπάνια. Dubitem de vocula ἤ. Certe Lugd. noster legit, καὶ τὰ σπάνια. Sed et, ne de Parisiensibus amplius dubitem, fecit humanitas cl. Boivinii, qui me monuit, etiam illos B. et C. sed hunc in margine, legere καὶ τὰ σπάνια. Vulgatum praefert, Sluisk. et reg. A. Vtrumvis recte. Perizon. — Paulo ante ad verba τοσαύτη αἴγλη κατέλαμπεν, adducit Abr. Gronou. Stratonem epigram. 5. vbi puellae dicuntur αἰγλοφανεῖς· ἀλλὰ περισσῶς τὰς μελανοφθάλμους αἰγλοφανεῖς τε φιλῶ.

25. Καὶ ὥσπερ ἀστὴρ) Nulla prorsus auctoritate nititur illud καὶ, quod nec msti, certe mei, raro, sed fido plerumque, consensu agnoscunt, nec vllae edd. superioris saeculi, ne Tornaesiana quidem prima. In secunda demum anni 1610. inuenio, sed nulla ratione, nullo titulo, subnixum, vt quasi clam irrepserit. Eieci ergo illud tanquam malae fidei, istoc certe loco. Nam facile largior, sequentia tamen per coniunctionem quandam superioribus nectenda, sed neque negaturum quenquam arbitror, multo rectius illa, ὥσπερ ἀστὴρ, referri ad verbum ἐπέφηνε, *apparuit*, quam ad διάττουσα, *prosiliens*, tanto magis, quia in sequentibus hisce alia inest comparatio, ἀστραπῆς δίκην. Neque enim conuenit, in vno eodemque commate, vt fiebat, legi, *tanquam stella, more fulguris*. Ἐπιφαίνειν dicuntur hominibus dii, et omnia coelestia, maxime sydera, actor. XXVII. 20. μήτε ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων, *neque sole, neque astris apparentibus*. Sed res est notissima. Totum itaque locum, interposita tantum litera δ', sic constituo, ἀλλ' ἀδοκήτως καὶ ἀπροόπτως ἐπέφηνε, διώκουσα θηρίον, ἢ ἀμυνομένη τινα, ὥσπερ ἀστὴρ — διάττουσα δ' (vel γὰρ) ἐξέλαμπεν ἀστραπῆς δίκην, εἶτα ἀπέκρ. Reliqua autem aliter concepit Sluisk. quam eduntur. Nempe ἀπέκρυπτεν αὐτὴν διαθέουσα ἢ δρυμὸν, ἢ λόχμην, quod si firmarent alii codices, non reiicerem prorsus. Periz. — Quin et firmat haec Med. 3. vt adeo mirer, Abr. Gronou. suo codici tantopere alias confidentem, illam lectionem non recepisse.

26. Καὶ οἵ ποτε καὶ οἱ τὴν ὅμορον) Locus hic citra dubium est corruptus, sed nihil nos iuuant msti, nec mei, nec regii, nec Medicei, qui omnes vulgatum seruant. Verum εὐστόχως plane diuinauit manum auctoris, et totum hunc locum recte, vt arbitror, restituit, felix coniectura doct. Iensii in literis ad me datis. Eiicit ille primum ista, temere et nullo sensu iterata, καὶ οἱ, ac dein γειτνιῶσαν pro glossemate habet illius τὴν ὅμορον, quod et facit cl. Boivinius. Tum reliqua

οἰκοῦντες, μεσούσης τῆς νυκτὸς, ἐρασταὶ θρασεῖς καὶ κωμασταὶ βαρύτατοι, δύο τῶν Κενταύρων, [27] Ὑλαῖός τε καὶ Ῥοῖκος· ἦν δὲ ἄρα ὁ κῶμος αὐτῶν, [28] οὔτε αὐλητρίδες,

per ἀνακόλουθον, sed auctori vsitatum, vel per parenthesin quandam, constituit hoc modo, καὶ οἵ ποτε τὴν ὅμορον οἰκοῦντες, μεσούσης τῆς νυκτὸς, ἐρασταὶ θρασεῖς καὶ κωμασταὶ βαρύτατοι, δύο τῶν κενταύρων, Ὑλαῖός τε καὶ Ῥοῖκος· ἦν δὲ ἄρα ὁ κῶμος etc. ἀλλὰ πεῖσαι μὲν οὐκ ἦσαν. Καὶ ταύτας ἐξάψαντες.· Ita vero, si ista, ἦν δὲ ἄρα, vsque ad ἦσαν, consideres tanquam parentheticam descriptionem istius comessationis, et reliqua dein, tum praecedentia tum sequentia illam parenthesin, coniungas, integrum habebis sensum, et commodam satis syntaxin. Firmat autem ille hanc emendationem ex lib. IX. cap. 24. vbi similiter pene auctor, Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης εἰς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε· καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, καὶ τῷ βίῳ διαββεῖν· ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. Adde autem et supra II. 13. pag. 72. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης etc. et pag. 77. ὑπερβὰν ἐκεῖνος etc. et infra XIV. 20. et 39. Atque ita alibi saepius. Perizon. — Elegantissime hunc locum Abr. Gronou. ita emendauit: καὶ οἱ ποτὲ ἐκεῖ τὴν ἔρημον γειτν. οἱ. μ. τ. ν. ε. θ. κ. κ. β. ἐκώμαζαν (hoc verbum supplet. Med. 3.) οἱ δύο τ. κ.

27. Ὑλαῖός τε καὶ Ῥοῖκος) Sic et msti, nisi quod Lugdun. Ῥυλαῖος. Sed in hoc nomine nulla est haesitatio. Alterius scriptura magis est dubia, quia apud Virgil. georg. II. 456. Ouid. metam. XII. 271. Valer. Flaccum I. 141. *Rhoetus* inter centauros nominatur, sed qui potuit ab hoc esse diuersus, certe alia istic morte periisse traditur quamvis neque hoc magni sit in contrarium momenti, siquidem et *Hylaeus* a Virgilio in vino, seu in pugna inter Lapithas et centauros, cum *Rhoeto* occisus dicitur. Crediderim poetas in describenda celebri hac pugna arripuisse quaecunque centaurorum nomina, apud antiquiores obuia, licet homines istis nominibus pugnae huic non interfuerint. Vtcunque sit, Ῥοῖκον, hominem hunc mei quoque codd. appellant. Neque aliter Apollodor. lib. III. Callim. hymno in Dian. v. 221. et eius scholia. Vide istic etiam illustriss. Spanhem. Periz.

28. Οὔτε αὐλητρίδες) Solebant enim *tibias* adhibere in comessationibus iam antiquissimo tempore. Hinc apud Hesiod. in clypeo Hercul. 281. νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, *adolescentes comissabantur ad tibiam.* Et Pratinas Phliasius apud Athen. XIV. pag. 617. de tibia, καὶ γὰρ ἐσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον, *inseruit enim tantum comessationibus.* Sed et hinc apud Max. Tyr. differt. 7. Anacharsis Scytha, rogatus, an esset etiam αὐλητικὴ ἐν Σκύθαις, respondet eleganter, οὐδὲ ἄμπελοι, *neque vites*, quasi vbi *vinum* non esset, nullus istic vsus foret *tibiarum.* Miror autem, quid mouerit Vulteium, et tot alios editores, vt αὐλητρίδες reddiderint *tibicinibus*, quum extra controuersiam sint *tibicinae*, et feminae ad tibias et musica huiusmodi ab adolescentibus maxime adhiberi fuerint solitae. Sic in conuiuiis Stratonis Sidonii πολλαὶ παρῆσαν γυναικῶν μουσουργοὶ καὶ αὐλητρίδες, supra VII. 2. Et Isocrat. areop. pag. 354. olim atticos adolescentes οὐκ ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, *non inter tibicinas*, vitam agere solitos ait, vt suo tempore faciant. Immo et in sponsa deducenda *tibicinae* potissimum aderant. Vide Terent. adel. V. 7. 7. Sensus autem huius loci est, comessationem illorum non constitisse, vel non fuisse instructam, cantu tibicinarum, neque illis, quibus etc. sed taedis. Periz.

οὔτε αὐτὰ δήπου τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, ἀλλὰ πεῦκαι μὲν ἦσαν· καὶ ταύτας ἐξάψαντες καὶ ἀναφλέξαντες, ἐκ τῆς πρώτης τοῦ πυρὸς φαντασίας ἐξέπληξαν ἂν καὶ δῆμον, μήτι γοῦν μίαν παρθένον. Κλάδους δὲ πιτύων νεοδρεπεῖς ἀποκλάσαντες, εἶτα τούτοις ἑαυτοὺς διαπλέξαντες, εἰργάζοντο στεφάνους. Συνεχῶς δὲ καὶ θαμινὰ ἐπικροτοῦντες τοῖς ὅπλοις διὰ τῶν ὀρῶν, συνεκκαίοντες καὶ τὰ δένδρα, ἐπὶ τὴν παῖδα ἔσπευδον, κακοὶ μνηστῆρες, [29] σὺν ὕβρει καὶ ἄντρῳ τὰ ἔδνα τῶν γάμων προεκτελοῦντες. Τὴν δὲ οὐκ ἔλαθεν ἡ ἐπιβουλή. Ἰδοῦσα δὲ ἐκ τοῦ ἄντρου τὸ πῦρ, καὶ γνωρίσασα, οἵ τινές ποτε

29. Σὺν ὕβρει καὶ ἄντρῳ τὰ ἔδνα τῶν γάμων προεκτελοῦντες) Locus manifeste corruptus, sed et nullo praeditus sensu. Quid enim est σὺν ἄντρῳ? Nihil prorsus. Atque ideo variis illud coniecturis tentant. Alius malit ὄχλῳ vel κώμῳ, alius ἀνατροπῇ, alius ἀυτῷ, qui dualis est ab ἄυτός. Faber ἀυτῇ, poetica voce, quae *vociferationem clamoremque bellicum* notat, atque ad sensum huius loci, ac literas vulgatae lectionis, proxime accedit. Msti nihil nos iuuant. Sluisk. legit καὶ ἄτρωτα ἔδνα. Atque ita et Medic. vterque, nisi quod alter ἄτρωτα, quomodo etiam reg. Paris. C. alter ατρωτα sine accentu. Lugd. omittit τὰ ἔδνα. Quapropter omnibus consideratis, vel receperim Fabri coniecturam, vel legerim σὺν ὕβρει καὶ ἀνιαρῶς, *cum insolentia, et luctu adferendo*. Nisi quis malit σὺν ὕβρει καὶ ἀτμῷ, *cum insolentia et fumo*, quia incenderant arbores circa antrum, et taedas manibus gestabant. Cl. Boivinius coniicit ἀφρῷ, *spuma*, furoris indice. Perizon. — Quantum hic locus torserit viros, ostendunt tot eius emendandi conamina. Vnum quidem Trilleri fertile ingenium septem excogitauit coniecturas, quibus (in obseru. critic. III. 3.) hunc locum iuuare voluit. Sic legendum esse censet, aut σὺν ὕβρει καὶ ἀράδῳ, hoc est, *cum strepitu, tumultu*, aut σ. ὕ. κ. ἐν θρῷ, s. ἅμα θρῷ, hoc est, *in*, s. *cum tumultu*, aut σ. ὕ. ἐξανθρώπῳ, s. ἐπαράτῳ, s. καὶ ἀρᾷ, quae vltima vox interdum soleat coniungi cum τῷ ὕβρις, vt apud Mich. Apostol. cent. VII. prou. 69. ἐπὶ ὕβρει καὶ ἀραῖς. His e coniecturis τῷ ἀράδῳ, et ἐν, s. ἅμα θρῷ, omnibus aliis praefert vir illustris. Io. Stephan. Bernard. ad Pallad. de febrib. pag. 70. coniecit σὺν ὕβρει καὶ ἀπανθρωπίᾳ. Richter. specim. obseru. crit. pag. 91. e corrupta codd. Med. I. 2. et Parif. C. lectione exsculpsit ἀγροικίᾳ. Abr. Gronouius, quem clar. Meinecke secutus est, σὺν ὕβρει καὶ ἀγρῷ emendauit, Hesychium laudans, qui ἀγροῦ πλέως exposuerit per ἀγροικίας πλήρης. Vir doctus in misc. obseru. III. pag. 245. pro καὶ legi vult ἐπ', quae emendatio facillima omnium; atque adeo vero proxima esse videtur. Gerard. Horreus denique locum sine vlla emendationis ope intelligi posse putat, dummodo sic ordo verborum instituatur: σὺν ὕβρει προεκτελοῦντες τῶν γάμων τὰ ἔδνα καὶ ἄντρῳ, *cum insolentia*, s. *fastu munera etiam antro ante nuptias adferentes*. Videlicet hoc est sapere.

ἄρα ἦσαν οἱ κωμασταὶ, μηδὲν διατραπεῖσα, μήδὲ ὑπὸ τῆς ὄψεως καταπτήξασα, τὸ μὲν τόξον ἐκύκλωσεν, ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος, καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου μάλα εὐκαίρως. Καὶ ὁ μὲν ἔκειτο, ἐπήει δὲ ὁ δεύτερος οὐκ ἔτι κωμαστικῶς, ἀλλ' ἤδη πολεμικῶς, ἐκείνῳ μὲν ἐπαμῦναι θέλων, ἑαυτοῦ δὲ ἐμπλῆσαι τὴν ὁρμήν. [30] Ἀπήντησε δὲ ἄρα καὶ τούτῳ τιμωρὸς ὁ τῆς κόρης οἰστὸς ὁ ἕτερος. Καὶ ὑπὲρ τῆς Ἰασίωνος Ἀταλάντης τοσαῦτα.

30. Ἀπήντησε δὲ ἄρα τούτῳ τιμωρὸς) Excidit, haud dubie typographi culpa, καὶ ante τούτῳ, ex prima et romana editione, quod reponi cum in locum postulat et sensus et mstorum constans scriptura, atque ideo restitui, quum in omnibus desideraretur edd. Periz.

ΚΕΦ. β.

Πῶς ὁ Μακαρεὺς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἀπηνείας ὑπὸ τῶν θεῶν ἐτιμωρήθη.

Μιτυληναῖος ἀνὴρ, Μακαρεὺς ὄνομα, ἱερεὺς τοῦ Διονύσου, [1] ὅσα μὲν οὗτος ἰδεῖν, πρᾷος ἦν καὶ ἐπιεικὴς, ἀνοσιώτατος δὲ ἀνθρώπων τὰ μάλιστα. Ξένου δὲ ἥκοντος παρ' αὐτὸν, καὶ δόντος αὐτῷ [2] παρακαταθήκην χρυσίου

1. Ὅσα μὲν οὗτος ἰδεῖν) Miror enimuero sollicitari haec a viris doctiss. Fabro iubente *legi* ὄντως, Kuhnio *verba* censente *traiecta*, idque *ordinem syntaxeos exigere*. Optime se habet codicum lectio, modo distinguatur, vt feci, post ἰδεῖν. Sensus est, *quantum ille videri*, vel *visu cognosci poterat*. Syntaxis autem, καθ' ὅσα μὲν οὗτος ἦν ἰδεῖν. Infinita apud Graecos, vti quiae dicuntur *gerunda* latinis, sensu aeque passiuo ac actiuo occurrunt passim posita. Sic κάλλιστος ἰδεῖν supra l. 30. et alibi. Theognis vers. 215. de polypo,

— ὃς ποτὶ πέτρῃ,
τῇ προσομιλήσει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη,

qui apud petram, cui se applicat, talis apparet aspectu. Nisi additus esset nominatiuus οὗτος, quem viri docti mutare vel loco mouere volunt, sensus foret ambiguus. Nam, ὅσα ἰδεῖν, potest etiam notare, *quantum ille videre poterat*, pro ὅσα αὐτῷ ἰδεῖν ἦν. Sic l. 4. καὶ πλεονεῖν ὅσον ἁρπάσαι, pro ὅσον αὐτοῖς ἁρπάσαι ἦν. Periz.

2. Παρακαταθήκην χρυσίου πλῆθος) Pecuniae in templis, tanquam locis sanctissimis et tutissimis, deponi solebant apud veteres. Sic Hannibal apud Corn. Nep. cap. 9. amphoras auro et argento opertas *deponit in templo Dianae*. Immo et commune aerarium Graeciae erat in templo Deli, Thucyd. lib. I. 96. Sed res est nouissima. Vide Lipsium ad Tacit. ann. l. 8. et Rueuardum varior. l. 15. Paulo ante malim, ξένου γὰρ ἥκ. Melior ita erit nexus et particulae hae, quia compendiis quibusdam notari tantum solent,

πλῆθος, [3] ἐν τῷ μυχῷ τοῦ ἀνακτόρου, τὴν γῆν διασκάψας, ὁ Μακαρεὺς κατώρυξε τὸ χρυσίον. Χρόνῳ δὲ ἀφικόμενος ὁ ξένος τὸ χρυσίον ἀπῄτει. Ὁ δὲ, εἰσαγαγὼν ἔνδον, ὡς ἀποδώσων, κατέσφαξε, καὶ τὸ χρυσίον ἀνώρυξεν, [4] ἀντ' αὐτοῦ δὲ τὸν ξένον κατέθηκε· καὶ ᾤετο, ὥσπερ τοὺς ἀνθρώπους, λανθάνειν οὕτω καὶ τὸν θεόν. Πλὴν οὐκ ἀπήντησε ταῦτα ταύτῃ. [5] Πόθεν; χρόνου δὲ ὀλίγου διεληλυθότος, αἱ μὲν τοῦ θεοῦ [6] τριετηρίδες ἀφι-

saepe ideo occurrunt nobis corruptae. Perizon.

3. Ἐν τῷ μυχῷ τοῦ ἀνακτόρου) Μυχοὶ dicebantur omnium rerum intima. Sic Hesiod. θεογ. [illegible] tartara locat ἐν μυχῷ χθονὸς, *in intimo recessu terrae*, et ἔργ. 521. virginem ait cubare μυχίην, ἔνδοθεν οἴκου. Vide istic cl. Graeu. in addend. Pindar. pythior. VI. 46. sapientiam tribuit μυχοῖς Πιερίδων. Iulian. orat. I. pag. 8. diuitias μυχοῖς τῶν βασιλείων, vbi vide illustr. Spanhem. pag. 68. Ἀνάκτορα autem quaeuis dicuntur *templa*, vt ἄνακτες quilibet *dii*. Vide eundem ill. virum ad Callim. hymno in Apollin. v. 77. et 79. Perizon.

4. Ἀντ' αὐτοῦ δὲ τὸν ξένον κατέθηκε) Leue est, fateor, sed ne quid praeteream sciens, monitum volo, Lugd. cod. habere κατέθετο. Et sic sane solet noster. Plane enim ita supra l. 6. ὑποστρέψασαι εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ κατέθεντο κρύψασαι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, ἀνώρυξαν τὴν γῆν. II. 27. φροντίδα τοσαύτην κατατιθέμενος εἰς μικρὰ οὕτω. Et alibi. Perizon.

5. Πόθεν) Praetermissa erat penitus huius voculae expositio cum in versione, tum in notis, atque ipso indice, licet ita absolute posita, sequente insuper particula δὲ, non possit non offendere, certe tirones. Sed quid tirones dico? quum ipse Gesnerus eam in margine notauerit *abundare*, quasi deleri eam voluisset. Et retinuerunt hanc notulam Tornaesianae ac reliquae edd. vsque ad Schefferum, qui, vt omnia marginalia Gesneri, remouit, nec tamen explicuit hanc voculam. At vero non abundat, sed solet ita adhiberi ad aliquid vehementer negandum. Hinc Suidas, πόθεν, ἀρνητικὸν, ἴσον τῷ οὐδαμῶς, *est negandi particula*, *idem notans*, *quod* οὐδαμῶς, *nequaquam*. Proprie idem est, ac si quis diceret, *quomodo hoc ita se habere posset*, *ita fieri posset?* Et sic apud Suidam in v. ἀνασώσειν ex Aeliano, ὅτι προσδοκῶν, τὸν τόπον τὸν προειρημένον δυνήσεσθαι αὐτὰς ἀνασῶσαι καὶ κομίσασθαι. Πόθεν; ἀλλ' ἵνα etc. *non exspectans fore*, *vt illi possint praedictum locum recuperare*, *et auferre*; *nequaquam!* *sed vt etc.* Saepe additur γάρ. Dionys. Halic. lib. VII. pag. 456. μὴ λέγειν τῶν τότε συγχωρηθέντων μηδὲν, οὐχ ὡς καλῶν ὄντων· πόθεν γάρ; ἀλλ' ὡς ἀναγκαίων, *neque abolere quidquam eorum*, *quae tum concessa sunt*, *non tanquam quae pulchra sint*: *nequaquam*, vel *quomodo enim pulchra haberi possint? sed tanquam necessaria*. Et de Demosth. eloqu. pag. 175. οὐ λέγω τῶν εὐδοκιμησάντων· πόθεν γάρ; ἀλλὰ τῶν μισηθέντων, *non loquor de laudatis*: *nequaquam*, *sed de inuisis*. Plutarch. ἐρωτικῷ pag. 760. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι, πόθεν γάρ; *ego non puto*, *nequaquam*. Perizon.

6. Τριετηρίδες) Solennia maxime Bacchi sacra tertio quoque anno celebrari solita. Vide Hygin. fab. 131. et Seru. ad Virgil. Aen. IV. 302. Hinc Ouid. metam. VI. 587.

tempus erat, quo sacra solent Trieterica Baccho
Sithoniae celebrare nurus —

κοντο· ὁ δὲ ἔθυε μεγαλοπρεπῶς. Καὶ ὁ μὲν [7] περὶ τὴν βακχείαν εἶχεν, οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ, δύο ὄντες, ἔνδον ἀπελείφθησαν ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ μιμούμενοι τὴν τοῦ πατρὸς ἱερουργίαν, [8] τῷ βωμῷ τῷ πατρῴῳ προσῆλθον, ἔτι

et IX, 641.

vtque tuo motae, proles Semeleia, thyrso
Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae.

Euripid. in Bacch. v. 134. τριετηρίδων, αἷς χαίρει Διόνυσος. Perizon.

7. Περὶ τὴν βακχείαν εἶχεν) Minus intellecta haec videntur, certe neutiquam exposita sunt, vt oportebat, ab editoribus. Vulteius coniunxit cum proximis superioribus, et ita reddidit: *tum quum ille magna celebritate diuinam rem obiret, atque in cerimoniis festa ibus occupatus esset.* Hanc versionem retinuerunt omnes dein editores. At vero separanda haec a superioribus, vt reuera fecit auctor, et vt sunt diuersa diuersi temporis et loci. Primum enim Macareus splendide sacrum fecit domi et apud templum: at eo facto, extra domum in vicina syluarum aut montium bacchabatur cum thyrso, ritu in his sacris vsitato. Procul enim vtique aberat ab ara, et domo, vt liquet ex hoc ipso loco, et oppositione patris βακχεύοντος, ac filiorum *domi et apud aram relictorum.* Sed et in hisce sacris passim dicuntur Bacchae *excitae,* Virgil. IV. Aen. 301.

— totamque incensa per vrbem
BACCHATVR, *qualis com motis* EXCITA *sacris*
Thyas, vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

De Progne etiam, sacra Bacchi simulante, Ouid. metam. VI. 594. *concita per syluas turba comitante suarum.* Sed disertissime Euripides in *Bacchis,* eas identidem vocat, εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, *in montem, in montem.* Istic vero *bacchabantur,* seu discurrebant cum clamore et cantu thyrsum quatientes, quae est βακχεία. Atque ita dicuntur ibidem v. 76. ἐν ὄρεσι βακχεύειν, *in montibus bacchari,* et v. 217. queritur Pentheus, γυναῖκας ἡμῖν δώματ' ἐκλελοιπέναι πλασταῖσι βακχείαισιν, *mulieres nobis reliquisse domos confictis bacchationum sacris.* Hinc etiam Dionys. Hal. lib. II. pag. 91. Romanis in vsu esse negat κορυβαντιασμοὺς, ἀγερμοὺς, βακχείας, *corybanticas saltationes, agyrtarum circuitiones, bacchationes* illas: licet ceteroqui Bacchum quoque coluerint. Sed et hinc iam ipsa maioris motus saltatio, qualis est Bacchantium, vocatur βακχεία. Aristotel. polit. IX. 7. πᾶσα βακχεία, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κίνησις, μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς, *omnis bacchatio, et omnis talis motus, inest maxime inter instrumenta in tibiis,* hoc est, congruit tibiis, vel excitatur a tibiis. Noster quoque supra II. 40. coruos et canes ait, simulac comederint herbam oenuttam, βακχεύεσθαι. Periz.

8. Τῷ βωμῷ τῷ πατρῴῳ) Ara, in qua pater, qui erat sacerdos Bacchi, sacra facere solebat, et ad quam, τὴν τοῦ πατρὸς ἱερουργίαν imitari volebant filii. Ceteroquin etiam Bacchus cognominatus a quibusdam fuit πατρῷος, vide Pausan. attic. cap. 43. Sed et a Romanis *Liber pater* proprie dicebatur. Ouid. fastor. III. 775. ad Bacchum, cuius festo patres filiis dabant togam puram,

Seu quia tu pater es, patres sua pignora, natos
commendant curae numinibusque tuis.

Sed nihil ista ad hanc aram pertinent. Perizon.

καιομένων τῶν ἐμπύρων· καὶ ὁ μὲν νεώτερος παρέσχε τὸν τράχηλον, ὁ δὲ πρεσβύτερος, ἠμελημένην εὑρὼν σφαγίδα, [9] τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν, ὡς ἱερεῖον. Οἱ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἰδόντες, ἀνεβόησαν. Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ τῆς βοῆς ἐξεπήδησε, καὶ θεασαμένη, τὸν μὲν νεκρὸν, τὸν δὲ κατέχοντα ἔτι τὴν σφαγίδα ἡμαγμένην, σχίζαν ἁρπάσασα τῶν ἐκ τοῦ βωμοῦ ἡμίκαυτον, ταύτῃ τὸν παῖδα ἀπέκτεινεν. Ἧκε δὲ ἀγγελία πρὸς τὸν Μακαρέα, καὶ ἀπολιπὼν τὴν τελετὴν, ὡς εἶχε, σὺν ὁρμῇ καὶ θυμῷ εἰσεπήδησεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τῷ θύρσῳ, ᾧ κατεῖχε, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔκτεινεν. Ἔκπυστα οὖν ἐγένοντο τὰ τολμηθέντα εἰς πάντας· καὶ συλληφθεὶς ὁ Μακαρεὺς, καὶ [10] στρεβλούμενος, ὡμολόγησεν, ὅσα ἐν τῷ ἀνακτόρῳ ἔδρασεν. Ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς κολάσεσι, τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξεν. Ὁ δὲ παρανόμως σφαγεὶς, διὰ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ, καὶ ἐτάφη, τοῦ θεοῦ προστάξαντος. Ἔτισεν οὖν ὁ Μακαρεὺς οὐ μεμπτὴν τὴν δίκην, [11] τοῦτο δὴ

9. Τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν) Addidi ex mstis et pristinis edd. ὡς ἱερεῖον, quod turpi incuria ex Kuhniana exciderat. Paulo post pro ἀκούσασα καὶ ἡ μήτηρ rescripsi volentibus ita mstis, ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ. Nescio vnde illud καὶ in Gesnerianam irrepserit, ex qua reliquae omnes acceperunt. Nam primae, romana et Basileensis, nullam istic particulam ostentant, haud dubie etiam illud culpa typographi romani. Msti enim pariter δὲ habent, quod rectum est. Sed et in seqq. male exhibetur in Kuhniana σὺν ὀργῇ καὶ θυμῷ, quum omnes aliae ex mstis legerint σὺν ὁρμῇ καὶ θυμῷ. Periz.

10. Στρεβλούμενος) At quare? Nam ἔκπυστα, *cognita*, vtique erant omnibus τὰ τολμηθέντα, excepta tamen caede illa hospitis. Scilicet haud credebant, sacerdoti mediis in sacris, quasi a praesente deo, immissum iri tot et tanta mala domestica, nisi grauiori quodam facinore, quod ipsi ignorarent, iram dei irritasset. Plane sicuti Melitenses, quum Pauli manibus, qui tantum quod ex naufragio euaserat, echidna adhaereret, inde colligebant confestim, *sine dubio eum homicidam esse, quem seruatum e mari, vltio diuina ita persequeretur*, actor. ap. XXVIII. 4. Et hinc frequentissima apud veteres exempla facinorosorum, quos furiae et Nemesis persequebantur, vsque dum expiati essent. De Hercule furente, Alcmaeone, Oreste res notissima est. De Peleo, qui fratrem Phocum occiderat, vide Ouid. metam. XI. v. 268. et 408. Eadem fuit ratio Cylonii piaculi, quod tantas Athenis turbas dedit, et ad quod expiandum, grassante ideo, vt putabant, pestilentia, adhibitus et euocatus ex Creta est Epimenides. Vide Laert. in Epimen. et Suidam. Vide et supra VIII. 5. Perizon.

11. Τοῦτο δὴ τὸ ποιητικὸν) Homericum est, vt iam ostendit Kuhn. ex Iliad. Δ. Sed et oraculi del-

τὸ ποιητικὸν, σὺν τῇ ἑαυτȣ̃ κεφαλῇ, καὶ τῇ τῆς γυναικὸς, καὶ ἔν καὶ τῇ τῶν παίδων πρόσετι.

phici ac poetici; ab ipso auctore iam memorati supra III. 43.

τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος ἐχὶ χρονιςὸν,
ἀλλ' ἀυτῶν κεφαλῇσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
ἐιλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

Similiter vero Aelianus etiam in lib. περὶ θείων ἐναργειῶν, apud Suidam in ἀνεμάξατο, πάντα ὅσα ἔδρασεν, ἀνεμάξατο καὶ ἔτισε τῇ ἑαυτȣ̃ κεφαλῇ, *omnia quae perpetrauit, suo capite abstersit et luit.* Mox Sluisk. etiam, aeque ac C. Paris. teste Scheffero, προστέτισε. Sed Lugd. et ceteri tuentur πρόσετι, quod probum est. Perizon. — Med. 3. καὶ ἐν τῇ τ. π. π. omisso altero καί.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ Βήλȣ μνήματος, καὶ κακȣ̃ τῷ Ξέρξῃ σημείȣ ἐν τȣ́τῳ προφαινομένȣ.

Ξέρξης ὁ Δαρείȣ παῖς, [1] τȣ̃ Βήλȣ τȣ̃ ἀρχαίȣ [2] διασκά-

1. τȣ̃ Βήλȣ ἀρχαίȣ) Reposui ex mss. et edd. priscis τȣ̃ Βήλȣ τȣ̃ ἀρχαίȣ. Posterius τȣ̃ turpi negligentia ex quatuor postremis omissum erat. *Belus* autem ille *antiquus* est is, qui Babylona traditur condidisse, et ideo a Babyloniis praecipue colebatur, vt ex sacris simul ac profanis literis constat. Nempe idem est, qui Nimrodus, hoc *Beli* nomine, tanquam diuino, a posteris ornatus, vt in *Babylonicis originibus* ostendi. Periz.

2. Διασκάψας τὸ μνῆμα) Non sufficit sensui et historiae, *effosso monumento*, vt vertebatur. Vnde et mox, παρέκειτο δὲ τῇ πυέλῳ καὶ ςήλη βραχεῖα, exponebatur *adiacebat*, quasi subterraneum quoddam et vulgare fuisset sepulchrum, in quo columna stare non potuerit erecta, et quod ideo *effodi* debuerit. Voluit auctor idem, quod disertius ait Strabo lib. XVI. pag. 738. sepulchrum hoc Beli habuisse formam *pyramidis quadratae*, ex latere coctili structum. Et ita regum persicorum sepulchra erant πύργοι, *turres*, vide Brisson. lib. I. de regno Pers. Addit Strabo, Xerxem Beli sepulchrum diruisse, et Alexandrum voluisse restituere, sed morte praeuentum. Ex nostro tamen colligas intimum penetrale, in quo fuerit solium seu conditorium, relictum integrum. De πυέλῳ ὑελίνῃ quod sequitur, id tradidit et Ctesias in *persicis* apud Phot. pag. 116. Ille vero Babylonium hocce *sepulchrum* dicit non Βήλȣ, sed Βελιτανᾶ: id quod Kuhnius pro *Bepisthana* putat dictum, et interpretatur *Beli regionem*, quia סתאן apud Persas *regionem* notat. Sed praeterquam quod absurdum est, dici ita iunctim *sepulchrum Beli regionem*, antiquius etiam illud nomen fuit, quam vt ex posteriori lingua Persica deduci debeat. Adde oportunissimam esse huius vocabuli significationem, iisdem plane literis, in lingua hebraica et chaldaica seu babylonica, vbi *Belitana* notat *Belum*, seu *dominum validum ac potentem*, איתן enim *validus* est et *robustus* apud Hebraeos, vnde chaldaeum erit, solita istic terminatione, איתנא: quod si maxime in reliquiis chaldaicae linguae nunc forte non occurrat, tamen id olim, vt ista appellatio, *Belitana*, fuit antiquissi-

ψας τὸ μνῆμα, [3] πύελον ὑελίνην εὗρεν, ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ. Οὐ μὴν πεπλήρωτο ἡ πύελος, ἐνέδει δὲ ἀπὸ τοῦ χείλους [4] εἰς παλαιστήν. Παρέκειτο δὲ τῇ

ma, etiam Chaldaeis in vsu fuisse, ex hebraico sermone, vbi frequens est, colligere licet, plane vt vicissim hebraica multa eruuntur e linguis cognatis. Perizon.

3 Πύελον ὑελίνην) Sic et Sluisk. At Lugd. semper πτύελον, itidem vt B. et C. Paris. Sed minus recte. Nam πτύελον est *vas, in quod sputum eiicitur*. At πύελος proprie est ac primitus, vt arbitror, *loculus, solium*, in quo ipsum cadauer deponebatur, a πύον, *pus, tabum*, vnde et πύθω, *puteo*, et Latinorum *putei* ac *puticuli*, in quibus cadauera pauperum abiiciebantur et putescebant. Vide Festum in puticuli, et supra ad XII. 21. Deinde vero, et frequentissime, *solium balneare*, quod itidem corpus eorum, qui balneo vtebantur, excipiebat. Hoc sensu passim reperias apud Aristophanem, at priore apud Pollucem III. 19. qui iungit πυέλους θήκαις et σοροῖς, tum Strabon. lib. XV. pag. 730. et Arrian. lib. VI. pag. 435. qui in Cyri sepulchro aiunt fuisse πύελον χρυσῆν. Denique notat et *alueum*, in quo excipiunt pastores primum lac, a πυός, quod *primum lac*, seu ἀπάνθισμα τοῦ γάλακτος significat. Vide Eustath. ad Hom. odyss. Τ. p. m. 712. Quod autem noster dicit ὑελίνην, id vero incusatur a Phrynicho, vt minus probum; nam ait, ἁμαρτάνουσιν οἱ διὰ τοῦ Ε λέγοντες, ἀδόκιμον γάρ, *peccant, qui illud per E pronunciant, improbum enim est*. Vide in ψίεθος pag. 54. Vult ergo dici ὕαλος per Α in qua sententia etiam est schol. Aristoph. ad nubes pag. 170. addens Homeri tempore vocabulum hoc nondum fuisse in vsu, sed pro eo apud ipsum et alios *electri* vocem occurrere. Ceterum antiquiores reuera magis dixerunt ὕαλος, et ita Aristoph. Acharn. p. 374. ἐπίνομεν ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων, *bibimus ex vitreis poculis*. At posteriores etiam ὕελος, seu vtrumque premiscue. Vide Hoeschel. ad Phryn. Vel, vt Thomas Magister censet, ὕαλος dixerunt Attici, at ὕελος communiter Graeci. Perizon.

4. Εἰς παλαιστήν) Sluisk. vt et reg. Paris. primus ac tertius, εἰς παλαιστὴν ἴσως, hoc est, *quasi in palmi spatium, palmum circiter*. Non male, opinor. Et ita Vulteius sua sponte, vt videtur, reddidit. Ceterum etiam hic Phryn. pag. 52. παλαστὴ scribi iubet, παλαστὴ τὸ μέτρον, καὶ θηλυκῶς λέγεται, καὶ ἄνευ τοῦ Ι. Ἀμαθεῖς δέ, οἱ λέγοντες σὺν τῷ Ι, καὶ σὺν τῷ Σ. Παλαιστής, ὁμωνύμως τῷ ἀθλητῇ, hoc est, *palastὴ mensura, et feminino genere dicitur et sine I. Imperiti vero sunt, qui pronunciant cum I, et cum S.* Παλαιστής, *eodem nomine, quo athleta vocatur*. Quod de litera I praetermittenda praecipit, in eo vix quenquam sibi habet obsecundantem. At de *genere* quod monet, in eo suffragatur ipsi et Thomas Magister: aduersantur vero et Pollux lib. II. et Eustath. ad Hom. Iliad. Δ. pag. 343. Et sane apud LXX. interpretes frequentius est eo sensu masculinum genus, quam alterum. Notat autem mensuram quatuor digitorum sibi inuicem iunctorum. Vnde et auctor etymolog. magni a πέλας vel πελάζειν vocem hanc deriuat, quod forsan credidit et Phrynichus, quando literam I ex ea remoueri voluit. Sed sine dubio eiusdem est originis cuius παλάμη, *palma*, qua voce παλαιστὴν interpretatur Hesychius; et πάλη, *lucta*, et παλαίω, *luctor*, quae omnia non dubito a πάλλειν, *mouere, quatere*, esse deducenda, vnde et πάλος, *sors, concussio*. Periz. — E Med. 3. qui cum aliis laudatis codd. consentit, τὸ ἴσως reuocauit cum Abr. Gronou. edit.

πυέλῳ καὶ στήλη βραχεῖα, ἔνθα ἐγέγραπτο, τῷ ἀνοίξαντι τὸ μνῆμα, καὶ μὴ ἀναπληρώσαντι τὴν πύελον, [5] οὐκ ἔστιν ἄμεινον. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ Ξέρξης ἔδεισε, καὶ προσέταξεν ἐπιχέαι ἔλαιον τὴν ταχίστην· οὐ μὴν πεπλήρωτο· ὁ δὲ πάλιν προσέταξεν ἐπιχέαι· αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν· ἕως ἀπεῖπε μάτην ἀναλίσκων τὸ ἐπιχεόμενον. Κατακλείσας δὲ ὀπίσω τὸν τάφον, ἀπηλλάγη ἀδημονῶν. Οὐ διεψεύσατο δὲ ἡ στήλη, ὅσα προεῖπεν. Ἀθροίσας γὰρ ἑβδομήκοντα μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, κακῶς ἀπήλλαξεν· εἶτα ἐπανελθὼν, αἴσχιστα ἀνθρώπων ἀπέθανεν, ἀποσφαγεὶς νύκτωρ ἐν τῇ εὐνῇ [6] ὑπὸ τοῦ υἱοῦ.

Basil. Nec temere. Addi enim solet ἴσως tum, cum spatii, ponderis, aut magnitudinis rei alicuius fit mentio. Locis Polyb. I. 56. ἐν ἴσως πέντε σταδίοις, et 3. 85. p. 374. edit. Ernest. ἑξακισχίλιοι δ' ἴσως τῶν κατ' αὐλῶνα, a Gronouio laudatis, addi potest ex eodem Polyb. 3. 118. pag. 425. τρισχίλιοι μόνον ἴσως εἰς τὰς παρακειμένας πόλεις διέφυγον. Ceterum mox pro ἀναπληρώσαντι legunt codd. Sluiskian. et Med. 3. προσαναπληρώσαντι.

5. Οὐκ ἔστιν ἄμεινον) Nulla, opinor, iusta satis ratione legi hic voluit Faber ἔσται. Nam praeterquam quod optimo sensu dicitur, *non est illi utile, hoc fecisse*, saepe et maxime in vaticiniis praesens pro futuro ponitur, id quod ad Sanctii *Mineruam* satis probaui. Sed et propria haec est phrasis in denunciationibus. Sic plane apud Herodot. I. 187. in Nitocridis, babylonicae reginae, sepulchro, μὴ μέντοι γε, μὴ σπανίσας γε, ἄλλως ἀνοίξῃ· οὐ γὰρ ἄμεινον, *ne tamen, qui non indiget pecuniae, alia de causa aperiat: non enim id ei utile.* Hesiod. ἔργων v. 748.

μὴ δ' ἐπὶ ἀκινήτοισι καθίζειν
(οὐ γὰρ ἄμεινον)
παῖδα δυωδεκαταῖον —

neque super immobilibus collocet quis (non enim bonum est) puerum duodecennem. Et noster histor. anim. VI. 40. ἵνα μὴ προσάψωνται, ὧν θίγειν οὐκ ἄμεινον, *ne attingant, quae attigisse non est bonum.* Sed et Latini saepius eodem modo in comminatione, *non erit melius.* Liu. III. 41. *non erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, vocem misisse.* Vbi vide omnino virum erudit. Gronouium patrem. Periz.

6. Ὑπὸ τοῦ υἱοῦ) At alii occisum ab Artabano Xerxen tradunt, filium vero, illius fraude, *falsa parricidii suspicione oppressum* a fratre, vt ait Iustin. III. 1. vbi vide notas, vt et Schefferum hic loci. Perizon. — Paulo ante clar. Duckerus pro αἴσχιστα legit οἴκτιστα. Sic hist. anim. IV. 36. ἀποθνήσκει καὶ οἴκτιστα μὲν, ἀλλὰ ὤκιστα. Euripid. Med. 486. Πελίαν ἀπέκτειν' ὥσπερ ἄλγιστον θανεῖν παίδων ὑπ' αὐτοῦ — An ex h. l. legi maluit apud nostrum ἄλγιστα ἀνθρώπων ἀπέθανεν? — Equidem tamen in vulgata lectione acquiescendum esse putauerim.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ Εὐριπίδου ἐν ἑστιάσει μεθυσθέντος.

Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἑστίασιν παρεσκεύασε πολυτελῆ τοῖς ἑταίροις. Προϊόντος δὲ τοῦ πότου, ζωρότερον πιὼν Εὐριπίδης ὑπήχθη πως κατ' ὀλίγον εἰς μέθην. Εἶτα συγκλιθέντα αὐτῷ [1] Ἀγάθωνα, τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν, περιλαβὼν κατεφίλει, τεσσαράκοντα ἐτῶν που γεγονότα. Τοῦ δὲ Ἀρχελάου πυθομένου, εἰ καὶ νῦν ἔτι ἐρώμενος αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, ἀπεκρίνατο, ναὶ μὰ Δία· [2] οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον.

1. Ἀγάθωνα) Non *tragoediae* tantum, sed et comoediae fuit poeta. Vide supra ad II. 21. De *Archelao* vide ibid. et ad VIII. 9. Perizonius.

2. Οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον) Dictum hoc tribuit Plutarchus etiam *Euripidi*, non tantum in *vita Alcibiadis*, vt iam notauit Kuhnius, sed et in ἐρωτικῷ. At in apophth. reg. a se ipso dissentiens, adscribit illud *Archelao*. Periz.

ΚΕΦ. ε.

Τίς πρῶτον ἠράσθη γενναίων παιδικῶν.

[1] Ἐρασθῆναι πρῶτον γενναίων παιδικῶν λέγουσι Λάϊον, ἁρπάσαντα Χρύσιππον τὸν Πέλοπος. Καὶ ἐκ τούτου [2] τοῖς Θηβαίοις ἓν τῶν καλῶν ἐδόκει τὸ τῶν ὡραίων ἐρᾶν.

1. Ἐρασθῆναι) Idem de *Laio* testantur multi, iam a Scheffero et Kuhnio laudati. Quibus adde Hygin. fab. 85. Voluit idem dicere Hygin. etiam fab. 271. sed vbi perperam legitur, *quem Theseus ludis rapuit*, pro, *quem Nemeis Laius rapuit*, vt literis meis, ad cl. Munckerum tunc datis, ostendi. *Chrysippum* hunc, natum sibi ex nympha Danaide, recepit tamen Pelops, sed mox amisit interfectum ab Atreo et Thyeste instinctu Hippodamiae nouercae, vt idem Hygin. fab. 85. tradit. Adde Plutarch. parall. 33. Perizon.

2. Τοῖς Θηβαίοις) Cohortem enim habebant, quae tota ex amatoribus et amasiis erat conflata. Vide Athen. XIII. 2. In postrema, seu Kuhniana editione praetermissa erant, turpi incuria, tria vocabula, ἐδόκει τὸ τῶν, quae, vt oportuit, reuocaui. Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ Ἀρκαδικοῦ, Θασίων, καὶ Ἀχαϊκοῦ, οἴνου ἰδιοτήτων.

[1] Ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας ἀκούω πεφυκέναι ἀμπέλους, ἐξ ὧν γίνεται οἶνος, ὃς τοὺς λογισμοὺς παράγει καὶ ἔκφρονας τοὺς Ἀρκάδας ποιεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοποιοὺς τίθησιν.

Ὅτι ἐν Θάσῳ δύο γένη φασὶν οἴνων [2] γίνεσθαι καὶ τὸν μὲν ἕτερον πινόμενον, εἰς ὕπνον κατάγειν εὖ μάλα βαθὺν, καὶ διὰ ταῦτα ἡδύν· τὸν δὲ ἕτερον ἀντίπαλον εἶναι τοῦ βίου, καὶ ἀγρυπνίαν ἐμποιεῖν, καὶ ἀνιᾶσθαι παρέχειν.

Ἐν δὲ Ἀχαΐᾳ [3] περὶ Κεραυνίαν οἶνος γίνεται, ὃς

1. Ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας) Sumtum est hoc caput ex Theophrasti hist. plant. IX. 20. vel potius ex Athen. I. 24. qui Theophrastum laudat, et ex eo haec ipsa, ac plura, refert. Ceterum Sluisk. cod. legit πεφυκέναι ἄμπελον, ἐξ ἧς γίνεται. Vtrumuis admittatur, perinde est. Perizon.

2. Γίνεσθαι) Vertebatur *nasci*. Verum ita si sit vertendum, tum sane vitio memoriae errauit haud dubie Aelianus, quum auctores, quos sequitur, Athen. I. 24. et Theophr. hist. plant. IX. 20. diserte tradant, vina haec a Thasiis *parari* et *confici*, non *nasci* istic. Αὐτοὶ ποιεῖν οἶνόν τινα ὑπνωτικόν. Sic vterque. Adde illis Plin. XIV. 18. *Thasios duo genera vini diuersa* FACERE *proditur*. Erroris itaque insimulat Aelianum Reinesius var. lect. III. 5. Sed dubitem adhuc, quum γίνεσθαι notet etiam *fieri*. Neque vero haesitarem in hac expositione, nisi auctor de vino, quo *fugatur somnus*, vt simpliciter scribit Plinius, vel, vt Graeci illi, ὃς ἀγρυπνεῖν ποιεῖ, nonnulla de suo addidisset, quae magis conueniunt in vinum sponte natum, quam ab hominibus vulgo ita factum, veluti quod sit *vitae aduersum*, et *tristitiam pariat*, quale vinum cur consulto fieri soleat, nulla est causa. Sed controuersia erroris in medio sit relicta, quum constet satis, quid sentire debuerit auctor. Ceterum quod istic etiam Vulteium increpat Reinesius absurdi, quia illa, καὶ διὰ ταῦτα ἡδὺν, retulit non ad οἶνον, sed et ad ὕπνον, in eo ipse est increpandus absurdae et temerariae accusationis. Nam certe somnus βαθὺς, *profundus*, seu plane tranquillus, nullis insomniis aut vigiliis turbatus, vere et recte dicitur *ideo suauis*, quod ille perperam negat. Periz.

3. Περὶ Κεραύνιαν) Sic sane vterque cod. et reg. omnes. Nullus tamen dubito, quin ex Athenaeo legendum sit Κερυνίαν, quod est nomen oppidi achaici versus Arcadiam, sic dicti a fluuio Κερυνίτῃ, qui ex monte Arcadiae, Κερυνείῳ, ortus, per Achaiam decurrit. Vide Pausan. achaic. 25. Meminerunt eius oppidi et montis etiam alii, sed apud plerosque, culpa librariorum, transiit id nomen in Κεραυνίαν, et Κεραύνιον. Sic certe Κεραύνιος πάγος apud schol. Callim. hymno in Dian. v. 109. vt et schol. Apollon. argon. I. 996. Callimachi citantem istic carmina, licet

ταῖς βȣλομέναις γυναιξὶν [4] ἀμβλῶσαι συμμάχεται.

ex ipso Callimacho, et eius metro, satis pateat legi debere, Κερύνειος. Vide et Munker. ad Hygin. fab. 30. Apud Strabon. quoque lib. VIII. pag. 387. vbi de hoc itidem oppido agitur, male editur Κεραυνία. At apud Plin. XIV. 18. et ipsum Theophrast. d. l. legitur Καρυνία, leui prorsus mutatione. Certe *Ceraunias* nomine nullum est in Achaia oppidum, at montes sunt clarissimi in Epiro, et alibi. Periz.

4. Ἀμβλῶσαι) Sic Theophilus, graecus instit. iuris interpres §. 1. de exher. liber. ἐι συμβῇ τὴν γυναῖκα ἀμβλῶσαι. Vide et Suidam. Sluisk. habet ἀμβλωθῆναι. Perizon.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Θηβῶν ὑπὸ Ἀλεξάνδρȣ ἁλȣσῶν, καὶ περὶ Πινδάρȣ.

Ὅτε εἷλε τὴν Θηβαίων πόλιν Ἀλέξανδρος, ἀπέδοτο τȣ̀ς ἐλευθέρȣς πάντας, πλὴν ἱερέων. Ἀφῆκε δὲ τῆς πράσεως καὶ τȣ̀ς τȣ̃ πατρὸς ξένȣς· ([1] ὡμήρευσε γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ Φίλιππος, ἔτι παῖς ὢν) καὶ τȣ̀ς συγγενεῖς δὲ τȣ́των ἀφῆκεν. Ἐτίμησε δὲ καὶ τȣ̀ς ἐγγόνȣς τȣ̃ Πινδάρȣ, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτȣ̃ μόνην εἴασεν. Ἐφόνευσε καὶ τῶν Θηβαίων [2] εἰς ἑξακισχιλίȣς, αἰχμάλωτοι δὲ ἐλή-

1. Ὡμήρευσε γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ Φίλιππος) Hinc Iustinus VII. 5. *Thebis triennio obses habitus, prima pueritiae rudimenta in vrbe seueritatis antiquae, et in domo Epaminondae, summi et philosophi et imperatoris, deposuit.* Adde XI. 4. et Plutarch. Pelopida pag. 291. 292. Perizon.

2. Εἰς ἐννεάκις μύρια) Hoc est, *XC millia.* Ingens profecto numerus caesorum vnius vrbis, praeter 30000 captorum. Quo numero si fuissent Thebani, haud facile capta fuisset vrbs, quum omnium consensu egregie se defenderint. Sed vitiatus est haud dubie numerus ille. Nam et Diodor. Sicul. lib. XVII. et Plutarch. Alexandro pag. 670. pariter periisse aiunt tantum ὑπὲρ ἑξάκις χιλίȣς, *super sexies mille.* Neque vero dubito, quin, sicut saepe alias, ita et hic, Plutarchum noster sic secutus. Sed et praeferendum alteri hunc numerum ipsa dictat ratio. Nam exercitus Alexandri erat 30000 peditum, et 3000 equitum, teste Diodoro, sed praeter Graecos, opinor, Alexandri socios. Thebani vero longe inferiores erant numero, atque ideo etiam seruos suos, et inquilinos, et exsules adhibuere. Θηβαίων, ait Plutarchus, πολλαπλασίοις ὄντων τοῖς πολεμίοις ἀντιταχθέντων, *quum Thebani oppositi essent singuli hostibus multo pluribus.* Praecipuum tamen est omnium, quod ipsi msti hunc quoque modestiorem numerum nobis ingerant, modo recte considerentur. Vterque enim cod. vt et reg. 1. et 2. immo et tertius in contextu, (nam in margine exhibet ἐνενήκοντα ἐξ χιλιάδας) habet εἰς ϛ΄, hoc est, ἑξακισχιλίȣς. Quod idcirco, vtpote historiae etiam et rationi congruens, in contextum admisi. Ex illa autem nota numeri ϛ, hoc est, *sex*, fecisse videntur librarii quidam notam numeri

φθησαν τρισμύριοι.

G nonaginta, cuius notae figura alteri ferme similis est. Simson. etiam in chron. ad an. m. 3670. emendandum suspicabatur hunc numerum ob incredibilem eius summam. Malebat itaque, sed ex coniectura tantum, ἐννακισχίλια. Perizon.

ΚΕΦ. η.

Περὶ Λυσάνδρου.

Λύσανδρον τὸν Λακεδαιμόνιον [1] ἐν τῇ Ἰωνίᾳ διατρίβοντα, τὰ Λυκούργου φασὶ νόμιμα ῥίψαντα, ἐπίπονα ὄντα, διατεθρύφθαι τὸν βίον.

1. Ἐν τῇ Ἰωνίᾳ διατρίβοντα) Nulla enim gens magis instructa erat ad luxuriam. Vide supra ad II. 28. Periz.

ΚΕΦ. θ.

Περὶ Λαμίας.

[1] Λαμία γοῦν ἡ Ἀττικὴ ἑταίρα εἶπεν, [2] οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες.

1. Λαμία γοῦν) Nescio quid mouerit Camillum, primum Aeliani nostri editorem, vt haec a superioribus in proprium caput distingueret, quum in mstis pariter iungantur superioribus sine vllo vel minimo capitis noui indicio. Sed et sensus id postulat, ac vsus voculae γοῦν, quem vide supra IV. 7. et IV. 8. init. De *Lamia* vide supra ad XII. 17. Perizon.

2. Οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες) Antiquius hoc fuit dictum, quam vt ab *Lamia*, quae post Alexandrum et Antigonum primum floruit, fuerit inuentum; siquidem eo iam vsus est Aristoph. in pace, p. 711. Ceterum Plutarch. in Sylla extr. Lysandrum plane liberat a calumnia istius dicti, et βίου θρυπτικοῦ. Nam ait de eo, pag. 476. οὐδὲν ἀσέλγειαν, οὐδὲ μειρακιώδες ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει τηλικαύτῃ φαίνεται διαπεπραγμένος, ἀλλ', εἴγε τις ἄλλος, ἐκπεφευγὼς τοῦτο τὸ περίακτον· οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες. Οὕτω σώφρονα καὶ Λακωνικὴν καὶ κεκολασμένην ἐπεδείκνυτο πανταχοῦ τὴν δίαιταν, *nihil intemperans, neque iuuenile in potestate et imperio tanto reperitur fecisse, sed, si quis alius, effugisse id, quod vulgo circumfertur, domi leones, sub dio vulpes. Adeo temperantem et laconicam et castigatam vbique ostentabat vitam.* Periz.

ΚΕΦ. ι.

Περὶ Διονυσίε δύο γυναῖκας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀγαγόντος.

Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ [1] δύο γυναῖκας ἠγάγετο Διονύσιος, Δωρίδα τὴν Λοκρίδα, καὶ Ἀριςαινέτην τὴν Ἱππαρίνε, Δίωνος δὲ ἀδελφήν· καὶ [2] παρ᾽ ἑκατέραν ἀνεπαύετο ἐν τῷ μέρει· καὶ ἡ μὲν ἠκολέθει ςρατευομένῳ, ἡ δὲ ἐπανιόντα ὑπεδέχετο.

1. Δύω γυναῖκας) Quod ceteroqui contra mores et leges erat Graecorum. Vnde apud Athen. lib. XIII. init. Medea, licet esset barbara, et barbarorum morem plures habendi vxores non ignoraret, ferre tamen non potuit alteram sibi superinduci a marito suo vxorem, quippe ἤδη εἰς τὰ ἀμείνω καὶ ἑλληνικὰ ἐκδεδιῃτημένη, *iam melioribus et graecis moribus assuefacta*. Sed et refutat istic eorum sententiam, qui Socratem tradiderunt duas simul habuisse vxores, quum iam Cecrops Athenis μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, *vnam vni iunxerit*. De qua re vide et Menag. ad Laert. II. 26. De barbaris quos ait Athenaeus, id firmatur a Tacito, de mor. Germ. cap. 18. *nam prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur*. Mirifice autem frustratur auctorem nostrum memoria in nomine alterius vxoris, quam hic *Aristaenetam*, at supra XII. 47. *Areten*, appellat, quum dicta fuerit *Aristomache*. Periz.

2. Παρ᾽ ἑκατέραν ἐπαύετο) Coniecit nescio quis, teste Kuhnio, sed coniecturam non approbante, παρ᾽ ἑκατέρᾳ ἀνεπαύετο. Ego vero vix dubito, veram esse illius viri κρίσιν. Certe vterque meus, et reg. omnes, consensu pari legunt ἀνεπαύετο, ideo recepi. Et sic de impiis hominibus iam mortuis supra IV. 7. ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται, *quoniam neque tunc quiescunt*. Polyaen. I. 14. de exercitibus Spartanorum et Argiuorum, ἀναπαυομένων ἀντανεπαύοντο, hoc est, *quando Spartani se dabant quieti, etiam Argiui id faciebant*. Ceterum ἑκατέραν diserte etiam legit Sluisk. at Lugd. duas postremas vocis syllabas non exprimit, incerto scripturae compendio absconditas. Reg. a. habet παρ᾽ ἑκατέρας. Periz.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Περσῶν καταδελώσεως, καὶ Ἰσοκράτες.

Λόγος τις εἰς ἐμὲ ἀφίκετο, λέγων, αἴτιον Ἰσοκράτην γενέσθαι τὸν ῥήτορα τοῖς Πέρσαις καταδελώσεως, ἧς ἐδελώσαντο αὐτὲς Μακεδόνες. [1] Τε γὰρ πανηγυρικε

1. Τε γὰρ πανηγυρικε λόγε) Celeberrimus est ille *panegyricus*, περιβόητος λόγος, vt ait Dion. Hal. in vita Isocr. cui et impendisse dicitur *X annos*, ab aliis etiam *quindecim*. Vide Plutarch. in vit. X. rhet. et in lib. *vtrum Athenienses bello an sapientia illustriores*, in extr. et Dion. Hal. περὶ συνθέσ. ὀνομ. p. m. 30. Elogium eius, verbis

λόγου, ὃν Ἰσοκράτης τοῖς Ἕλλησιν ἐπεδείξατο, εἰς Μακεδονίαν ἐλθοῦσα ἡ Φήμη, πρῶτον μὲν Φίλιππον ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἀνέστησεν. Ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου, Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, πατρῴων κληρονόμον, [2] τὴν ὁρμὴν τὴν τοῦ Φιλίππου διαδέξασθαι παρεσκεύασε.

ipsius Isocr. in Philippo p. m. 200. audiamus: οὕτως ἦν γεγραμμένος, ὥστε καὶ τοὺς βασκαίνοντας ἡμᾶς μιμεῖσθαι καὶ θαυμάζειν αὐτὸν μᾶλλον τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐπαινούντων, *ita erat scriptus, vt etiam, qui inuidebant nobis, imitarentur eum et admirarentur magis, quam illi, qui immodice laudabant.* Sed tamen neque ipse Isocrates, vt ibidem dicit, panegyricis orationibus magnum se operae pretium fecisse, facturumue, autumabat ad excitandos Graecos in bellum contra barbaros, atque ideo propriam ad Philippum Macedonem composuit et misit orationem, vt pace inter Graecos conciliata bellum Persis faceret, qua sine dubio potissimum Philippum ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἀνέστησεν. Ceterum Sluisk. hic legit, ὃν Ἰσοκράτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεδείξατο, hoc est, *quam Isocrates recitauit in panegyri Graecorum*, non male profecto. Ἐπιδείξασθαι autem non tantum dicitur de artificibus, sed et *philosophis* ac *sophistis*. Vide Theophr. charact. cap. de blanditia in extr. Idem Sluisk. in init. cap. habet etiam ὁ λόγων. Periz.

2. Τὴν ὁρμὴν τὴν τοῦ Φιλίππου διαδέξασθαι παρεσκεύασε) Sensus est, *fecit Alexandrum suscipere et excipere impetum Philippi* ad bellum contra Persas gerendum, seu praeparauit eius animum ad impetum, quem ceperat Philippus, suscipiendum. Sic Polyaen. l. 26. παρεσκευάζετο ἐπιπλεῖν τοῖς νησιώταις, *instruebat, parabat, se ad expeditionem contra eos, qui in insulis habitabant.* Perizon.

ΚΕΦ. ιβ.

Πῶς ὁ Μέτων ἐρρύσατο ἑαυτὸν τῆς ἐξόδου, καὶ περὶ Ὀδυσσέως μανίας.

Μέτων ὁ ἀστρονόμος, μελλόντων ἐπὶ τὴν Σικελίαν πλεῖν τῶν Ἀθηναίων ἤδη τῶν στρατευμάτων, καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τοῦ καταλόγου. Σαφῶς δὲ ἐπιστάμενος [1] τὰς μελλούσας τύχας, τὸν πλοῦν ἐφυλάττετο δεδιώς, καὶ σπεύδων τῆς ἐξόδου ἑαυτὸν ῥύσασθαι. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἔπραττεν, ὑπε-

1. Τὰς μελλούσας τύχας) Hoc est, *clades, quas in Sicilia accepturi erant.* Vide supra ad V. 10. Historiam hanc *Metonis* habes apud Plutarch. in Alcib. pag. 200. et in Nicia pag. 532. Ex quo loco liquet, fuisse hunc Metonem ita in *catalogo* seu *dilectu* huius expeditionis, hoc est, inter eos, qui lecti et discripti erant ad hocce bellum, vt tamen esset ἐφ' ἡγεμονίας τινὸς τεταγμένος, *ad praefecturam quandam adhibitus.* Perizon.

κρίνατο μανίαν, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἔδρασε, πιςώσασθαι τὴν τῆς νόσȣ δόξαν βȣλόμενος· ἐν δὲ τοῖς καὶ [2] τὴν συνοικίαν τὴν αὐτȣ̃ κατέπρησεν· ἐγειτνία δὲ αὐτῇ [3] τῇ Ποικίλῃ. Καὶ ἐκ τȣ́τȣ ἀφῆκαν αὐτὸν οἱ ἄρχοντες. Καί μοι δοκεῖ ὁ Μέτων ἄμεινον ὑποκρίνασθαι τὴν μανίαν τȣ̃ Ὀδυσσέως τȣ̃ Ἰθακησίȣ. [4] Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ὁ Παλαμήδης κατεφώρασε, τȣ̃τον δὲ Ἀθηναίων ȣ̓δείς.

2. Τὴν συνοικίαν) Kuhnius in indice voluit intelligi non *vnam domum*, sed *viciniam omnem*. At Plutarchus vtreque l. d. simpliciter et manifeste suam tantum *domum*, οἰκίαν, incendisse eum ait. Intelligo ergo *domum, in qua ipse cum aliis habitauit*, vel *domum plurium aedium*. Sic passim σύνοικοι dicuntur, non *vicini*, sed *contubernales*, *coniuges*. Sic de hirundine σύνοικος ἀνθρώποις, Ant. Lib. fab. 11. Et Cephalum aurora rapuit ac fecit σύνοικον, *coniugem*, fab. 41. Periz.

3 Τῇ Ποικιλίᾳ) Sic et Lugdun. et reg. Paris. 2. At Sluisk. ac reg. 1. et 3. vt et Medic. 1. et 2. pariter legunt τῇ Ποικίλῃ: quod verum fuit nomen istius porticus, ex quo a Polygnoto picta est. Vide Meurs. Athen. attic. l. 5. Perizon.

4. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ὁ Παλαμήδης κατεφώρασε) Obiecto sci filio, quum boue et equo iunctis araret. Vide Hygin. fab. 95. et quae ibi Munkerus. Sluisk. hic legit κατεφώρασ. Perizon.

ΚΕΦ. ιγ.

Περὶ Πτολεμαίȣ εὐεργεσίας.

Πτολεμαῖόν φασι τὸν Λάγȣ, καταπλȣτίζοντα τȣ̀ς φίλȣς αὐτȣ̃, [1] ὑπερχαίρειν. Ἔλεγε δὲ, ἄμεινον εἶναι πλȣτίζειν, ἢ πλȣτεῖν.

1. Ὑπερχαίρειν) Faber legi hic iubet ὑπερέχαιρεν, addito, *atticam esse phrasin*. Subiicit vero Kuhnius, *se nescire, quo pacto* ὑπερέχαιρεν *cum* καταπλȣτίζοντα *conueniat*. Ego vero miror etiam pruriginem illam criticam Fabri, pro auctoritate vel imperio pronunciantis ita legendum quasi, quod Attici aliquando dixerunt, id semper dicendum foret et aliis. Ceterum locutio *conuenit*, vt supra III. 5. Ἀντίγονόν γε μήν φασιν, ἐπεί τινες τὸν υἱὸν αὐτȣ̃ — εἶδε μὲν αὐτόν. Sic V. 17. ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην. et XII. 39. φασὶ γȣ̃ν καὶ Σεμίραμιν — μέγα ἰσχύειν. Perizon.

ΚΕΦ. ιδ.

Περὶ Ὁμήρȣ ἐπῶν, καὶ ποιήσεως.

[1] Ὅτι τὰ Ὁμήρȣ ἔπη πρόπαλαι διῃρημένα ᾖδον οἱ πα-

1. Ὅτι τὰ Ὁμήρȣ ἔπη πρόπαλαι) Sluisk. pro πρόπαλαι exhibet πρότερον omnibus literis, quod videtur melius, maxime quia sequitur confestim οἱ παλαιοί. Neque aliter reg. 1. et 3. sed hic in margine ta-

λαιοί. [2] Οἷον ἔλεγον, [3] τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην, καὶ [4] Δολωνίαν τινα, καὶ ἀριστείαν Ἀγαμέμνονος, καὶ [5] νεῶν

men vulgatum praefert. Ceterum de cantu poematum Homeri per partes quod ait, id ex Iosephi contra Apion. lib. I. init. illustratur, *καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην, ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας*, *et tradunt, neque hunc* (Homerum) *literis poesin suam proditam reliquisse, sed eam memoria seruatam* primo, *postea ex canticis* variarum partium esse *collectam* in vnum corpus, *et ideo multas eam habere discrepantias*. Et Eustath. comment. ad Iliad. Α. init. *σποράδην γὰρ φασι κειμένης, καὶ κατὰ μέρος διῃρημένης τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως, οἱ ᾄδοντες αὐτὴν συνέρραπτον*, *cum enim Homerica poesis sparsim habita, et particulatim diuisa esset, illi, qui canebant, eam tandem coniunxerunt*: vnde ῥαψῳδοὶ dicebantur. Vide istic plura. Perizon.

2. Οἷον ἔλεγον) Partes illae, in quas Homeri poesis olim sparsa erat, consistebant in diuersis argumentis rerum, vnde illae partes nomen suum dein traxere. Auctor ergo, quum primum illam distractionem Homericae poeseos in suas partes generatim memorasset, subiecturus quaedam illarum nomina, ait, οἷον ἔλεγον, paulo plenius, quam ceteroqui fieri solet. Vulgo enim simpliciter istoc sensu dicitur tantum, οἷον, *veluti*. Sensus ergo est, *ad quem modum*, (sparsae scil. Homericae poeseos in varias illas partes, *dixerunt*, partes eas designantes appellationibus, quae sequuntur. Sic ferme XI. 9. quum praemisisset, praecipuos Graecorum vixisse in perpetua paupertate, transiturus ad singulos, subiicit, *εἰσὶ δὲ ἔτοι*, οἷον Ἀριστείδης, vbi itidem abesse potuissent, *εἰσὶ δὲ, ἔτοι*, maxime si praemissae affirmationi statim subiecta fuissent exempla. Quod cum factum non esset, maluit auctor plenius ista dicere, et ita nectere sequentia superioribus De τῷ οἷον vide etiam quae notaui ad II. 44. extr. Perizon.

3 Τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην) Est nomen et argumentum Iliad. Ν. Quum Hector enim irrupisset in castra Graecorum, atrox *pugna ad naues*, quas incendere ille volebat, edebatur. Atque ita omnes huius poetae libri, nonnulli etiam in duas partes diuisi, duo, talia habebant nomina. Vide Eustath. init. singulorum librorum, et Strabon. lib. I. pag. 17. atque ibi Casaubonum. Perizon.

4. Δολωνίαν τινα) Hoc est, *aliquam etiam partem vocarunt Doloniam*. Τινα, vt mox τις, declarat incertam auctori partem. Ceterum Eustath. ad Iliad. Κ. κοινὴ δὲ ἥδε, νυκτεγερσία, καὶ δολωνοφονία, καθ' ἣν δηλαδὴ ὁ Δόλων πεφόνευται· πολλοὶ δὲ τῶν παλαιῶν καὶ Δολώνειαν ταύτην ἐκάλεσαν, *communis autem* appellatio libri *haec est*, νυκτεγερσία, quia *noctu surrexit* Agamemnon, et duces Graecorum in consilium vocavit, *et* δολωνοφονία, *in qua videlicet*, Vlysses et Diomedes eadem nocte exploratum missi, obuium habuere *Dolonem Troianum*, *eumque occiderunt. Multi vero veterum etiam Doloneiam hanc partem vocarunt*. Sequens autem appellatio est libri Λ. quia istic fortiter pugnando *rem egregie gerit ipse Agamemnon*. Perizon.

5. Νεῶν κατάλογον) Iliad. Β. constat duabus partibus, quarum prior incipit a *somnio* Agamemnonis, et exsequitur dolum eius, quo *tentabat* Graecos, iubens eos redire inglorios in patriam: altera vero consistit in *recensione nauium* graecorum, quae incipit a *boeoticis*. Atque ideo liber iste variis insignitur nominibus, modo iunctim ὄνειρος καὶ κατάλογος, *somnium et recensio*, apud Eustathium, modo separatim, prior pars ὄνειρος, vel διάπειρα, seu ἀπόπειρα, *tentatio*, a Strabone et

κατάλογον, καί πȣ [6] Πατρόκλειαν, καὶ λύτρα, καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, καὶ ὁρκίων ἀφάνισιν· [7] ταῦτα ὑπὲρ τῆς Ἰλιάδος. Ὑπὲρ δὲ τῆς ἑτέρας· [8] τὰ ἐν Πύλῳ, καὶ τὰ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Καλυψȣ̃ς ἄντρον, καὶ τὰ περὶ τὴν σχεδίαν, [9] Ἀλκίνȣ ἀπολόγȣς, Κυκλωπίαν, καὶ

Dion. Halic. Vide Casaubon. ad Strab. d. l. Posterior ἡ Βοιωτία, ἤγεν ὁ κατάλογος τῶν νεῶν, quod quidem vel ex vulgatis edd. Homeri constat. Vide tamen etiam Eustathium p. m. 199. Perizon.

6. Πατρόκλειαν) Designatur eo Iliad. Π. διὰ τὸ τὰ κατὰ Πάτροκλον ἱστορεῖν, *quia res, quae ad Patroclum*, et eius pugnam ac mortem pertinent, in ea *referuntur*. Sic λύτρα scil. Ἕκτορος, *pretium*, quo Priamus *redemit Hectorem* ab Achille, denotant Iliad. Ω. sicut Iliad. Ψ. τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, hoc est, *certamina in Patrocli honorem*, et in eius funere facta. Eustathius hunc librum ait appellatum et inscriptum ἀγῶνα ἐπιτάφιον, *certamen funebre*. Denique ἀφάνισις ὁρκίων, *abolitio iurisiurandi* designat Iliad. Δ. quoniam, cum iureiurando sancita esset pactio inter Graecos et Troianos de singulari certamine Menelai et Paridis, ea lege, vt victori cederet Helena, Troiani dein, victo Paride, eam reddere noluerunt, rupereuntque foedus, ad vim denuo conuersi. Dicebatur ergo hic liber ὁρκίων ἀφάνισις, vt noster, vel σύγχυσις, vt Eustathius, immo etiam, quia Agamemnon circumiens *lustrat* in eo exercitum Graecorum, singulosque ad pugnam adhortatur, ἐπιπώλησις Ἀγαμέμνονος, vel simpliciter ἐπιπώλησις, teste eodem Eustathio. Periz.

7. Ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑτέρας) Turpe hoc est vitium postremae et Kuhnianae ed. quae hic integra quatuor vocabula omiserat, a me iam restituta suum in locum ex editis simul, et mstis. Periz.

8. Τὰ ἐν Πύλῳ) Hac appellatione intelligit odyss. Γ. paulo melius, quam Eustathius, qui appellat ἄφιξιν Τηλεμάχȣ εἰς Πύλον, *aduentum Telemachi* in vrbem *Pylum*, quum in hoc libro referantur omnia, quae *in ea vrbe* inter Nestorem et Telemachum acta sunt et dicta. Quia vero Telemachus, Pylo decedens, abiit Lacedaemonem ad Menelaum, ideo odyss. Δ. vbi narrantur, quae istic inter Telemachum et Menelaum sunt dicta, appellatur a nostro τὰ ἐν Λακεδαίμονι, at ab Eustathio, Τηλεμάχȣ ἄφιξις εἰς Σπάρτην. Sequens porro liber, odyss. Ε. quia descriptionem *antri Calypsus* continet, a nostro per illud *antrum* designatur, sed quia in eo traditur etiam Vlyssis profectio et discessio a Calypso, ideo Eustathius eum vocat ἀπόπλȣν Ὀδυσσέως παρὰ Καλυψȣ̃ς, *abnauigationem Vlyssis a Calypso*: noster vero vtroque iuncto librum vocat Καλυψȣ̃ς ἄντρον καὶ τὰ περὶ τὴν σχεδίαν, hoc est, *Calypsus antrum, et quae ad nauim*, qua profectus est Vlysses, conficiendam pertinent. Periz.

9. Ἀλκίνȣ ἀπόλογοι) Sluisk. et reg. C. ἀπολόγȣς. Nec dubium, quin vere ita scripserint, quum omnia iliados et odysseae in accusatiuo vtique sint expressa, ac pendeant a verbo ἔλεγον. Ceterum Schefferus hac appellatione designari putat odyss. Η. in quo nihil est, quod huc pertineat, quum in eo memoretur tantum *Vlyssis aduentus ad Alcinoum*, quam proinde inscriptionem habet iste liber, teste Eustathio, at sequens odyss. Θ. continet multos *sermones Alcinoi* pro concione Phaeacum, et in coena. Nec dubito, quin iste illa appellatione a nostro designetur: tanto autem magis, quia proxime subsequitur mentio odyss. Ι. titulo Κυκλωπίας, quoniam in eo res Vlyssis apud

νεκυίαν,

[10] νέκυιαν, καὶ [11] τὰ τῆς Κίρκης, νίπτρα, [12] μνηστήρων

cyclopem Polyphemum exponuntur. Eustath. odyss. Θ. ait nominari τὰ παρὰ Ἀλκινόῳ προδιηγήσεως (malim πρὸ διηγήσεως) ἢ τῶν παρὰ Ἀλκινόῳ προδιηγήσεις, hoc est, *ea quae apud Alcinoum accidere ante longam illam narrationem rerum suarum, quam sequentibus totis quatuor libris facit Vlysses*, vel *expositio eorum, quae apud Alcinoum accidere, ante* narrationem subsequentem. Perizon.

10. Νέκυιαν) Schefferus magno saltu a κυκλωπίᾳ seu odyss. I. transiisse auctorem putat ad odyss. Ω. Et sane illius libri inscriptio apud veteres fuisse dicitur ab Eustathio, σπονδαὶ, ἢ νεκυία. Et haec quidem, quia in priore libri parte Ἑρμῆς τὰς τῶν μνηστήρων ψυχὰς εἰς ἅδην κατάγει, ἔνθα οἱ νέκυες, ἀφ᾽ ὧν ἡ νεκυία παράγεται, *Mercurius animas procorum Penelopes in inferos deducit, vbi sunt mortui, vnde vox νεκυία deriuatur*. Sed, licet auctor non obseruet diligenter adeo ordinem librorum Homeri, nimius tamen hic foret saltus, maxime quum mox redeat ad odyss. K. Quapropter prorsus mihi persuadeo, auctorem ea voce intellexisse odyss. Λ. vbi refertur *Vlyssis descensus ad inferos*, quaeque ille ibi viderit et audiuerit. Qua de causa et iste liber, ὁ νεκυομαντεία μόνον, ἀλλὰ καὶ νεκυία ἐπιγράφεται, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς τὰς ἐν ἅδῃ νέκυας ὁμιλίαν, *propter colloquium Vlyssis cum mortuis in inferis, eo* libro expositum. Sed et ita Longinus περὶ ὕψους cap. 9. hunc librum citat, ὡς τοῦ Αἴαντος ἐν νεκυίᾳ σιωπή. Cum quo confer odyss. Λ. 562. Periz.

11. Τὰ τῆς Κίρκης νίπτρα) Miror equidem ab erudit. viris, qui haec interpretati sunt singula, non esse animaduersum hoc liquidum adeo distinctionis et interpretationis vitium. Nam quae sunt illa νίπτρα Κίρκης, vnde pars quaedam Homericae poeseos denominata fuerit. Notauit primus ad hunc locum Gesnerus, *Circen* odyss. K. *balneum Vlyssi parare*. Omnes eum temere, vt videtur, sunt secuti. Verum quidem est, longe maximam partem odyss. K. impendi τοῖς τῆς Κίρκης: atque idcirco et noster sine dubio heic illam denotat ista appellatione τῶν τῆς Κίρκης: et Eustath. ait, ὅτι τὰ περὶ Αἰόλου καὶ Λαιστρυγόνων καὶ Κίρκης διαλαμβάνουσα ἡ K. ῥαψῳδία, οὕτω καὶ ἐπιγράφεται ὑπὸ τῶν παλαιῶν, *quia odyssea K. continet res Aeoli, Laestrigonum, et Circes, ita ergo inscribitur quoque illa a veteribus*. At nulla, ista in inscriptione, fit mentio τῶν νίπτρων τῆς Κίρκης. Sed et in ipso illo libro demum v. 358. nihil aliud eius refertur, quam; quomodo Circe, quae socios Vlyssis iam mutauerat in sues, tandem vi adacta cum Vlysse foedus amicitiae fecerit, eumque benigne exceperit, atque ideo ancillae, alia aliud, praeparauerint, quarta vero demum ex iis aquam, qua Vlysses lauaretur ante coenam, id quod sex aut septem versibus ibi absoluitur. Nihil itaque in eo est tanti vllam in partem momenti, vt nomen daret toti libro. Sed quid plura? Distingue meo periculo, τὰ τῆς Κίρκης, νίπτρα. Sequentes enim appellationes omnes variorum odysseae librorum auctor sine copula dein exsequitur. Per νίπτρα autem intelligit odyss. Τ. Nam reliquae etiam appellationes ad extrema odysseae pertinent. Illius autem magnam partem facit *lauatio Vlyssis*, cuius occasione *agnoscitur ab Euryclea*, nutrice sua: qua causa et ille liber ab Eustathio dicitur appellatus ὑπὸ Εὐρυκλείας ἀναγνωρισμός. Sed, quod nostram liquido firmat sententiam, Aristot. in poet. cap. 13. edit. Heins. diserte eum vocat, et absolute, τὰ νίπτρα. Nam quum dixisset *agnitionis* duo esse genera, aliam data opera fieri, aliam casu, atque ita *Vlyssem aliter agnitum a nutrice, aliter a subulcis*, subiicit *meliorem esse illam*;

φόνον, [13] τὰ ἐν ἀγρῷ, [14] τὰ ἐν Λαέρτε.

[15] Ὀψὲ δὲ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος ἀθρόαν πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Τὸ δὲ ἀγώγιμον τοῦτο ἐξ Ἰωνίας, ἡνίκα ἀπεδήμησεν, ἤγαγεν. Ὕστερον δὲ [16] Πεισίστρατος συναγαγὼν, ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν.

quae casu fiat, ὥσπερ ἡ ἐν τοῖς νίπτροις, *vt quae facta est a nutrice odyss.* τ. *quando Vlyssem lauit*. Perizon.

12. Μνηστήρων φόνοι) Nulla est ratio syntaxeos, quare hoc solum nominatiui formam habeat, quum reliqua omnia sint accusatiui casus, et esse debeant. Sed et msti variant. Sluisk. legit φόνος, Lugd. et reg. B. pariter per compendium scribendi videntur velle non φόνοι, sed φόνον, quod reposui. Est autem nomen odyss. χ. quam et Eustath. dicit appellatam Μνηστηροφονίαν. Perizon.

13. Τὰ ἐν ἀγρῷ) Refert et hoc Schefferus ad odyss. ω. Sed prorsus perperam. Nemo dubitabit, opinor, qui rem et librum considerauerit, intelligi hac descriptione odyss. π. cuius omnia vere acta sunt *in agro* inter Vlyssem et Eumaeum subulcum. Vnde et argumentum libri hoc est, ξενισμὸς Ὀδυσσέως γίνεται ἐν τῷ ἀγρῷ παρ' Εὐμαίῳ, καὶ ποικίλη τις ὁμιλία, *exceptio Vlyssis in agro apud Eumaeum, et varia inter eos colloquia*. Perizon.

14. Τὰ ἐν Λαέρτῃ) His vero designatur demum odyss. ω. quae tres habet praecipuas partes, et tres itaque huius generis appellationes: nempe deductas a Mercurio animas procorum in inferos, seu νεκυίαν: dein res gestas in horto et *aedibus Laertae*, cui patri suo Vlysses se aliquantisper dissimulatum obtulit tandem agnoscendum: haec sunt τὰ ἐν Λαέρτου, scil. οἴκῳ. Sic enim omnino hic legendum cum Casaubono ad Strabon. Sic IV. 15. ἐν Φαρνακαβάζου γενόμενος. Haec autem secunda pars reliquis est paululo maior: tertia autem continet *pactiones* inter Vlyssem et Ithacos aegre ferentes caedem procerum, vnde illa σπονδαὶ dicta est. Periz.

15. Ὀψὲ δὲ Λυκοῦργος) Aliquanto igitur ante Lycurgum ex auctoris sententia vixisse videtur Homerus, secus quam illi sentiebant, qui Lycurgum eum eo collocutum tradidere, quos sequitur Marshamus in canone chron. p. m. 414. Fauet huic sententiae aliquantulum etiam epocha attica, quae 23. tantum annis ante, quam floruit iam Lycurgus, et cum Iphito primam omnium olympiadem instituit, memorat Homerum, et, quod mireris, post Hesiodum quidem, licet id et alii tradant. Tempus autem illud est vltra trecentos annos post captam Troiam. Crediderim ego paulo antiquiorem Homerum vel ex hac historia Lycurgi: sed tamen non admouerim multo propius ad tempus belli troiani, quia toties ille de suae aetatis hominibus ait, vix decem homines simul, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι, *quales nunc sunt homines*, facere posse, quod tunc vnus fecerit heros. Varias veterum de eius aetate sententias vide apud Marshamum pag. 412. etc. Periz.

16. Πεισίστρατος) De opera ab ipso nauata carminibus Homeri vide quae diximus ad VIII. 2. Perizon.

ΚΕΦ. ιε.

Περὶ ἀνοήτων τινῶν ἄγαν.

Φασὶ [1] παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ, τὸ δέρμα ἔχοντα [2] ἀδιακόνιστον, [3] Πολύδωρόν τινα· καὶ ἄλλον, [4] Κοικυλίωνα ὄνομα, ὅσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας. Λόγος δέ τις, καὶ [5] Σαννυρίωνα τοιοῦτον γενέσθαι, ὃς ἐν τῇ ληκύθῳ

1. Παχύτατον τὴν διάνοιαν) Sic Esaias VI. 10. *ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.* Periz.

2. Ἀδιακόνιστον) Incertior est vocabuli origo, quod et ideo a Gesnero reiectum, qui maluit ἀδιακέντητον, ab aliis diuersimode est expositum. Vulteius verterat, *illaesam ab incendio aliisque periculis*, non quod pro eo legerit, aut legi voluerit, ἀδιάκαυστον, vt censet Gesnerus, sed quod deriuauerit a κόνις, *cinis*. Kuhnius a κονίζειν, *in puluere exerceri*, deducit, et interpretatur, *corium nulla exercitiorum quasi lima tenuatum, nullo puluere subactum, corium rude, nondum confectum: crassum.* Sed haec videntur longius petita. Hesych. ἀδιακόνιστον exponit ἀναίσθητον, ἄτρωτον; *quod nihil sentiat, vulnerari nequeat.* Patet ex eo vsus vocabuli, satis itaque probi, et ita insuper ab illo expliciti, vt huic Aeliani loco quam maxime congruat. Sed et origo eius facile expediri potest secundum analogiam deriuationum et significationis. Deduxerim id enim a διακονίζω, pro quo et διακονέω dicitur, quod non modo notat *ministrare*, sed et *perimere, laedere.* Hesych. διακονῆσαι, κατεργάσασθαι, ἀπολέσαι, βλάψαι, *confecisse, peremisse, laesisse.* Qua significatione deriuandum id est ab obsoleto κέω, κίνω, *occido*, vnde apud Hesych. κοναὶ, φόνοι, *caedes*, κονίζεσθαι, φθείρεσθαι, *consumi*; ἄκονοι, ἀτρόμητοι, ἄτρωτοι, ἄπληκτοι, *intrepidi, non vulnerati, illaesi*, et litera τ, vt solet post κ et π, interposita, κτέννω, κτείνω, *occido*, et κτόνος, *caedes.* Forsan et κόνις, *puluis, cinis*, quia caesa in puluerem vel cinerem rediguntur. Konigius apud Kuhnium voluit legi ἀδιακέντιστον, *aculeo non penetrabile*, idque probat etiam cl. Boivin. Per.

3. Πολύδωρον) Eustath. ad od. Κ. extr. varios, et ex historia celebres, recensens stultos, Πολύωρον hunc vocat: addens τὸν τὰ κύματα μετροῦντα, *qui fluctus metiebatur.* Sed nihil hic mutant msti, cum mei, tum regii. Periz.

4. Κοικυλίωνα) Cognomen videtur fuisse hominis, formatum ἀπὸ τοῦ κοικύλλειν, quod est *circumspicere.* Aristophan. Θεσμοφορ. p. 813. τί κοικύλλεις; *quid circumspicis identidem?* Perizon.

5. Σαννυρίωνα) Nomen hoc est celebris comici. Vide supra X. 6. Dubitem igitur de integritate huius loci, idque eo magis, quia Eustathius d. l. stultos dicat *Sannas* vulgo vocari, ab homine stulto, qui eo proprio nomine fuerit vsus. Τὸν μωρὸν, ait, οἴδαμεν Σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. Καὶ παράγεται Κρατῖνος, κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην Σάνναν, *stultum nouimus Sannam vocari, tanquam a proprio quodam nomine. Et inducit Cratinus, in comoedia ludens talem hominem, Theodotiden Sannam.* Ceterum Lugd. legit etiam, vt B. et C. Paris. ἐν τῇ ληκυθίᾳ. At vulgatum diserte tuetur Slaisk. et recte. Perizon.

τὴν κλίμακα ἐζήτει. Καὶ [6] Κόροιβον δὲ, καὶ [7] Μελιτίδην, καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

6. Κόροιβον) Ex troiana historia clarus hic est. Fuit enim, vt ait Eustath. d. l. Μύγδων, φρὺξ τὸ γένος, *Mygdon, Phryx genere.* Mygdonia pars est Phrygiae maioris, teste Stephano. At Zenobius cent. IV. prou. 58. dicit *filium Mygdonis.* Κόρυβον (pro Κόροιβον) τὸν παῖδα Μύγδωνος (lege Μύγδονος) τοῦ Φρυγός. Videtur id haustum ex Virgil. Aen. II. 341.

— iuuenisque Coroebus
Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
venerat, insano Cassandrae incensus amore.

Vbi vide et Seruium, qui eum *Migdonis et Anaximenae filium* fuisse ait, ac *stultum induci ab Euphorione.* Stultitia eius in eo constitit, quod vltimus omnium, vt Eustathius ait, et vltimis diebus ante excidium Troiae, vt ex Virgilio liquet, venit Priamo in auxilium. Male ergo Zenobius ei quoque tribuit, quod fluctus maris numerare voluerit, quem tamen sequitur Diogenianus. Ceterum quia iam olim a poetis stultitiae nomine celebratus fuit, ideo κατ' ἐξοχὴν passim pro stulto ponitur. Sic Lucian. in amor. pag. 1069. Μελιτίδην ἢ Κόροιβόν οἴει με, *stultum me putas esse.* Et philopseude pag. 465. ἀλλ' ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζων ταῦτα, Κοροίβου τινὸς ἢ Μαργίτου νομίζει, τὸ πείθεσθαι, *sed prudenter examinans ea, stultorum putaret, credere.* Perizon. — Schol. ad Lucian. philops. l. a Perizonio laudato, hanc de Coroebo historiolam refert ridiculam: ὁ μὲν Κόροιβος μωρός τις ἀπομνημονεύεται ἄνθρωπος, καὶ οὕτως, ὥστε γυναῖκα ἀγαγὼν (leg. e mſ. ἀγαγόμενος) μὴ ἂν ἐλέσθαι, συγκαθευδῆσαι αὐτῇ διὰ τὸν εἰς τὴν πενθερὰν αὐτοῦ φόβον καὶ οὕτως ἐχόμενον τοῦτον (leg. ἐχομένου τούτου) μέχρις ἂν τῆς γυναικὸς σκεφαμένης (σκηψαμένης leg.) τὸ ἄεθρον ὃ δύνη (leg. e mſ. ὀδύνη) καὶ ἐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ μαρίᾳ τοῦ ἀνδρὸς καταψηφιεῖσαν· οὕτω τὴν κοινωνίαν τότε τοῦ γάμου γενέσθαι. Eadem de Margite tradunt Eustath. ad Homer. odyss. K. Dio Chrysost. orat. LXVI. et Suidas ſ. v. Μαργίτης, Tzetzes vero chiliad. IV. de Melitide. Abr. Gronou.

7. Μελιτιάδην) Reposui ex Sluisk. et reg. A. Μελιτίδην, quomodo eum appellat etiam Lucian. amor. d. l. Aristophan. ran. pag. 258. Suidas in γελοῖος, Eustath. d. l. et Apuleius apol. pag. 31. ed. Casaubon. Sed et analogia deriuationis id postulat. Nam a Μέλιτος, quod eius, qui accusauit Socratem, nomen fuit, formatur Μελιτίδης. Stultitiam hominis, qui vix quinque numerare poterat, memorant Eustathius et Suidas. Perizon.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ Ἀπολλωνιατῶν, καὶ τῆς αὐτῶν χώρας, καὶ περὶ Ἐπιδάμνου.

Ἀπολλωνιάται πόλιν οἰκοῦσι γείτονα Ἐπιδάμνου ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ· καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις ἄσφαλτος ἐστὶν ὀρυκτή, [1] καὶ πιμπλᾷ, τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνα-

1. Καὶ πιμπλᾷ) Scil. τὴν ὀρυκτὴν ἡ ἄσφαλτος, ἀνατέλλουσα. Sensus enim est, nunquam deficere istic bitumen, haud secus, ac aqua haud

τέλλουσα τρόπον, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Ου πόῤῥω δὲ καὶ τὸ ἀθάνατον δείκνυται πῦρ· ὁ δὲ καιόμενός ἐστι λόφος ὀλίγος, καὶ οὐκ εἰς μέγα διήκει, καὶ ἔχει περίβολον οὐ πολὺν, ὄζει δὲ θείου καὶ στυπτηρίας· καὶ περὶ αὐτόν ἐστι δένδρα εὐθαλῆ, καὶ [2] πολλὰ χλωρά· καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἐνακμάζον οὐδὲν λυπεῖ, οὔτε τὴν τῶν φυτῶν βλάστην, οὔτε [3] τὴν τεθηλυῖαν. Καίεται δὲ τὸ

deficit in fontibus suis. Non tantum interpres, sed et Palmerius in Graec. ant. I. 28. aliter haec percepisse videtur. Legi enim vult, καὶ πιμπλᾷ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τόπον, ὡς καὶ αἱ πλεῖσται, *et quae* (fodina) *replet locum e terra scaturiens, vt plerique fontes aquarum.* Mallem, si quid mutari deberet, καὶ πιμπλᾷ αὐτὴν, (scilicet ὀρυκτὴν) τὸν αὐτόν. Turbasse viros videtur mutatio nominatiui elliptici, quem ex superioribus credunt esse ὀρυκτὴ, quum sensus postulet, vt sit ἄσφαλτος. De qua mutatione nominatiuorum vide omnino, quae congessi infra ad cap. 40. Ceterum conferendus hic est Strabo lib. VII. pag. 316. ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ ἀσφάλτου, καιομένης, ὡς εἰκὸς, τῆς βώλου τῆς ἀσφαλτίτιδος. Μέταλλον δέ ἐστιν αὐτῆς πλησίον ἐπὶ λόφου. Τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν τῷ χρόνῳ, τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον, *sub ea vero* (petra ignem euomente) *fontes fluunt tepidi bituminis, ardente, vt videtur, gleba bituminosa. Effoditur vero prope in colle. Quicquid autem effoditur, impletur iterum tractu temporis, terra, quae in fodinas infunditur, transeunte in bitumen.* Sic ergo bitumen neque in fontibus suis deficiebat. Locus autem dicitur *Nymphaeum.* Vide laudatos istic a Casaubono, Plutarch. in Sulla p. 468. et Dionem Cassium lib. XLI. pag. 174. Noster vero ex Aristotele in mirabil. p. m. 1163. sumsisse haec videtur, ita vt aliquando etiam verba ipsius retineat. Periz.

2. Πολλὰ χλωρά) Sic et msti, mei, et regii. Nec causam video, quare cum Kuhnio hic legam πόα, quum optimus in scripta lectione sit sensus. Videtur doctiss. virum in hanc crisin adegisse, quod putaret πολλὰ χλωρὰ referri ad δένδρα. In quo fallitur, quiqui ita sentit, vt sane sensit Marsil. Cagnatus, vertens hunc locum in var. obseru. IV. 3. *quem circa sunt floridae arbores multae ac virentes.* At vero per se illa subsistunt, vt soleat adiectiua ἐλλειπτικῶς, tanquam substantiua, adhiberi. Optime ergo dicitur, περὶ αὐτὸν λόφον πολλά ἐστι χλωρά, *multa existunt viridia,* siue herbae, siue frutices, siue plantae siue vites, etc. Sic absolute itidem, αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν, *aridum a viridi resecare,* Hesiod. ἔργων 741. Et apud nostrum paulo post, τὴν τεθηλυῖαν. Perizon.

3. Τὴν τεθηλυῖαν) Faber ex coniectura τὴν εὐθάλειαν. Casaubonus vero ad Athen. XI. 1. τὴν θαλλίαν, quo vocabulo istic Athenaeus vtitur. Sed vulgatum hic tuentur msti omnes. Et ideo assentior viris doct. Cupero et Kuhnio, qui nihil mutandum censent. Habuimus iam cap. 1. ἄμπελοι τεθηλυῖαι. Sed vsitatissimum est, et de omnibus dicitur rebus in flore naturae suae constitutis. Sic de mulieribus Hesiod. ἀσπ. 276. ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι, venustate florentes. Et θεογ. 902. Themis peperit Εἰρήνην τεθαλυῖαν, *pulchram Irenen.* Interpretor autem βλάστην de surculis pullulantibus, at τεθηλυῖαν, non de *fructibus*, vt voluit vir ampliss. in obseru. sed de *frondibus*, in quibus consistit pulchritudo arboris. Sed et passim

πῦρ, καὶ νύκτα, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διέλιπεν ἐδέποτε, ὡς Ἀπολλωνιάται λέγεσι, πρὶν τῦ [4] πολέμε τῦ πρὸς Ἰλλυριὲς συμβάντος ἀυτοῖς.

Ὅτι Ἀπολλωνιάται ξενηλασίας ἐποίεν [5] κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον. [6] Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν παρεῖχον τῷ βελομένῳ.

θαλλὸς pro virente fronde, aut ramo frondente ponitur. Vide Casaub. ad Athen. I. 19. Periz.

4. Πολέμε τε πρὸς Ἰλλυριὲς) Intelligi credo bellum, quo eos et Epidamnios ac Corcyraeos inuasit Teuta Illyriorum regina, et cuius metu vel caussa se permiserunt Romanis, 12. annis ante bellum Hannibalicum. Vide Polyb. lib. II. Iam antea tamen etiam Glaucias rex Illyriorum, tempore Cassandri, obsedit Apolloniam, sed pace facta discessit, teste Diod. Sic. lib. XIX. Perizon. — In Med. 3. et Sluisk. pro πρὶν τε πολέμε legitur πλὴν τε πολέμε.

5. Κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον) Lugd. Λακεδαίμονος. De more illo eleganter Theophilus, graecus inst. iuris interpres, de iure nat. g. et ciu. pag. 11. ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις ἐκέχρητο ξενηλασίᾳ, Λυκέργε τετο νομοθετήσαντος, ἵνα μὴ διὰ τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος, *Laced. ciuitas non admittebat peregrinos, Lycurgo illud sanciente, ne peregrinorum commercio corrumperentur, ac deteriores fierent Lacedaemoniorum mores.* Vide quos ibi notauit Fabrottus, eadem de Laconibus tradentes. Horum legem et rationem secutos Apolloniatas, crediderit quis forsan; nam et horum ciuitatem εὐνομωτάτην, *optimis legibus instructam*, ait Strabo. Sed secuti sunt potius Corinthios, a quibus fuere conditi. Nam et hi non dabant ciuitatem suam peregrinis. Vnde apud Senecam de benefic. I. 13. cum Alexandrum M. victorem iam Asiae, per legatos ciuitate sua donarent, et ille risisset hoc officii genus, responderunt: *nulli ciuitatem vnquam dedimus alii, quam tibi et Herculi.* Ratio horum et plerorumque Graecorum erat, vt suam pristinorum ciuium *nobilitatem seruarent*, vt nos docet Dion. Hal. II. 2. Sed et Apolloniatarum haec fuit ratio, qui idcirco etiam primos coloniae suae ductores et socios tantum admisere ad magistratus, reliquis dein accedentibus in consortium ciuitatis quidem, sed non honorum, adscitis. Aristot. polit. IV. 4. de iis, ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες κατ' εὐγένειαν, καὶ πρῶτοι κατασχόντες τὴν ἀποικίαν, ὀλίγοι ὄντες πολλῶν, *in honoribus erant soli eminentes nobilitate, et qui primi coloniae fuerant participes, qui pauci erant inter multos.* Ceterum vtrum expediat admittere, an reiicere peregrinos, de eo agunt Thucyd. lib. I. init. et Aristot. in polit. passim, et maxime V. 3. Dionys. Halic. II. 2. Tacit. ann. XI. 24. Periz.

6. Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν) Nullus dubito, quin inde vrbs haec fuerit dicta, quum ab initio, vt videtur, darent Epidamnii, praeter morem plerorumque Graecorum, facultatem omnibus in eam ἐπιδημεῖν, quasi vrbem τῶν ἐπιδήμων, seu ἐπιδάμων, vt loquebantur Dores, vnde Ἐπιδάμινος, Ἐπίδαμνος. Nam quod Graeci (vide Appian. bell. ciu. et Stephan. Byzant.) ab heroe quodam *Epidamno* primum conditam et dictam volunt, fabula est mera, ab iis conficta, qui omnium pene vrbium et locorum nomina ad heroem aliquem, seu notum, siue ignotum, referunt. Perizon.

ΚΕΦ. ιζ.

Παροιμία, καὶ περὶ Φρυνίχου.

([1] Ἀριθμὸν σφηκῶν) Πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλεκτρυών· παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι πασχόντων. Ὑποκρινομένου γὰρ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ τὴν [2] Μιλήτου ἅλωσιν.

1. Ἀριθμὸν σφηκῶν πτήσσει Φρύνιχος) Erudite, vt solet omnia, hunc locum tractauit doctiss. Leopardus emend. II. 12. Et debuisset illi auscultare Kuhnius. Adagium est antiquum apud Graecos, πτήσσειν, ὥς τις ἀλεκτρυὼν, vel ὡς ἀλέκτωρ, vt patet ex Plutarchi Alcib. pag. 183. Hoc transtulerunt Athenienses ad Phrynichum ex ea causa, quam auctor hic refert. Inde ergo Aristophan. σφηξὶ, hoc est, in vespis, pag. 536. πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ. Censuit itaque Leopardus, pro illis ἀριθμὸν σφηκῶν reponendum Ἀριστοφάνης σφηξί. Sed excipit Kuhnius, nostrum non solitum laudare auctores, vnde aliquid sumsit. Et verum id est. Quapropter persuasissimum equidem habeo, verba illa ἀριθμὸν σφηκῶν, quae nihil pertinent ad hoc proverbium, et quorum etiam sensus est ab eo alienissimus, orta quidem ex compendiose scriptis, in margine primum, ac dein in textu ipso, Ἀριστοφάνης σφηξί. Neutrum vero esse auctoris nostri. Confirmat me multum in hac sententia Lugdun. cod. qui insititia haec et corrupta nullus agnoscit, et sine vllo indicio vitii caput incipit a πτήσσει. Neque aliter reg. Paris. B. sed et in margine reg. C. annotatum est, *vacat in antiquo*, hoc est, deest. Nam et ita cap. 19. ad Λακωνικῶς, quod itidem a quibusdam codd. abest, adscriptum est in margine illud ipsum. Atque ideo suspecta haec vncis inclusi, penitus eiicere non ausus, quia Sluisk. ea tuetur. De Phrynicho abunde egimus ad III. 8. Perizon. — Vix me continui, quin eiicerem illa adulterina: Ἀριθμὸν σφηκῶν. Haud dubie a librario addebatur Ἀριστοφάνης σφηξὶ, vti emendauit Leopardus, quod postea tam misere corruptum in textum transiit. Malim vero in hac coniectura defendenda auctoritate niti codicum, quam cum clar. Meinecke adserere, Aelianum nunquam librorum, vnde sua hauserit, titulum addere. Vnde et τὸ σφηξὶν mutatum voluit in φησιν. Haec, si in memoriam reuocasset, quae in hist. anim. saepius haud dubie legerat, non scripturus erat vir clarissimus. Ita quidem laudatur XII. 9. Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ, et paulo post ἐν τῷ Γηρολόρδῳ κιγκλοβάταν ῥυθμὸν, quae verba manifesto vitio sunt inquinata. Nam nullibi legi comoediam Aristophanis, laudatam sub hoc Γηρολόρδου nomine. Memini quidem ab Hesych. s. v. αὐτοὶ θύομεν, laudari Ἀριστοφάνην γηροτέρῃ, quae fabula non confundenda est cum illa, quae sub nomine γῆρας laudatur a Suida s. v. σλεγγίς. schol. Aristoph. ad equit. pag. 323. et Polluce onomast. II. plurr. Et sic haud dubie emendandum est in Aeliani l. c. ἐν Γήρᾳ· Λόρδου κιγκλοβάταν ῥυθμὸν, quae emendatio iam occupata est a Io. Toupio emend. in Theocr. schol. pag. 214. ed. Warton. Sed de his nos aliquando plura ad illum Aeliani locum. — Imo et in ipsa var. hist. XII. 30. laudatur Aeliano Eupolis ἐν τῷ Μαρικᾷ. Neque vero titulus librorum solum, sed et numerus eorum indicari nostro solet. Hist. anim. XVII. 7. Ἀριστοτέλης ἐν ᾑ περὶ ζώων, et cap. 3. ἐν τῷ θ' τῶν περὶ Πτολεμαίων λόγῳ λέγει Νύμφις.

2. Μιλήτου ἅλωσιν) Quam expugnarunt Persae tempore Darii Hystaspis viris interfectis, et feminis in serv.

οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες [3] ἐξέβαλον δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα.

vitutem abductis. Aegerrime autem tulerunt id Athenienses, qui iam sibi quoque metuebant a Persis. Atque ideo Phrynichum mulctarunt 1000 drachmis, tanquam qui domestica sibi mala renouasset, testibus Herodoto VI. 21. Plutarcho in polit. praec. Strab. lib. XVI. Suida, et schol. Aristoph. Adde Tzetzem ad Hesiod. ἔργ. v. 414. sed vbi corrupte Φερένικος legitur pro Φρύνιχος· ὡς καὶ πρὸ Αἰσχύλου τῆς ἀληθείας ὁ τραγικὸς Φερένικος δίκας ἐξέτισε, ζημιωθεὶς χιλίας δραχμὰς, ὅτι Μιλήτου παρὰ Περσῶν γεγράφηκεν ἅλωσιν, καὶ τὸ θέατρον πρὸς ὀλοφύρσεις ἐκίνησεν, *sicut etiam ante Aeschylum veritatis poenas dedit Phrynichus tragicus, mulctatus mille drachmis, quod Mileti expugnationem a Persis factam scripsisset, et spectatores in lamentationes coniecisset.* Perizon.

3. Ἐξέβαλον) *Eiecerunt*, vertit Vulteius simpliciter, quod erroris incusat Schefferus, quasi mens fuisset Vulteii, Phrynichum ideo *vrbe eiectum*. Defendit Kuhnius, et accipit, sensu *explodendi, exigendi*, scil. e theatro. Et recte prorsus. Nam ne dubitemus ita exactum tunc quoque et explosum Phrynichum, Herodotus addit praeter mulctam illi dictam, fabulam quoque abolitam ex vsu hominum. Sed et ἐκβάλλειν notat quoque, ratione significationis haud dubie a theatro petenda, aliquid *contemnere, contemtim abiicere et aspernari.* Supra II. 24. ἤδη τινὲς τὴν Μίλωνος ῥώμην ἐξέβαλον, τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες. Vbi vide, quae notaui. Perizon.

ΚΕΦ. ιη.

Περὶ Διονυσίου.

Διονύσιος, [1] ὁ τῆς Σικελίας, τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο, καὶ ἐπῄνει, καὶ οὖν καὶ δράματα ἐξεπόνησε τραγικά· ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκειτο, ὅτι οὐκ ἦν φιλόγελως.

1. Ὁ τῆς Σικελίας) In Sluisk. ac reg. A. et C. post haec verba vacuum spatium integri vocabuli est relictum. Et forte addideris haud male τύραννος, quod vnica videtur litera notatum, et ideo facilius excidisse. De Dionysii studio in poesin et maxime tragicam, Cicero Tusc. quaest. V. 22. et alii, quos vide hic apud Kuhnium. A comoedia alienior quidem fuit, sed tamen eam quoque tentauit, vt tradit Suidas, qui ita in concordiam redigendus est cum Aeliano. Satis autem φιλόγελως et facetus erat Dionysius in sacrilegiis suis. Vide Cic. lib. III. de nat. deor. cap. 34. Perizon. — Illud vacuum spatium, quod in mstis h. l. deprehenditur, commode, vt Gronouio videtur, expletur voce τύραννος in cod. Sluisk. quam variam lectionem quam ob rem Perizonius non indicauerit, nescio. Recepit igitur Gronou. et edit. Basil.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεομένους ῥηθέντων ὑπὲρ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου.

Ἔλεγεν ὁ [1] Κλεομένης [2] λακωνικῶς κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, τὸν Ὅμηρον Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν, ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγοντα· τὸν δὲ Ἡσίοδον [3] τῶν Εἱλώτων, λέγοντα ὡς χρὴ γεωργεῖν.

1. Κλεομένης) Fuit hic *Anaxandridae f.* vt diserte ait Plutarch. apophth. lacon. Primus ergo eius nominis rex Spartanus, qui vixit tempore Darii primi. Periz.

2. Λακωνικῶς) Etiam a Lugd. abest haec vox, aeque ac a Parif. B. At in cod. C. annotatum est iterum, *vacat in antiquo.* Et sane si abfuisset ab omnibus edd. nemo, opinor, eam desideraffet, modo Cleomenem sciuisset Spartanum fuisse. Nam de homine Lacedaemonio idem est, dixisse eum aliquid λακωνικῶς, vel, κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, quum vtique ἐπιχώριος τρόπος sit illi λακωνικός. Nihil tamen mutare sum ausus, quia reliqui codices retinent vocabulum. Et vtrumque coniunxit noster etiam supra II. 19. λακωνικῶς τε ἅμα καὶ κατὰ τὸν ἐπιχώριόν σφισι τρόπον. Perizon.

3. Τῶν Εἱλώτων) Vide supra ad III. 20. et Crag. de rep. Laced. I. 11. Perizon.

ΚΕΦ. κ.

Περί τινος ἡδέως ἀποθνήσκοντος, ὅπως ἂν ἴδοι τινὰς τῶν τεθνεώτων.

Ἀνὴρ Μεγαλοπολίτης ἐξ Ἀρκαδίας, [1] Κερκιδᾶς ὄνομα,

1. Κερκιδᾶς ὄνομα) Fuit hic non tantum poeta iamborum, quem tamen, quod miror, Vossius in poet. gr. praetermisit, sed et legislator Arcadum, qui et primum ac secundum librum Iliados Homericae sepeliri secum iussit. Vide Ptolem. Hephaest. apud Phot. bibl. p. 485. Meminerunt eius praeter Athenaeum, complures alii, inque iis Laert. in Diog. seu VI. 76. vbi vide omnino Menagium. Addam ego illis Eustathium, tanto magis, quoniam simul eum in hoc nomine corrigam. Ait ille ad Homer. Il. Β. pag. 199. extr. νόμους τινὲς ἐξέθεντο, ἀποστοματίζειν τοὺς παιδευομένους τὸν Ὁμήρου κατάλογον, ὡς καὶ ὁ Κερδίας νομοθετῶν τῇ πατρίδι, *quidam leges tulerunt, vt illi, qui docentur in* scholis, *memoriter recitent catalogum nauium, sicuti fecit etiam Cerdias leges ferens suae patriae.* Sed quis ille Κερδίας? Legendum sine dubio Κερκιδᾶς, qui vtique leges patriae suae condidit, et amauit Homerum, ac eius, vt vidimus, *secundum Iliados librum,* cuius potissima pars est ille *catalogus*; sepeliri secum iussit. Verum haec quum iam scripsissem, praeceptam dein vidi hanc emendationem ab amplisf. Cupero apotheos. Homer. pag. 130. quod, ne quis me plagii argueret, testandum vltro censui. Perizon.

ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τὰς οἰκείας, [2] ἐνθυμέμενος ἡδέως ἀπολύεσθαι τὰ ζῆν· διʼ ἐλπίδος γὰρ ἔχειν συγγενέσθαι, τῶν μὲν σοφῶν Πυθαγόρᾳ, τῶν δὲ ἱστορικῶν [3] Ἑκαταίῳ, τῶν δὲ μουσικῶν [4] Ὀλύμπῳ, τῶν δὲ ποιητῶν Ὁμήρῳ. Καὶ ἐπὶ τούτοις, ὡς λόγος, τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν.

2. Ἐνθυμέμενος ἡδέως) Miris hic modis haesitat erud. Kuhnius, et in notis modo secutus vulgatam distinctionem, a Perusco vsque profectam, quae commate separat haec vocabula, exponit ἐνθυμέμενος absolute, *re considerata, cogitata*; modo suspicatur legendum εὐθυμέμενος, *laetus*. Similiter in *indice* modo exponit *ex animo*, modo praefert iterum illud ἐνθυμέμενος. Vulteius nullam eius vocabuli in versione, quae seruata hic est ab omnibus, rationem habuit. Et tamen nihil hic difficultatis est, modo tollatur ineptum illud comma, quod distinguit coniungenda. Syntaxis enim est, ἔλεγε ἀπολύεσθαι τὰ ζῆν ἐνθυμέμενος ἡδέως. Neque alia est loquendi ratio in infinito, quam si in finito dicatur, ἀπολύομαι τὰ ζῆν ἐνθυμέμενος ἡδέως, hoc est, *discedo e vita cum iucundis cogitationibus*, seu *suauiter cogitans* de illa spe, quam concepi, breui iam videndi Pythagoram etc. Passim ita iunguntur verbis etiam infinitis nominatiui, in quo haesisse hic videntur interpretes, aeque ac Gesnerus dein cap. 23. Sic supra III. 29. Diogenes de se dicebat, εἶναι πλάνης, πατρίδος ἐστερημένος. V. 17. οἱ δὲ, sc. φασὶ, μεμηνὼς τοῦτο δρᾶσαι. VII. 5. ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς πολλὰ εἰδέναι καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι. Sic et mox cap. 23. et 38. extr. imp. Julian. orat. I. p. m. 44. τῷ χαίρειν πάντα δωρέμενος, *laetari, dum omnia donas* aliis. Vide et Budaeum comment. l. gr. p. m. 1327. Sed et Latini graecismum hunc saepe imitati sunt, vt notarunt grammatici. Vide Sanctii Mineru. III. 7. extr. Ἐνθυμέμενος est simpliciter *cogitans*. Sic actor. ap. X. 19. ἐνθυμέμενος περὶ τὰ ὁράματος, *cogitans de ista visione*. Perizon. — Fateor Perizonii exponendi rationem verbi ἐνθυμέμενος admodum duram mihi videri. Hinc cum I. Gronouio legerem ἀθυμεμένας, h. e. tristitia atque moerore adfectos.

3. Ἑκαταίῳ) Illustris hic fuit historicus, Milesius patria, qui et primus dicitur a quibusdam scripsisse historiam soluta oratione. Vixit et floruit tempore Darii primi. Vide Vossium. Periz.

4. Ὀλύμπῳ) Duo istius nominis memorantur ex Phrygia celeberrimi tibicines. Alter amasius et discipulus Marsyae, dudum ante troiana tempora, qui maxime celebratur. Hygin. fab. 273. interfuisse eum ludis ait quos Acastus Peliae f. fecerit Argis, et *vicisse tibiis*, sicuti *voce ad Olympi tibias* vicisse istic dicitur Eumolpus Neptuni f. Alter iunior, qui tamen refertur a Suida ad tempora Midae. Vtrique tribuuntur αὐλῳδικοὶ νόμοι, priori etiam μέλη, *carmina*. Vide de vtroque Plutarch. de mus. init. et Suidam. Adde Aristoph. equit. pag. 288. et ibi schol. Aristot. polit. VIII. 5. Lucian. adu. indoct. pag. 540. et Harmon. pag. 639. Pausan. phoc. cap. 30. Philostrat. vit. Sophist. pag. 568. Ouidium metam. VI. 393. et Pont. III. 3. Hygin. fab. 165. aliosque. Ex quibus liquet, priorem illum, Marsyae discipulum, hoc nomine κατʼ ἐξοχὴν intelligi. Perizon.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Φρυγίας ἁρμονίας.

Ὅτι ἐν Κελαιναῖς [1] τὴν δορὰν τοῦ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον, ἡ δορὰ κινεῖται· ἐὰν δὲ [2] εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε [3] κωφῇ.

1. Τῇ δορᾷ τοῦ Φρυγὸς) Nostri codd. pariter, sed et ex reg. B. et C. τὴν δορὰν, quod cur mutauerit Cam. Peruscus, ratio idonea est nulla, quum passim vocula πρὸς cum verbis composita accusatiuum illis casum iungat. Supra V. 6. καὶ ὁ μὲν ἥλιος αὐτὸν προσέβαλλεν. Et vbiuis apud Homer. τὸν δ' αὖ προσέφη, προσέειπεν, et similia. *Phryx* autem ille est Marsyas, cui detracta cutis ab Apolline, suspensa est Celaenis. Vide Lucan. pharf. III. 206. Statium theb. IV. 186. et maxime Herodot. VII. 26. sed ex quo loco male putant Marsyae pellem *forma vtris* istic suspensam, cum Schefferus noster, tum Bartholin. de tib III. 2. Decepit eos interpres Herodoti, qui ita vertit, quum verba auctoris sint, καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται, *etiam Sileni Marsyae cutis in illa vrbe suspensa est*. Nempe ἀσκὸς notat etiam ipsam pellem animalis, seu cutem corporis, vt notum est. Ceterum, quia Marsyas inuenit *phrygiam harmoniam*, eaque celebrabatur maxime Cybele, quam coluit et affectatus est ille, ideo etiam *pellis* eius audita hac harmonia *mouetur*, nihil vero mouetur ad cantum *Apollineum*, seu ad cantus et hymnos in honorem inimici. Periz. — Irascebatur A. Gronouius Perizonio ob turbatam lectionem vulgatam τῇ δορᾷ, quam non solum a cod. Med. 3. a secunda manu, sed etiam vsu linguae et constructionis ratione tueri ostendit. Herodo. IV. 177. ἀλλ' ἤν προσαύλησον σὺ νῶιν πτισμόν τινα. Neque vero leuius defensionis argumentum in analogia linguae inuenisse sibi videbatur Abr. Gronou. cum προσᾴδειν et ἐπαυλεῖν tertio iungerentur casui. Laudat in hanc rem Lucian. de sacrif. tom. I. pag. 536. καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ θυσίᾳ ἐπαυλοῦν. Suidas, ἐπαυλοῦν τῇ δοτικῇ. Pollux onom. IV. 7. 55. p. 377. ἦν δὲ αὐλῆτις ᾆσμα ταῖς αἰώραις προσᾳδόμενον. Aristoph. ran. v. 898. ὑμεῖς δὲ ταῖς μούσαις τι μέλος προσᾴσατε. Noster infra XIV. 23. ὁ τῇ κιθάρᾳ προσᾴδων.

2. Εἰς Ἀπόλλωνα) Malis haec auribus sollicitant eruditi. Schefferus legit, ἐὰν δέ τις Ἀπόλλωνος. At ampliss. Cuperus obseru. III. 15. ἐὰν δὲ τὴν Ἀπόλλωνος, praefatus *nihil videre se, cum quo* vulgata lectio *cohaereat*. At omnia sunt sana prorsus et plana. Fuit enim inter νόμους αὐλῳδικοὺς, vnus εἰς Ἀπόλλωνα, ab ipso, vt plerique tradunt, Olympo inuentus. Plutarch. de musica, non longe ab init. λέγεται τὸν προειρημένον Ὄλυμπον, αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα, τὸν καλούμενον πολυκέφαλον, *dicitur enim, supra dictum Olympum tibicinem ex iis, qui fuerunt ex Phrygia, fecisse in Apollinem harmoniam tibicinam, quae vocatur polycephalos*. Addit deinde, alios eam tribuere Crateti discipulo Olympi, alios iuniori Olympo. Sensus ergo huius loci est, ἐὰν δὲ προσαυλῇ τις ἁρμονίαν τὴν εἰς Ἀπόλλωνα. Perizon.

3. Κωφῇ) Perperam prorsus vertebatur *muta*. Nec enim pellis cecinisse dicitur et ipsa, sed tantum mouisse se ad phrygiam harmoniam, quae ad hymnum in Apollinem, victorem suum et vltorem acerbum, quasi surda, nihil se mouet. Graeca autem vox aeque *surdum* notat ac

mutum. Nicarch. anthol. epigr. II. 10.

δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλλον
ἦν ὁ κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος.

surdaster cum surdastro litigabat, et multa magis surdus erat index, quam hi duo. Apud Lucian. quidem in tragopod. extr. dicitur Marsyae pellis in pinu λιγὺ ψαίρειν, *lene stridere*, vt egregie locum hunc restituit doctiss. Iensius, sed nihil illud huc pertinet. Ceterum edidit Peruscus, et omnes dein alii, ἔοικε κωφῷ. At msti mei pariter κωφῇ. Voluerunt, (nam iota nunquam ferme subscribunt) κωφῇ, quod quin recipiendum sit, nullus dubito. Sic Il. 44. ἔοικεν δὲ μῶντι ἐπὶ τὴν μάχην. Vertendum itaque erat, *et similis videtur surdae.* Perizon.

ΚΕΦ. κβ.

Περὶ Ὁμήρου ναοῦ, καὶ ἀγάλματος.

[1]Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ, κατασκευάσας [2] Ὁμήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισε· κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τοῦ Ὁμήρου. [3] Γαλάτων δὲ ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους.

1. Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ) Quartus hic fuit Aegypti rex inter Ptolemaeos Lagidas; pessimae notae homo, de quo velim videas Iustinum lib. XXIX. et XXX. ac auctorem lib. III. Macchab. Perizon.

2. Ὁμήρῳ νεὼν) De templis et honoribus diuinis *Homero* habitis, vt et de septem illis vrbibus, quae de Homero sibi vindicando certabant, vide ampl. Cuperum ad elegantissimum marmor ἀποθεώσεως Homericae, ac Marshamum chron. can. ad secul. XV. denique Leonem Allatium de patria Homeri, vbi id agit, vt eum insulae Chio potissimum afferat. Sluisk. legit sequentia sic, αὐτὸν μὲν καλὸν καλῶς ἐκάθισε. Atque ita etiam reg. Paris. A. et C. probante clar. Boivinio. Solebant autem dii potissimum exhiberi *sedentes*, vt liquet etiam ex illo marmore ἀποθεώσεως. Perizon.

3. Γαλάτων) Ignobilis hic fuit, certe ignotus nobis, pictor. Schol. Luciani nuper editus, videtur eum appellare Γελάτω, tom. I. pag. 14. Conuenit hoc cum *Elada*, Phidiae praeceptore, statuario, qui et Tzetzi dicitur Γελάδας. Vide Franc. Iunium in Eladas. Multi autem statuariam et picturam olim exercebant simul. Perizonius.

ΚΕΦ. κγ.

Περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίου.

Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, [1] ὁ Εὐνόμου παῖς, [2] δικαίως

1. Ὁ Εὐνόμου παῖς) Vulgatam sequitur sententiam, quam omnibus praepensis etiam praetulit Plutarch. Ex hoc tamen discimus, Simoniden dedisse Lycurgo patrem, non *Eunomum*, sed *Prytanin*, qui ceteroquin Eunomi fuit pater. Sequitur eum Phlegon in *olympiis*,

βουληθεὶς ἀποφῆναι Λακεδαιμονίους, ὑπὲρ τούτου γε οὐ καλοὺς [3] τοὺς μισθοὺς ἠρύσατο. Ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι ὑπὸ Ἀλκάνδρου· ὡς μὲν τινές φασιν, ἐξ ἐπιβουλῆς [4] λίθῳ βληθεὶς, ὡς δὲ ἄλλος διαφοιτᾷ λόγος, βακτηρίᾳ παθὼν τὸ πάθος. Λέγεται δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἄλλα θελήσαντας, ἄλλων δὲ τυχόντας. Λέγει δὲ [5] Ἔφορος, αὐτὸν [6] λιμῷ διακαρτερήσαντα ἐν φυγῇ ἀποθανεῖν.

diserte prorsus. Accedit et Suidas, qui Lycurgum dicit *fratrem Eunomi*, et tamen *patruum Charilai*. Turbat haec etiam magis Herodot. I. 65. Lycurgum referens ad familiam Eurysthenidarum, siquidem *patruum* dicit *et tutorem Leobotae regis*, qui aetate haud paulo maior fuit Charilao, cuius alii eum *tutorem et patruum* fuisse tradunt. Pausan. tamen in lacon. cap. 2. sequi videtur Herodotum, nisi quod *leges* Lycurgum *tulisse* dicat demum *sub Agesilao*, Labotae nepote. Sed et nunc, et Herodotum, immo et reliquos a recepta sententia recedentes, erroris accusare haud veretur Meurs. in regn. Laced. cap. 11. et 16. vt et misc. lac. II. 5. Per.

2. Δικαίους βουληθεὶς ἀποφῆναι Λακεδαιμονίους) Sic Plutarch. in apophth. lacon. βουλόμενος ἐκ τῆς προϋπαρχούσης διαίτης τοὺς πολίτας εἰς σωφρονεστέραν βίου τάξιν μετάγειν, καὶ καλοκαγαθικοὺς ἀπεργάζεσθαι· ἁβροδίαιτοι γὰρ ἦσαν, *volens ciues ex priori genere vitae traducere ad magis temperantem vitae rationem, et honestos strenuosque reddere; erant enim remissioris vitae.* Fuerant scil. antea κακονομώτατοι σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, vt ait Herodotus, ac perpetuis conflictabantur seditionibus, in quibus etiam Lycurgi pater Eunomus cultro coqui fuit occisus. Vide Plutarch. Mox vt B. et C. Paris. sic et Lugd. ὑπὲρ τούτων. Perizon.

3. Τοὺς μισθοὺς ἠρύσατο) Vir doctus in misc. obseru. tom. III. p. 245. suspectum habet verbum ἠρύσατο, quum ipsi nullum succurreret exemplum eiusdem notionis. Legebat igitur aut ἤρνυτο, aut ἤρατο. Quae posterior coniectura placere forte illi poterat, qui meminerit, quam studiose Aelianus Homerum imitetur atque exprimat. Nam Iliad. 12. 435. — ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται. Tamen nihil mutandum. Sic quoque μισθὸν ἀρύεσθαι apud Pindar. pyth. I. 147. restituerem, ἀρύομαι Πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν Μισθὸν, pro vulgato αἱρέομαι, nisi hoc scirem defendi ab illustri Heynio, cuius in Pindarum commentarium quis non auide exspectet, qui summi illius viri amplam eruditionem, atque elegantiarum poeticarum subtilem sensum vel fando cognouit! In antholog. aliquo loco occurrit ἀρύεσθαι χάριτας eodem, quo ἀρύεσθαι μισθὸν, modo dictum:

οὕτω καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος,
ἦν δ' ἄρ' ἐπ' ἄκρον
τέρμα μόλῃς, ἀρύσῃ Πιερίδων χάριτας.

Vid. ind. graec. s. v. ἀρύομαι.

4. Λίθῳ βληθεὶς) Male Gesnerus voluit βληθέντι, et mox παθόντι. Graecismum hunc satis iam asserui supra ad cap. 20. Varietas autem traditionis ex eo orta est, quod in seditione simul lapidibus petitus est, et foro eiectus, simul ab Alcandro insequente eum percussus baculo, qua de causa dein baculis in concione haud amplius vsi sunt Lacedaemonii. Vide Plutarch. in Lycurgo, et apophth. lacon. Val. Maxim. V. 3. 2. extr. atque alios. Perizon.

5. Ἔφορος) Cumanus ex Aeolide

hic fuit, discipulus Isocratis: scripsit res Graecorum ab reditu Heraclidarum in Peloponnesum ad sua vsque tempora. Illius etiam auctoritate in historia Lycurgi refutat Hellanicum Strabo lib. VIII. pag. 366. et Lycurgo templum ac honores diuinos Lacedaemone asserit. Ceterum de Lycurgi genere mortis res est incertior. Vide Plutarch. et Iustin. Perizon.

6. Λιμῷ διακαρτερήσαντα) Sic supra VII. 6. Scytha quispiam in frigore et niue erat διακαρτερῶν γυμνὸς. Lucian. de morte peregrin. in medio, δέον τὰς θεατὰς τῶν ὀλυμπίων διακαρτερεῖν διψῶντας, καὶ, νὴ Δία, γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλὺς αὐτῶν, *necesse, vt spectatores olympiorum perseuerent sitim ferre, et per Iouem etiam moriantur ex eo multi illorum.* Vide et Suidam in v. ἀπεκαρτέρησεν, vt iam monuit Schefferus. Perizon.

ΚΕΦ. κδ.

Περί τινων ὑπ᾽ ἰδίων νόμων βλαβέντων.

[1] Λυκῦργος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε [2] μὴ ἐλαύνειν τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς μυστηρίοις ἐπὶ ζευγῶν, ἢ τῇ δρώσῃ τῦτο [3] ἐπηρτῆσθαι ζημίαν, [4] ἥν γε ᾤετο τάξας ἀποχρῶσαν. Πρώτη

1. Λυκῦργος) Discipulus Platonis et Isocratis, floruit in rep. Atheniensium, tempore Philippi et Alexandri. Vitam et laudes eius vide apud Plutarch. in vit. X. rhet. Perizon.

2. Μὴ ἐλαύνειν) Plutarch. d. l. rationem legis, et mulctae modum addit, ἐπὶ ζεύγυς μὴ ἀπιέναι γυναῖκα Ἐλευσῖναδε, ὅπως μὴ ἐλαττῶνται ὑπὸ τῶν πλυσίων· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας, *mulierem bigis non proficisci Eleusina, ne superentur pauperes a diuitibus.* Sic interpres rationem illam exponit, sed quae obscurior est: neque vero *pauperes* in graecis nominantur. Si locus recte se habet, malim τὸ ἐλαττῶνται referre ad ipsos viros, non ad feminas, de quibus in singulari numero egit Plutarchus. Ita sensus erit, ne ciues damnum fortunarum suarum facerent, vel pauperiores fierent per diuites feminas, quae immodicis sumtibus faciendis in bigas, reliquas dein omnes in aemulationem sumtuum illorum excitarent: sic certe Demosthen. contra Midiam, p. m. 407. inter reliqua luxuriae argumenta vitio illi vertit, quod vxorem suam ducat εἰς μυστήρια, ἐπὶ τῦ λευκῦ ζεύγυς τῦ ἐκ Σικυῶνος, *bigis equorum candidorum ex Sicyone.* Nempe, vt ex his liquet, ab opulentis hominibus non vulgares adhibebantur bigae, sed quae sumtu praecipuo, seu pretio ac specie illas vulgares superarent. Perizon.

3. Ἐπηρτῆσθαι ζημίαν) Scripturae vitium est haud dubium, quando in notis Schefferi, eo probante, legitur, mss. B. et C. Paris. habere ἐπεσθήσεσ, quod graecum non est. Voluit Scheffelus ἐπαρτήσας, quod diserte exhibet Lugd. cod. et Paris. secundus, ac margo tertii. Sed vulgatam lectionem, quam et Sluisk. tuetur, praefero. Supra VII. 15. τοῖς ἀφισαμένοις τιμωρίαν ἐκείνην ἐπήρτησαν. Perizon.

4. Ἥν γε ᾤετο τάξας ἀποχρῶσαν) Kuhnius in indice putat *excidisse particulam*, ὁ, et exponit ὁ τάξας de accusatore, vel iudice, litem aestimante, quod facere illi solebant, si esset ἀγὼν ἀτίμητος, non ἀτιμώρητος, vt perperam istic legitur, hoc est, *accusatio criminis, cui poena lege non erat constituta.* Sed quum nihil mutent msti, et quum absurdum sit accusatoris ar-

τῷ ψηφίσματι ἠπείθησεν ἡ τούτου γυνὴ, καὶ τὴν ζημίαν ἐξέτισε καταδικασθεῖσα.

Καὶ Περικλῆς ἔγραψε, [5] μὴ εἶναι Ἀθηναῖον, ὃς μὴ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν· εἶτα ἀποβαλὼν τοὺς γνησίους παῖδας, ἐπὶ τῷ νόθῳ Περικλεῖ κατελέλειπτο. Δῆλα δὲ ὅτι καὶ Περικλῆς ἐβούλετο μὲν ἕτερα, ἔτυχε δὲ ἑτέρων.

[6] Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι *) πρῶτος εἰσηγησάμενος, αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος.

Ζάλευκος ὁ Λοκρῶν νομοθέτης προσέταξε τὸν μοιχὸν ἁλόντα ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. [7] Ἃ τοίνυν μηδὲ

bitrio permitti poenam rei, iudex vero nunquam ita simpliciter vocetur ὁ τάξας, quum denique Plutarchus diserte tradat mulctam 6000 drachmarum ipsa lege sancitam, satis patet aliter haec accipienda; nempe, quam mulctam ipse *sua lege definiuerit*, prout *sufficere putabat*. Τάττειν passim ita ponitur pro certi aliquid constituere, definire. Supra XI. 9. de Aristide, τοὺς φόρους τοῖς Ἕλλησι τάξας, *tributa singulis Graecis constituens, praefiniens*. Epictet. cap. 40. τάξον σεαυτῷ τινα χαρακτῆρα καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις, *constitue tibi certam vitae formam, quam serues*. Actor. ap. XXVIII. 23. ταξάμενοι αὐτῷ ἡμέραν, *diem illi constituentes*. Quin sicuti hic de eo, qui legem fert, dicitur, ita infra XIV. 22. init. de tyranno ciuibus suis quid praecipiente et edicente: ἔταξε τοῖς ἐπιχωρίοις, μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι. Perizon.

5. Μὴ εἶναι Ἀθηναῖον) De hac lege Periclis, de duobus filiis eius legitimis, Paralo et Xanthippo, denique de filio eius notho Pericle, qui tamen dein in patris gratiam ciuitate donatus est, vide supra VI. 10. et quae istic notaui. Periz.

6. Κλεισθένης) *Clisthenes* hic nepos ex filia fuit Clisthenis Sicyonii, de quo habuimus supra XII. 24. Ille vero post Pisistratidas eiectos restituit Athenis et intendit democratiam, X. fecit tribus, et multos peregrinos ac seruos et inquilinos in eas admisit. Vide Aristot. polit. III. 1. et VI. 4. et Isocrat. areopag. pag. 338. Hinc a Max. Tyr. diss. IX. init. coniungitur cum Lycurgo et Solone, tanquam praecipua quapiam potestate leges ferendi instructus. Vtrum autem *Clisthenes* hic primus *ostracismum* induxerit, et passus fuerit, res incerta est, quia alii alios rei auctores narrant, sed a verisimilitudine neutiquam abhorrens, quippe quum voluerit post tyrannos eiectos αὐξῆσαι τὴν δημοκρατίαν, vt ait Aristoteles, et ipse post constitutam ab se remp. et multos peregrinos in ciuitatem ascitos, qui omnes ipsius erant clientes, necessario potentissimus Athenis euaserit, quae vnica ostracismi subeundi erat caussa. De *ostracismo* et eius origine vide Scaliger. ad Euseb. DCCLXXXVI. et Meurs. lect. att. V. 18. Mox Lugd. αὐτὸς δὲ ἔτυχε, quod ex Parisiensibus duobus etiam Schefferus protulit, et sibi placere testatus est. Periz.

*) Cf. ind. s. v. εἰσηγεῖσθαι.

7. Ἃ τοίνυν μηδὲ προσεδόκησε, ταῦτα ὁ δαίμων) Variant hic codd. Sluisk. et reg. 1. omittunt ταῦτα. Idem fecit reg. 3. sed cuius margini adscripta est ea vox. Lugd. vero et reg. 2. agnoscunt eam, sed pariter legunt aeque ac prima

προσεδόκησε, ταῦτα ὁ δαίμων αὐτῷ παρὰ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπήγαγεν. Ὁ γάρ τοι παῖς ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, εἶτα ἔμελλε πείσεσθαι τὰ ἐκ τοῦ πατρῴου νόμου. Ἐνταῦθα, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἅπαξ κεκυρωμένον, ὑπέμεινεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμενος ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τῶν τοῦ παιδὸς ὀφθαλμῶν, ἀντιδοῦναι τὸν ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελέως.

manus reg. 3. μὴ προσεδέκησε. Et recte forsan. De Zaleuco vide supra II. 37. et III. 17. Heraclid. de pol. poenam hanc ait apud Locrenses fuisse furti; et ad id crimen, convicto Zaleuci filio, omnem hanc historiam refert. Sed verisimilius noster, cui assentitur Val. Max. VI. 5. et ratio poenae in adulterio, quum *oculi sint in amore duces*. Periz.

ΚΕΦ. κϛ.

Περὶ Πινδάρου ἐν ἀγωνίᾳ Κορίννης ἡττηθέντος.

Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἡττήθη [1] Κορίννης πεντάκις. Ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος [2] σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννανּ

1. Κορίννης) Tanagrae vixit et poeticam exercuit, et ideo post mortem suam honorata est istic, teste Pausan. in boeot. monumento et pictura. Ab ea non victus tantum est Pindarus, sed et iuuenis ipse illius consiliis in carminibus recte pangendis est vsus. Vide Plutarch. in lib. *vtrum Athenienses bello an sapientia clariores*. Periz.

2. Συνεκάλει τὴν Κόριννων) Defendunt hanc lectionem Per. Faber agon. III. 26. et Colomes. κειμήλ. lit. cap. 11. sed quaesitissimis ac diuersis interpretantur modis: et hic quidem συγκαλεῖν exponit *iudicem constituere*, quasi *conuocare aliquem*, simpliciter ita positum, idem sit, quod capere aliquem iniuriae sibi factae arbitrum. Faber vero ita haec accipit, quasi Pindarus, quum vellet *reprehendere iudicum imperitiam, in conspectu Corinnae victricis id fecerit, cui huius rei gratia condixerat*, hoc est, diem constituerat. At nullam illa habent veri speciem, nisi etiam ἐλέγχων hic interpreteris de publica oratione, qua auditorum fuctum imperitiam declararit; et ad quam audiendam vocauerit etiam Corinnam. Sed simplicissimum ac verissimum est, vel quod voluerunt Scaliger aduersus R. Titium, et Liuineius apud Schottum obs. III. 33. legentes ὗν ἐκάλει, vel quod Kuhnius hic loci diuiso tantum vocabulo σῦν ἐκάλει. Quod ipsum, ne me admisisse aegre feras, diserte ita exhibet Sluisk. et ex reg. Par. A. et C. Dum autem Corinnam Pindarus appellauit *suem*, inscitiam eius arguit, et simul, ac vel maxime, inscitiam iudicum vel auditorum, qui iudicem suae vel musae, vel Mineruam praetulerint. Notum est illud, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *sus Mineruam*, h. e. indoctus doctissimum docet, corrigit, superat. Sic Demades de Demosth. Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *Demosthenes me vult corrigere, sus Mineruam*, apud Plut. in praec. polit. Sed et Boeotorum inscitia notata fuit adagio hoc, ὗς Βοιωτία, de cuius adagii opprobrio vide ipsum Pindar. olymp. VI. 152. et ibi schol. Adde hic Kuhnium. Perizon.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. κϛ.

Πῶς ὁ Διογένης ἐν ἀπορίᾳ πάντων γενόμενος παρεμυθήσατο ἑαυτόν.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔρημος ἦν, καὶ μόνος ἀπέῤῥιπτο· καὶ οὔτε τινα δι' ἀπορίαν ὑπεδέχετο, [1] οὔτε τις αὐτὸν ἐξένιζε, τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικὸν, καὶ ὅτι ἦν πρὸς τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα δυσάρεστος. Ἠθύμει οὖν ὁ Διογένης, καὶ [2] φύλλων ἄκρα ἤσθιε· ταῦτα γάρ οἱ παρῆν. Τοῖς δὲ ἀποπίπτουσι τοῦ ἄρτου θρύμμασι μῦς ἐχρῆτο ἐπιφοιτῶν. Ὁ οὖν Διογένης φιλοπόνως κατεσκέψατο τὸ πραττόμενον, καὶ μειδιάσας, καὶ ἑαυτοῦ γενόμενος φαιδρότερός τε, καὶ ἵλεως, εἶπεν· ὁ μὲν μῦς οὗτος τῆς Ἀθηναίων πολυτελείας δεῖται οὐδέν· σὺ δὲ, ὦ Διόγενες, ἄχθῃ, φησὶν, ὅτι μὴ συνδειπνεῖς Ἀθηναίοις; Καὶ ἐπόρισεν ἑαυτῷ εὔκαιρον εὐθυμίαν.

1. Οὔτε τις αὐτὸν ἐξένιζε τὸν ἄνδρα, ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικὸν) Ita haec distinguebantur, vertebantur autem, quasi *ἐκτρεπόμενος* referendum esset ad Diogenem, et notaret *inuisum*, seu eum, quem alii fugiunt et auersantur. Id quod longe secus se habet. Ἐκτρέπεσθαι enim cum accusatiuo personae proprie notat *fugere aliquem obuium*, et ideo *de via deflectere*. Nam intelligitur τῆς ὁδοῦ, quod exprimitur ab auctore XIV. 49. de milite in agmine, ὅτι τὴν τάξιν ἐκλιπὼν ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ διψήσας. Hinc iam simpliciter pro *fugere*, *auersari* aliquem vel aliquid, ponitur. Dion. Hal. lib. V. de Bruto filiorum suppliciis praesidente, οὔτε αὐτὸς ἐκ τῆς ἀγορᾶς παρεχώρησεν, ἕως ἐκεῖνοι κολασθῶσι, τὴν δεινὴν θέαν ἐκτρεπόμενος, *neque ipse foro excessit, vsque dum illi puniti iam essent, triste spectaculum fugitans*. Epict. cap. 38. coniunxit ideo tanquam synonyma, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι τὰ βλαβερὰ, *fugere et auersari noxia*. Distinguo itaque οὔτε τις αὐτὸν ἐξένιζε, τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος διὰ, etc. *neque eum excipiebat quispiam, fugiens virum propter* etc. Perizon.

2. Φύλλων ἄκρα ἤσθιε) Vetustissimus hic erat cibus hominum, ante glandes repertas, si fides Ouid. fast. IV. 393.

> *panis erant primis virides mortalibus herbae,*
> *quas tellus nullo sollicitante dabat,*
> *et modo carpebant viuax e cespite gramen*
> *nunc epulae tenera FRONDE cacumen erat.*

Plura eius argumenti vide hic apud Schefferum. Sluisk. et Med. legunt φυλλίων, quo notantur *folia herbarum hortensium, et olerum*. Vide Suidam in φυλλεῖα, et schol. Aristoph. ad Acharn. pag. 394. Sed vulgatum verius, licet vilissimis etiam oleribus, λαχάνοις, victitasse Diogenem, ex colloquio illius et Aristippi constet. Vide Laert. in Arist. et Valer. Max. IV. 3. 4. Perizon.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ Σωκράτους σώματος.

Ὅτι τὸ Σωκράτους σῶμα [1] ἐπεπίστευτο κόσμιον, καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γεγονέναι· [2] καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεὶ, καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ [3] ἐπιθανατίως εἶχον, Σωκράτης δὲ μόνος οὐκ ἐνόσησε τὴν ἀρχήν. Ὁ τοίνυν τοιούτῳ συνὼν σώματι, τίνα ἡγούμεθα εἶχε ψυχήν;

1. Ἐπεπίστευτο) MSS. πεπίστευτο, vt solent plusquam perfecti temporis verba passim etiam sine illo augmento nobis occurrere. Perizon.

2. Καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεί) Turbata haec sunt ineptis distinctionibus, et ideo ab editoribus atque aliis eruditis parum intellecta. Iunxerant haec superioribus per comma, et punctum collocauerant post πανδημεὶ, atque ideo Faber pro ταύτῃ legi voluit ὅταν. Cuperus vero obseru. III. 15. ita haec distingui voluisse videtur: ὅτι τὸ Σ. σ. ἐπεπ. κ. καὶ σ. ε. γεγονέναι καὶ ταύτῃ. Ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεὶ, καὶ etc. Vt sensus sit, *creditum est* etc. *etiam ex eo*, quod scil. sequitur. Sed non opus est ea diuelli, et satis plana sunt omnia, modo post εἶχον ponas non punctum, sed comma et exponas vt a me vides factum. Pestilentia autem hic designatur celebris illa, in qua et Pericles duos amisit filios, quos solos habebat legitimos, vide supra VI. 10. et IX. 6. Periz.

3. Ἐπιθανατίως εἶχον) Vocis ἐπιθανάτιος exempla desiderabat vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 246. a probatis auctoribus vsurpata. Inuenerat tantum in Hesychii, Suidae et Etymol. M. explicationibus vocis ἐπίκηρα, vti et posterioris s. v. θνητός. Addidi ego in ind. s. v. exemplum e Dion. Hal.

ΚΕΦ. κη.

Περὶ τοῦ οἰκέτου τοῦ Διογένους ὑπὸ κυνῶν διασπασθέντος.

Διογένης ἡνίκα [1] ἀπέλιπε τὴν πατρίδα, [2] εἷς αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει, ὄνομα Μάνης· ὃς οὐ φέρων τὴν μετ' αὐτοῦ διατριβὴν ἀπέδρα. Προτρεπόντων δέ τινων ζητεῖν αὐτὸν, ἔφη· οὐκ αἰσχρὸν, Μάνην μὲν μὴ δεῖσθαι Διογένους, Διογένην δὲ Μάνους; Οὗτος δὲ ὁ οἰκέτης εἰς Δελφοὺς

1. Ἀπέλιπε τὴν πατρίδα) *Patria* fuit Sinopensis; eam vero reliquit, fuga sibi consulens, quum accusaretur adulterasse et circumcidisse nummos. Vide Laert. in Diog. Perizon.

2. Εἷς αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει) Vt B. et C. Paris. sic et Lugd. αὐτῷ: quod ferme praetulerim vulgato. De re ipsa, et hoc Diogenis dicto vide Diog. Laert. et Senecam de tranquill. an. cap. 8. Perizon.

ἁλώμενος ὑπὸ κυνῶν διεσπᾶσθαι, [3] τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν.

3. Τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας) Kuhnius in indice haec interpretatur, *domini vice*, et *aliasum* putat ad cognomen Diogenis, quo κύων passim audiit. Voluisse ergo videtur, iungi haec superioribus, vt sensus sit, seruum a canibus discerptum vice domini, quasi canes pro domino poenam sumserint de seruo. Sed alienum hoc est ac longe nimis petitum. Repugnat etiam articulus τοῦ. Simpliciter igitur locutione hac *dominum* designari putem, vel disertius, *illum qui ius et nomen domini in hunc seruum obtinebat*. Sic passim ὀνόματα, *nomina*, pro ipsis hominibus. Lucas actor. ap. I. 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσι. Iohann. apocal. III. 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα, ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια. Adde XI. 13. vbi dicuntur *occisa* ὀνόματα ἀνθρώπων *septies mille*. Sed et, vt hic, ita actor. X. 43. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Etiam latini: Liu. I. 10. *ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum romanum impetum facit*, hoc est, soli Caeninenses. Vide plura eius generis apud Vechnerum hellenol. II. 8. p. m. 338. Perizon.

ΚΕΦ. κθ.

Περὶ ἐλπίδος.

Ἔλεγεν ὁ Πλάτων, τὰς ἐλπίδας, [1] ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι.

1. Ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι) Sluisk. vt Paris. A. ὕπνους. Male. Ratio autem dicti est, quod sperantes multa sibi inania fingunt, atque iis animum pascunt ac falluntSic poeta in eclogis de amantibus, qui vehementissime sperant, et desiderant sua vota,

credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Per. — Idem Platonis dictum respexisse videtur Plut. erot. tom. II. pag. 1351. edit. Steph. αἱ ποιητικαὶ φαντασίαι διὰ τὴν ἐνάργειαν ἐγρηγορότων ἐνύπνιά εἰσιν.

ΚΕΦ. λ.

Περὶ Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τεθνηκότι καὶ ἀτάφῳ δυσχεραινούσης.

Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου πυθομένη, ὅτι [1] πολὺν χρόνον ὁ παῖς αὐτῆς ἄταφος μένει, βαρὺ ἀναστένουσα, καὶ θρηνοῦσα εὖ μάλα λιγέως, ὦ τέκνον, εἶπεν, ἀλλὰ σὺ

1. Πολὺν χρόνον) Vide supra XII. 64. vbi triginta dies iacuisse dicitur, antequam vllum de eo sepeliendo caperetur consilium. Post quod demum tempus alii cadauer in Macedoniam, alii in Aegyptum abducere voluerunt, quo etiam abductum tandem est a Ptolemaeo. Perizon.

μὲν ȣ̓ρανȣ̃ μετασχεῖν βȣλόμενος, καὶ τȣ̃το σπεύδων, νῦν ȣ̓δὲ [2] τῶν κοινῶν δήπȣ, καὶ ἴσως πᾶσιν ἀνθρώποις, μετασχεῖν ἔχεις, γῆς τε ἅμα, καὶ ταφῆς· καὶ τὰς ἑαυτῆς τύχας οἰκτείρασα, καὶ τὸ τȣ̃ παιδὸς τετυφωμένον ἐλέγξασα.

2. τῶν κοινῶν δήπȣ) Sic IV. 7. sepultura vocatur *κοινὸς πάντων σωμάτων ὅρμος*, *communis omnium corporum portus*. Periz.

ΚΕΦ. λα.

Ὅτι Ξενοκράτης φιλοικτίρμων ἦν.

[1] Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, ὁ ἑταῖρος Πλάτωνος, τά τε ἄλλα ἦν φιλοικτίρμων, καὶ ȣ̓ μόνον φιλάνθρωπος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀλόγων ζώων ἠλέει· καὶ ȣ̓̃ν ποτε καθημένȣ ἐν ὑπαίθρῳ, διωκόμενος βιαίως στρȣθὸς ὑπὸ ἱέρακος, εἰς τȣ̀ς κόλπȣς αὐτȣ̃ κατέπτη. Ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο [2] τὸν ὄρνιν, καὶ διεφύλαξεν ἀποκρύψας, ἕως ἂν ὁ διώκων ἀπῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ ἠλευθέρωσεν αὐτὸν τȣ̃ φόβȣ, ἁπλώσας τὸν κόλπον, ἀφῆκε τὸν ὄρνιν, ἐπειπὼν, ὅτι μὴ ἐξέδωκε τὸν ἱκέτην.

1. Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος) Sic quidem msti, cum mei, tum reg. omnes. Reposui tamen, quod reponendum monuerunt Schefferus, Kuhnius, atque omnes eruditi, immo et margo Medic. I. quodque ex marmoribus, et scriptoribus, non historicis tantum, sed et geographis, Strabone ac Mela, denique ex omni *Xenocratis* vita, satis constat. Vide Diog. Laert. et ibi notas. Nec rationem vllam video, quare certi adeo errores librariorum in ipso contextu ab editoribus identidem relinquantur, quum ita lectores necessario vel ipsi quoque in errorem praecipitentur, vel certe adigantur eo, vt textui nunquam fidere possint, sed euoluere semper debeant omnes interpretum notas. Neque est, quod quis culpam hanc ipsius auctoris memoriae adscribat, quum ipse supra II. 41. et infra XIV. 9. diserte Xenocratem vocet *Chalcedonium*, et notissimum insuper sit, vitio librariorum saepissime hoc vocabulum transiisse in illud, quod multo ipsis notius erat. Perizon.

2. Τὸν ὄρνιν) Med. 3. et Sluisk. τὴν ὄρνιν, et ita quoque paulo post exhibent.

ΚΕΦ. λβ.

Πῶς ὁ Σωκράτης ἑταίρας τινὸς ἀλαζονείαν ἤλεγξεν.

[1] Φησὶ Ξενοφῶν, ὅτι Θεοδότῃ τῇ ἑταίρᾳ εἰς λόγους ἀφίκετο Σωκράτης, καλλίστῃ γυναικὶ οὔσῃ. Ἀλλὰ καὶ [2] τῇ Καλλιστοῖ ἦλθεν εἰς λόγους, ἣ ἔλεγεν· ἐγὼ μὲν, ὦ Σωφρονίσκου, κρείττων εἰμί σου. Σὺ μὲν γὰρ οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπάσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλωμαι, τοὺς σοὺς πάντας. Ὁ δὲ, καὶ μάλα γε εἰκότως. Σὺ μὲν γὰρ [3] ἐπὶ τὴν κατάντη αὐτοὺς πάντας ἄγεις, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι· ὀρθία δὲ ἡ ἄνοδός ἐστι, καὶ ἀήθης τοῖς πολλοῖς.

1. Φησὶ Ξενοφῶν, ὅτι Θεοδότῃ) Refert hoc colloquium Socratis cum *Theodote* Xenophon lib. III. dict. et fact. Socr. p. m. 456. et ex eo etiam Athen. I. 26. et XIII. 6. Perizon.

2. Τῇ Καλλιστοῖ) Meretricem Atheniensem eiusdem nominis, quae *Sus* fuerit cognominata, memorat Athen. XIII. pag. 583. ex Machone: sed quae diuersa est ab hacce, vt ex aetate vtriusque liquet, quum haec fuerit temporis Socratici, illa vero aequalis Gnathaenae, de qua supra XII. 13. Periz.

3. Ἐπὶ τὴν κατάντη) Sic et Sluisk. At Lugd. ἐπὶ τῇ κακίᾳ, quod credo voluisse et Paris. B. et C. quos Schefferus ait legere ἐπὶ τὴν κακίαν. Immo diserte Paris. B. τῇ κακίᾳ legere testatur clar. Boivinius. Sine dubio rectum tamen est, quod vulgatur. Nam sic solet via virtutis *ardua* fingi et *acclinis*, at *declinis* ea, quae voluptatis est. Vide Hesiod. ἔργ. 288. Xenoph. de dict. et fact. Socr. pag. 429. 430. et tabulam Cebetis. Perizon.

ΚΕΦ. λγ.

Περὶ Ῥοδώπιδος ἑταίρας τύχης.

[1] Ῥόδωπίν φασιν Αἰγυπτίων λόγοι ἑταῖραν γενέσθαι

1. Ῥόδωπίν φασιν Αἰγυπτίων ἑταῖραν γενέσθαι λόγοι ὡραιοτάτην) Hoc ordine scripta haec sunt in omnibus edd. Ille vero quem non offendat? Constitui itaque verba eo ordine, quem malebat Schefferus, et quem palam praefert cod. Lugd. et reg. secundus, ac tertii sed recentior manus. Sluisk. nihil mutat, nisi quod legit Αἰγυπτίαν: in quo etiam commodus satis foret sensus, si abesset illud λόγοι. Nam licet Thracia fuerit origine et natalibus, tamen *Aegyptia* erat et dicebatur propter habitationem, sicuti multae meretrices dicuntur *Athenienses*, quia Athenis habitarunt. Neque aliter Apollonius dicitur *Rhodius*, aut Clemens *Alexandrinus*, vt monitum ab eruditis, immo et Alcman *Lacedaemonius*. Vide XII. 50. Et forsan hic vox Αἰγυπτίαν, siue casu, siue consulto, corrupta in Αἰγυπτίων, causam

ὡραιοτάτην. Καί ποτε αὐτῆς λουμένης, ἡ τὰ παράδοξα καὶ τὰ ἀδόκητα φιλοῦσα ἐργάζεσθαι τύχη προὐξένησεν αὐτῇ, οὐ τῆς γνώμης, ἀλλὰ [2] τοῦ κάλλους ἄξια. Λουμένης γὰρ, καὶ τῶν θεραπαινίδων τὴν ἐσθῆτα φυλαττουσῶν, ἀετὸς καταπτὰς, τὸ ἕτερον τῶν ὑποδημάτων ἁρπάσας, ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν, δικάζοντος [3] Ψαμμιτίχου, καὶ εἰς τὸν κόλπον ἐνέβαλε τὸ ὑπόδημα.

dedit voci λόγοι, in margine prius adscribendae, et dein in textum variis locis inserendae. Sed et si maxime retineas Ἀιγυπτίων, modo deleas suspectum illud λόγοι, sensus erit vel sic satis opportunus, nempe, *Rhodopin fuisse pulcherrimam Aegyptiorum meretricem*, vel *pulcherrimam omnium Aegyptiarum meretricum*. Nam φασὶ ita absolute in init. cap. saepe ab auctore ponitur, vide supra VIII. 13. IX. 1, XIII. 6. et 8. Ceterum *Rhodopis*, quae quidem serua Iadmonis, et conserua Aesopi fuit, in Aegyptum abducta, floruit et meretricem egit Naucrati. Vide de ea Herodot. II. 134. et 135. Strabon. lib. XVII. p. m. 808. Plutarch. de Pyth. Athen. XIII. 7. Plin. nat. hist. XXXVI. 12. vbi et pyramidem vltimam ab ea exstructam refert, quod tamen iam olim negarat et refutarat Herodot. d. l. Periz.— Abr. Gronou. deleuit τὸ λόγοι et pro Ἀιγυπτίων reposuit Ἀιγυπτίαν e cod. Med. 3. Secutus est edit. Basil.

2. Τοῦ κάλλους ἄξια. Λουμένης γὰρ καὶ τῶν θεραπαινίδων) Lugd. ἄξιον, vt B. et C. Paris. Sed praeterea breuius, nec minus concinne, exhibet sequentia, λουμένης δὲ θεραπαινίδων τὴν ἐσθῆτα, hoc est, *cum vero lauantis illius vestimenta seruarent ancillae*. Est enim in his quasi repetitio quaedam ad nexum faciendum cum superioribus, καί ποτε αὐτῆς λουμένης. Perizon.

3. Ψαμμητίχου) Sluisk. Ψαμμιτίχου, vt Herodotus. Ceterum maioris est momenti, quod hic *Rhodopis* refertur ad tempora *Psammitichi*, quum Herodotus diserte eam tradat II. 134. floruisse tempore *Amasidis*: κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις. Iam vero inter vltimum *Psammitichi* annum et primum *Amasidis* interiecti sunt secundum Herodot. an. 47. secundum alios, etiam plures. Neutiquam autem *florere* tum demum potest dici meretricula, quando iam ante 47. annos, et amplius, artem exercuerat, et nupserat regi. Dicendum itaque: vel Aelianum de suo addidisse nomen huius regis, quum et Strabo eandem referat historiam, et verbis ferme similibus, sed sine regis nomine: vel erratum in nomine siue ab Aeliano, siue a librariis, referendamque hanc historiam non ad *Psammitichum*, sed ad eius nepotem, quem Herodotus *Psammin*, Eusebius *Psammiten*, Africanus *Psammuthin* vocant, et qui pater fuit Hophrae seu Apryis, cui successit *Amasis*: id enim ferret vtcunque ratio annorum vel denique Herodotum ad designandam aetatem *Rhodopidis* laxiore modo adhibuisse regem Aegypti ex toto illo seculo Graecis maxime notum. Sed tamen his omnibus mihi longe verisimilius videtur duas fuisse *Rhodopides*, easque ab Herodoto, Strabone, et Plinio confusas: alteram proprie sic dictam, ex meretrice *vxorem Psammitichi*, et sepultam in pyramide: alteram Aesopi conseruam, et Charaxi, fratris Sapphus, amicam, quae tempore *Amasidis* floruerit, et proprie nomine *Doricha* fuerit dicta, cognominata

Ὁ δὲ Ψαμμίτιχος θαυμάσας [4] τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν, καὶ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τὴν χάριν, καὶ τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄρνιθος, προσέταξεν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ἀναζητεῖσθαι τὴν ἄνθρωπον, ἧς τὸ ὑπόδημά ἐστι, καὶ εὑρὼν γαμετὴν ἠγάγετο.

vero *Rhodopis*, prioris illius nomine, plane sicut duae eadem ratione fuerunt *Sappho*, itidem confusae a veteribus, vide supra XII. 19. plures etiam *Sibyllae*, a prima Sibylla sic cognominatae. Et haesitatum iam olim quoque in his meretricibus fuisse, liquet ex eo, quod Athen. XIII. 7. pag. 596. incuset Herodotum, quod Charaxi amicam, a Sappho carminibus exagitatam, et quae Δωρίχη fuerit dicta, appellauerit *Rhodopin*, diuersam quippe ab illa *Dorica*: Herodotus autem ipse refutauerit illos, qui tradiderint vnam ex pyramidibus a *Rhodopide* exstructam, eamque in ea sepultam, quod tamen tradidere etiam deinceps Strabo et Plinius: refutauerit autem eos hoc argumento, quod *Rhodopis* aetate fuerit posterior, Amasidi quippe aequalis, nec adscenderit ad tantas opes. Omnia haec facile conciliabuntur, si diuersas statuamus, vt fecisse videtur sane Athenaeus, *Rhodopin* illam veterem, quae ad reginae fortunas adscendit, et cui vltima pyramidum exstructa est, ac posteriorem illam, proprie *Dorichan* dictam, quam Charaxus, Sapphus frater, emauit et ex seruitute redemit. Nam et hanc, etiam *Rhodopin* vere fuisse cognominatam, quod ignorasse videtur Athenaeus, non ex Herodoto tantum, sed et ex Strabone constat, qui diserte ait *Doricham* illam *ab aliis nominari Rhodopen*, immo et ex donario illo veruum Delphis ab ipsa dicatorum ex decimis quaestus meretricii, quod Herodotus et Plutarchus pariter *Rhodopidi*, non veteri, et a Charaxi amica et Aesopi conserua diuersae, vt facit Athenaeus, sed posteriori, seu illi ipsi amicae, palam adscribunt. Periz. — Abr. Gronou. e cod. Med. 3. et Herodoto exhibuit Ψαμμιτίχου, et ita quoque edit. Basil. et nos exprimendum curauimus. Apud Herodotum enim plurimi codd. exhibent Ψαμμίτιχος per ι. Sic lib. I. cap. 105. II. 2. pag. 103. ad quem locum etiam Wesselingius praefert eandem scripturam, quicum consentit D'Oryill. ad Chariton. I. 4. pag. 52. Ceterum obseruat Petr. Wesseling. ad Herodot. II. cap. 104. si Perizoniana negentur, incertissimas coniecturas locum esse obtenturas. Aelianus enim hanc narrationem e Strabon. XVII. pag. 1162. aut aliunde hausit, vbi cum regis nomen non reperiret, id de suo adiecit. In Herodoto non nisi vna Rhodopis occurrit, quae Amasidis tempore vixisse ab eodem scriptore traditur.

4. τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν) Sic Strabo d. l., ὁ δὲ τῷ ῥυθμῷ τοῦ ὑποδήματος, καὶ τῷ παραδόξῳ κινηθεὶς, *ille vero* (rex) *concinnitate calcei, et facti nouitate motus*. Perizon.

ΚΕΦ. λδ.

Περὶ Διονυσίου.

Ὅτι τὸν Λέοντα ὁ Διονύσιος, μετὰ τὴν πρόσαξιν τὴν

κατ᾽ αὐτȣ̃ [1] ἀνευρὼν, εἰς τρὶς τοῖς δορυφόροις ἐκέλευσεν ἀπάγειν, καὶ μετέγνω τρὶς, καὶ καθ᾽ ἑκάστην μεταπομπὴν, κατεφίλει κλαίων, καὶ καταρώμενος ἑαυτȣ̃· [2] ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος, τελευτῶν ἥττηται τῷ φόβῳ· καὶ προσέταξεν ἀποσφαγῆναι, εἰπὼν, ὅτι ȣ̓κ ἔστιν, ὦ Λέον, σοι ζῆν.

1. Ἀνευρὼν) Etiam Lugd. vt B. et C. Parif. at pofterior tantum in margine, ἑυρὼν. Sed vulgatum ex aliis mff. inter quos et Sluisk. eft, praefero, et interpretor, fugitiuum vel latitantem *denuo nactus*, feu *quum denuo inueniffet*. Fugerat enim Leo, vel latebat, poftquam eum comprehendi occidique iuffe-rat Dionyfius, vel fententiam contra eum pronunciauerat. Perperam exponunt in indice fuo Schefferus *inuifens*, Kuhnius *inueftigans*. Vulteius prorfus praetermiferat. Periz.

2. Ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος) Kuhnius delet ὅτε, vel legendum putat ὅτι ποτε. Non adeo male hoc pofterius, cuius fenfus foret, *exfecrans fe ipfe, quod vnquam gladium fumfiffet*. Malim tamen, quia in exfecrationibus fui per poenitentiam rei iam geftae factis, folent homines initium iftius rei geftae exprimere, malim ergo illud ὅτι eradere, et legere καταρώμενος ἑαυτȣ̃, ὅτε ἔλαβε, hoc eft, *imprecatus fibi ipfi mortem eo temporis momento, quo primum coepit gladium*, feu *optans, vt tunc mortuus effet, quum pr.* etc. Sic Phyllis apud Ouid. in heroid. epift.

quae fuit ante illam, mallem fuprema fuiffet
nox mihi, dum potui Phyllis honefta mori.

Per *gladium* autem, quem *fumfiffe* dolet, intelligenda videtur vel militia, vel tyrannis, cuius infigne eft gladius. Vide Tacit. hift. III. 68. et confer Xiphilinum in *Vitellio*, vbi is tradendo confulibus τὸ ξίφος, credebatur τὴν ἀυτοκράτορα ἀρχὴν δι᾽ ἀυτȣ̃ ἀποτεθειμένος, *imperatoriam poteftatem tradendo gladio depofuiffe*. Clar. Boivinius diftinguendo ante ὅτι iuuare hunc locum conatur. Sed verba ipfa viri erud. adfcribam: '*parecbolae, feu excerpta, incipiunt a voce ὅτι, eaque vox in vno eodemque capite aliquando repetitur. Huius capitis initium eft; ὅτι τὸν Λέοντα. Vox ὅτι repetitur in his verbis, ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος, quae fic vertenda fuerunt*; item quod, cum ille Leo enfem arripuiffet, tandem metu victus eft tyrannus, et eum iuffit interfici. *Nimirum Leo, tertium reuocatus, enfem arripuerat, ac tyrannum terruerat*. Perizon. — Iac. Gronou. in notit. differt. de mort. Iud. pag. 9. malebat ὁπότε ἔλαβε τὸ ξίφος. Nec tamen minus placet Abr. Gronouio, Io. Kuhnii coniectura ὅτι ποτε, quas particulas iunctas deprehenderat in Dio. Cocc. in excerpt. peirefc. pag. 567. ὅτε τὸ τȣ̃ Μιθριδάτȣ πολὺ δεινὸν νομισθὲν, ὅτι ποτε πάντας — ἀπέκτεινε. Dura tamen omnia. An ἀπέβαλε?

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ ἐλάφȣ ἐν νόσῳ φυσικῆς θεραπείας.

Λέγȣσι φυσικοὶ ἄνδρες, [1] τὸν ἔλαφον, καθάρσεως δεο-

1. Τὴν ἔλαφον) Intelligi ceruam certum eft. Nam ante paruum hac purgatione ceruae vtebantur. Vide auctores mox citandos. Mfti ta-

μενον, [2] σέλινα ἐσθίειν· [3] Φαλαγγίων δὲ κνήσμασιν ἐχόμενον, καρκίνους.

men legunt diserte τὴν ἔλαφον. Nempe eodem modo, quo *equae* Cimonis supra IX. 32. et apud Herodot. VI. 103. promiscue οἱ et αἱ ἵπποι dicuntur. Accedit etiam, quod quae sequuntur de *morsu phalangiorum*, referenda sint ad totum genus ceruorum, atque ea etiam ratione. tanto rectius masculinum hic adhibeatur in nomine epicoeno, de quo vide ad Sanctii Mineruam, pag. 34. Perizon.

2. Σέλινα ἐσθίειν) Hoc est, *apium*. At alii auctores, graeci et latini, tradunt ceruas *purgationis* indigas, siue ante, vt plerique, siue post partum, vt Aristoteles, decurrere ad *seselin.* Cicero de nat. deor. II. 50. *ceruae paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur.* Plin. VIII. 32. de ceruis agens, *feminae ante partum purgantur herba quadam, quae seselis dicitur, faciliore ita vtentes vtero.* Et XX. 5. de *sesali*, vel *sili*; *sunt et folia vtilia, vt quae partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur ceruae pariturae.* Aristot. hist. anim. IX. 6. post partum statim ad *seselin currere* ait, et sic *redire ad foetum.* Quem ego locum respexisse puto Plin. VIII. 32. vbi verbis modo laudatis subiicit, *a partu eas etiam seselin* adhibere, et *pastas* ea *redire ad foetum.* Videtur ergo noster, nisi memoriae vitio sit lapsus, emendandus, pro σέλινα reponendo, vt iam monuit Scheffetus et illustr. Spanhem. ad Callim. hymno in Dian. v. 165. σέσελιν. De ipsa autem herba vide Salmas. ad Solin. pag. 1002. et Bodaeum Srapel. ad Theophr. hist. plant. IX. 15. Per.

3. Φαλαγγίων δὲ κνήσμασιν ἐχόμενον) Sic Anton. Liber. fab. 41. de Minoe, καταλαβοῦσα δὲ αὐτὸν ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας, *deprehendens autem eum in penuria liberorum constitutum, liberos generare non valentem. Phalangium* exponit Plin. VIII. 27. de hac ipsa medicina ceruorum agens, *percussi a phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur:* noster supra I. 8. eiusdem mali remedium ceruis ait esse *hederam syluestrem.* Perizon.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ Εὐρυδίκης Φιλίππου θυγατρὸς τελευτῆς.

Ὀλυμπιὰς [1] τῇ Φιλίππου θυγατρὶ Εὐρυδίκῃ, ([2] ἦν δὲ

1. Τῇ Φιλίππου θυγατρὶ Εὐρυδίκῃ) Erudite prorsus errorem auctoris eruit et confutauit Kuhnius, perperam dicentis Eurydicen *filiam Philippi et illyricae mulieris*, quorum neptis fuit, filia Amyntae et Cynnae, *Philippo et illyrica* illa *muliere* natae. Erat autem vxor Aridaei, qui Alexandro successor datus, *Philippi* quoque nomen accepit, et Macedoniam obtinuit, sed victus tandem ab Olympiade Alexandri M. matre, et vna cum vxore occisus, quae, quia Philippi erat neptis, sibi potius deberi regnum, quam Olympiadi, clamabat. Mater huius *Eurydices* erat, vt dixi, *Cynna*, vel *Cynane*, vxor Amyntae, cuius pater fuit Perdiccas, Philippi frater. Mater Cynnae, vel Cynanae, *illyrica* illa erat, dicta *Audata*, vt patet ex Athen. XIII. 1. qui tamen in extremo capitis etiam Cynanen dicit ἰλλυρίδα, forte quia *illyricam* habuit matrem. Sed Audata a Philippo in

ἄρα ἐξ Ἰλλυρίδος γυναικὸς τῷ Φιλίππῳ γενομένη) προσέπεμψε κώνειον, καὶ βρόχον, καὶ ξίφος· ἡ δὲ αἱρεῖται τὸν βρόχον.

matrimonium ducta, cognominata est etiam *Eurydice*, matris Philippi nomine. Prius tamen nomen, *Audatae* nimirum, videtur Cynna etiam filiae suae imposuisse. Nam et haec filia, Audatae neptis, ab Arriano apud Phot. pag. 929. dicitur a matre primum appellata *Adea*, quod sine dubio ex *Audatae* nomine corruptum est, vel certe alterum ex altero emendandum: postea tamen et ipsa μετονομασθῆναι Εὐρυδίκη, quo etiam nomine in historiis est notissima. *Cynna* ab Alceta fuit occisa, et a Cassandro Aegis sepulta cum filia Eurydice et huius marito Aridaeo. Vide Diod. Sic. lib. XIX. pag. 695. vbi pessime vertitur, tanquam si *Cinna* esset, et nomen viri. Periz.

2. Ἦν δὲ ἄρα ἐξ Ἰλλυρίδος γυναικὸς τῷ Φιλίππῳ γενομένη) Lugd. ἦν δὲ ἄρα αὐτῇ (voluit vel debuit αὐτὴ, quod habent etiam B. et C. Paris. sed posterior in margine, teste Scheffero et Boivinio) ἐξ Ἰλλ. γυν. τῷ Φιλ. γεννωμένη. In extremo cap. Sluisk. et reg. Par. C. a prima manu pro αἱρεῖται legunt αἱρεῖτο. Voluisse videntur ᾑρεῖτο. Perizon.

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ Γέλωνος, καὶ τῶν αὐτῷ ἐπιβουλευόντων.

Γέλων, ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος, [1] τὴν τῆς ἀρχῆς κατάστασιν πρᾳότατα εἶχε. Στασιώδεις δέ τινες ἐπεβούλευον αὐτῷ· ἃ πυθόμενος ὁ Γέλων, εἰς ἐκκλησίαν συγκαλέσας τοὺς Συρακουσίους, εἰσῆλθεν ὡπλισμένος ὁ Γέλων, καὶ διεξελθὼν, ὅσα ἀγαθὰ αὐτοῖς εἰργάσατο, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξεκάλυψε, καὶ ἀπεδύσατο τὴν πανοπλίαν,

1. Τὴν τῆς ἀρχῆς κατάστασιν πρᾳότατα εἶχε) Rationem locutionis ita in indice accipit Kuhnius, vt ellipsin statuat praepositionis περὶ. Nec videtur ab hac interpretatione abhorrere versio Vulteii. Sed tamen quia rarior est ea ellipsis in hac locutione, et auctores ferme, vel addunt ipsas praepositiones, περὶ, πρὸς, εἰς, veluti Il. 42. ἀλλοτρίως ἔχειν πρὸς τὸ ἴσον. Epictet. 64. πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα, vel genitiuum iungunt huic locutioni, vt XII. 1. καπηλικῶς ἔχουσι μὲν τοῦ ἤθους, καὶ τοῦ τρόπου ἔτι μᾶλλον, idcirco malim planissima syntaxi ἔχειν accipere hic in sensu *regendi*, *gerendi*. Sic Hesiod. ἀσπ. 97.

ἰθὺς ἔχων θοὸν ἅρμα, καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων,

recta regere, habere, celerem currum, et robur celerium equorum. Et v. 248. τοὶ δὲ αὖτε μάχην ἔχον, *illi vero pugnabant, pugnam agebant*. Κατάστασις ἀρχῆς notat hic *rationem imperii, ipsum imperium*. Dion. Hal. lib. XI. de iudicio Virginiae, ἀρχομένης ἔτι τῆς καταστάσεως, *quum in initio res iudicii adhuc dum esset*. Sic ἡ τῆς διαίτης κατάστασις, *ratio victus*, apud Galenum. Perizon.

εἰπὼν πρὸς πάντας· ἰδοὺ τοίνυν ὑμῖν ἐν χιτωνίσκῳ [2] γυμνὸς τῶν ὅπλων παρέστηκα, καὶ δίδωμι χρῆσθαι ὅ, τι βούλεσθε. Καὶ ἐθαύμασαν αὐτοῦ τὴν γνώμην οἱ Συρακούσιοι. Οἱ δὲ καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας παρέδοσαν αὐτῷ κολάσαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδωκαν· ὁ δὲ καὶ τούτους εἴασε τῷ δήμῳ τιμωρήσασθαι. Καὶ εἰκόνα αὐτοῦ οἱ Συρακούσιοι ἔστησαν [3] ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι, καὶ ἦν τοῦτο τῆς δημαγωγίας αὐτοῦ ὑπόμνημα, καὶ τοῖς εἰς τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα μέλλουσιν ἄρχειν δίδαγμα.

2. Γυμνὸς τῶν ὅπλων παρέστηκα) Lugd. τῶν ὅλων. Sed minus bene. Historiam licet paullo aliter relatam vide et supra VI. 11. atque ibi notas. Perizon.

3. Ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι) Hic erat ornatus plane domesticus. Domi enim non erant veteres cincti. Hinc eleganter Hesiod. ἔργων 345. *vicinum* praefert *cognato*, quia *ubi defideras opem*,

γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί,

vicini discincti (hoc est, ita vt sunt domi suae) *accurrunt*, *cognati vero* prius *cinguntur*, et se ornant. Indecorum enim erat et inhonestum, prodire in publicum sine cinctu. Atque ideo, quod Balbus publice in supplicio sumendo, *pransus, nudis pedibus, tunica soluta, inambulaverit*, reprehendit Asinius Pollio apud Cicer. famil. ep. X. 32. Similiter Neroni vitio vertitur, quod *in publicum aliquando prodierit sine cinctu et discalceatus* apud Sueton. cap. 51. Sed et ignominiosum erat, militibus certe, *tunicatum discinctumque* stare in publico, (Suet. Aug. 24.) vel luctus publici indicium, qui omnem ornatum respuit. Ideo reliquias Augusti legerunt equites *tunicati et discincti, pedibusque nudis*, *ibid.* cap. 100. Perizon.

ΚΕΦ. λη.

Περὶ Ἀλκιβιάδου.

Ἰσχυρῶς Ὅμηρον ἐθαύμαζεν Ἀλκιβιάδης· καί ποτε διδασκαλείῳ παίδων προσελθὼν, [1] ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος

1. Ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει) Verterat Vulteius *Iliadis carmina*, at in Tornaesianis, et ceteris dein omnibus, reperio versum, *Iliadis rhapsodiam quandam*. Vtramque defendi potest ex significatione et vsu vocabuli ῥαψῳδία. Nam certe singulae partes, seu libri, Iliados ita dicuntur, vt patet ex edd. Homeri: sed et ex ipsis auctoribus priscis. Lucian. adu. indoct. pag. 542. ἀναγνώτω σοί τις, αὐτὸ λαβὼν τὴν βῆτα τῆς Ἰλιάδος ῥαψῳδίαν, *legat sibi aliquis, sumens eius* (Homeri) *secundum librum Iliados*. Sed audiamus Eustath. ad Iliad. Α. init. καὶ ὅτι μὲν τὰ Ὁμηρικὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα καὶ ῥαψῳδίαι ἐλέγοντο· αἱ δὲ αὐταὶ ῥαψῳδίαι καὶ τμήματα ἐκαλοῦντο, ὡς μέρη, ποίησις μὲν γὰρ ἡ ὅλη βίβλος, ποίημα δὲ τίδε τὸ γράμμα, ἤγουν ἥδε ἡ ῥαψῳδία, τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα, καὶ τὰ λοιπά. Οἱ δὲ πλείους τῶν παλαιῶν τήν τε ὅλην Ὁμηρικὴν

ᾔτειν· τοῦ δὲ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου φήσαντος, ἐντρίψας αὐτῷ κόνδυλον εὖ μάλα στερεὸν, παρῆλθεν, ἐνδειξάμενος ὅτι ἐκεῖνος ἀπαίδευτός ἐστι, καὶ τοιούτους ἀποφαίνει τοὺς παῖδας.

Οὗτος [2] ἐπὶ κρίσιν καλούμενος θανατικὴν ἐκ Σικελίας ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, οὐχ ὑπήκουσεν, εἰπών· εὔηθες τὸν ἔχοντα δίκην, [3] ζητεῖν (μὴ) ἀποφυγεῖν, ἐνὸν φυγεῖν.

ποίησιν ῥαψῳδίαν λέγουσι, καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς αὐτὴν ᾄδοντας. Manifestum ex his, et singulos libros, alpha, beta, etc. Iliados dici *rhapsodias*, et tamen a pluribus veterum etiam totum opus epicae istius poeseos, seu totam Iliada, vocari *rhapsodian*. Vnde et factum, vt ῥαψῳδεῖν notet Graecis etiam simpliciter aliquid *opere poetico canere*. Sic Lucian. Ioue confut. pag. 174. vbi Cyniscus rogat Iouem, *an vera sint, quae Homerus et Hesiodus de fato et Parcis* ἐξεῤῥαψῳδήκασιν, *compasuerint, cecinerint*. Et hoc posteriore sensu de tota poesi Homerica censuit Vulteius hunc Aeliani locum accipiendum; forte quia credidit, si voluisset auctor, quod versio postremarum edd. praefert, dicturum tum fuisse ῥαψῳδίαν τινὰ Ἰλιάδος. Sed tamen haud omnino id necesse, et vix habebatur tunc totum opus in vnum corpus seu volumen iunctum, quod petere potuerit pariter Alcibiades. Et ideo respondet ille ludi magister, *se* NIHIL *Homeri habere*, hoc est, nullam eius rhapsodiam, nulla volumina singulorum librorum. Solebant autem in scholis pueri Homerum legere. Quinctil. inst. orat. I. 8. de pueri lectione agens, *optime institutum est, vt ab Homero atque Virgilio lectio inciperet.* Notum est illud Petronii

> — *det primos versibus annos,*
> *Maeoniumque bibat felici*
> *pectore fontem,*

hoc est, Homerum diligenter legat. Quin immo Homeri *catalogum nauium* ex Iliados secundo libro pueri, qui in scholis docebantur, vt memoriter recitarent, lege lata sanxisse nonnulli ex Graecis dicuntur apud Eustath. ad Iliad. B. pag. m. 199. quia ex eo inter Graecos probari solebat ius populorum in varias vrbes. Ceterum hoc exemplum, et proximum, totum ab auctore nostro ex Plutarcho apophth. reg. et ducum pene ad verbum descripta sunt. Perizon.

2. Ἐπὶ κρίσιν) Polyaen. I. 40. 6. plenius, ἐπὶ τὴν κρίσιν τὴν περὶ τῶν ἑρμῶν, καὶ τῶν μυστηρίων, *ad iudicium de hermis* noctu mutilatis, *et mysteriis* Cereris vulgatis et ludibrio habitis. Res est notissima ex Thucydide, Plutarcho, Nepote, et Iustino. Periz.

3. Ζητεῖν μὴ ἀποφυγεῖν, ἐνὸν φυγεῖν) Elegantissima locutio, sed quam librariis, quia non intellexerunt, corruperunt, addita vocula μὴ, quae addita sensum parit, quem in versione expressi. Retinere enim voculam debui, quia retinent pariter omnes msti, etiam reg. Sed tamen vncis inclusi, quia certum habeo adulterinam esse, idque cum ex significatu vocis ἀποφυγεῖν, quae notat *iudicio capitis absolui*, vt vel ex ipsis lexicis constat, tum ex Plutarchi apophth. vnde, vt dixi, noster haec hausit. Verba Plutarchi sunt, εἰπὼν, εὐήθη (neutrum plurale, nisi malis ex nostro, εὔηθες) εἶναι, τὸν δίκην ἔχοντα ζητεῖν ἀποφυγὴν, ἐξὸν φυγεῖν, vbi liquido ἀποφυγὴ notat *absolutionem*. Sic Dion. Hal. lib. IX. de Seruilio consulari, τὴν ἐπὶ τοῦ δήμου δίκην ἀποφυγὼν, *absolutus iudicio apud populum*. Aeschi-

Εἰπόντος δὲ τινος, ἐ πιςέυεις τῇ πατρίδι τὴν περί σε κρίσιν; ὁ δὲ εἶπεν, [4] ἐδὲ τῇ μητρίδι. Δέδοικα γὰρ μὴ ἀγνοήσασα, [5] καὶ σφαλεῖσα τε ἀληθὲς, εἶτα τὴν μέλαιναν ἐμβάλῃ ἀντὶ τῆς λευκῆς ψῆφον. Πυθόμενος ἐν, ὅτι θάνατος αὐτε κατεγνώσθη ὑπὸ τῶν πολιτῶν, δέιξομεν ἐν, εἶπεν, ὅτι ζῶμεν· καὶ ὁρμήσας πρὸς τὲς Λακεδαιμονίες, [6] τὸν Δεκελεικὸν ἐξῆψε πόλεμον ἐπὶ τὲς Ἀθηναίες.

[7] Ἔλεγε δὲ, μηδὲν παράδοξον ποιεῖν Λακεδαιμονίες, ἀδεῶς ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας· τὴν γὰρ ἐκ τῶν νόμων ταλαιπωρίαν [8] ἀποδιδράσκοντας, θάνατον ὑπὲρ τῶν πόνων ἔχεσι προθύμως ἀλλάττεσθαι.

nes contra Ctesiph. pag. 302. λέγει δὲ ὁ φέυγων, ἐκ ὡς ἔννομα γέγραφεν, ἀλλ' ὡς ἤδη ποτε καὶ πρότερον ἄλλος τοιαῦτα γράψας ἀπέφυγεν, *dicit autem reus, non se legitima scripsisse, sed iam antea alium, qui talia scripserat, absolutum.* Proprie autem ἀποφέυγειν notat, *haud amplius reum esse, absolui, et ita desinere accusari capitali crimine,* quia φέυγειν δίκην significat *reum esse et accusari.* Vide infra cap. 42. Primus autem vidit hunc locum ita emendandum doctiss. ille Leopard. emend. XIV. 15. probantibus etiam Scheffero et Kuhnio. Perizon.

4. Οὐδὲ τῇ μητρίδι) apud Plutarchum (e quo forte Mich. Apostol. cent. 8. prou. 63. id duxit, vti et sequens βάλῃ, pro ἐμβάλῃ) editur, ἐδὲ τῇ μητρὶ. Sed praetulerim cum Leopardo, Scheffero, et Kuhnio, quod apud nostrum occurrit, et disertius opponitur τῇ πατρίδι. Per.

5. Καὶ σφαλεῖσα τε ἀληθὲς) Haec de suo, et, vt videtur, explicationis gratia addidit Aelianus. Nam Plutarchus bis, tantum ait, μήπως ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον ἀντὶ τῆς λευκῆς. Vide eum in apophth. et in Alcibiade p. m. 202. Referri autem illud videtur tantum ad iniectionem calculi, qua quis imprudens, et nesciens quid faciat, errare possit atrum calculum iniiciens, quum candidum vellet et putaret se iniicere. At noster videtur id alio accepisse sensu, et ad *causae veritatem* retulisse, addita hac interpretatione. In seqq. reposui ex mstis ἐμβάλῃ. Periz.

6. Τὸν Δεκελεικὸν) Sic dictum a *Decelea,* oppido Atticae, quod consilio Alcibiadis muniuerunt Lacedaemonii, et praesidio dein imposito Athenienses quasi in obsidione tenuerunt eo tempore, quo eorum copiae erant in Sicilia. Inde ergo ortum initium belli, quod X. durauit annos. Vide Thucydidem VII. 19. etc. et supra II. 5. Periz.

7. Ἔλεγε δὲ μηδὲν παράδοξον ποιεῖν Λακεδαιμονίες) Sic Sybarita quispiam, cum interfuisset Laconum φειδιτίοις, seu communi coenae, dixisse fertur, *iure fortissimi omnium sunt Lacedaemonii. Mallet enim vir sapiens vel millies mori, quam ita vili victu viuere,* apud Athen. IV. 6. Perizon.

8. Ἀποδιδράσκοντας) Sluisk. tum reg. Paris. A. et prima manus B. ἀποδιδράσκοντες, quod malim, certe maluerit Gesnerus, qui propter syntaxin volebat legi ἔχειν. Sed nihil tali emendatione erat opus. Clar. Boivinius legendum censet, ἀποδιδράσκοντας, θάνατον ὑπὲρ τῶν

Εἰώθει δέ, φασιν, ἐπιλέγειν ταῖς ἑαυτῦ πράξεσιν, ὅτι τὸν τῶν Διοσκύρων ζῆ βίον, παρ' ἡμέραν τεθνηκὼς τε, καὶ ἀναβιὺς. [9] Εὐημερήσας γάρ, ἐν τῷ δήμῳ ἴσος θεοῖς νομίζεσθαι· κακῶς δὲ ἀπαλλάξας, τῶν νεκρῶν μηδὲ ὀλίγον διαφέρειν.

πόνων, ὧν ἔχυσι, προθύμως ἀλλάττεσθαι. *Post* πόνων, inquit, *adde* ὧν, *quod post similem syllabam facile exciderat.* Cui facile adsentior. Periz. — Abr. Gronou. e Med. 3. ἀποδιδράσκοντες edidit; nec aliter edit. Basil. Videtur tamen nec hoc solum sanare totius loci vulnus. Nisi igitur Boivinio adsentiendum: legi forte poterat ἀνέχυσι pro ἔχυσι.

9. Εὐημερήσας γάρ) Perperam haec distinguuntur, et ideo perperam quoque explicantur, etiam in indice, vbi tamen interpres tanquam *obscurior* carpitur. Εὐημερία notat maxime *rem in bello feliciter gestam*, seu *victoriam*. Diod. Sicul. lib. II. de Sardanapalo, postquam ter vicerat Arbacen, ταῖς προγεγενημέναις εὐημερίαις μετεωρισθείς, *prioribus victoriis elatus* in contemtum hostium et negligentiam. Et lib. XV. p. m. 581. τῶν δὲ Βοιωτῶν διὰ τὴν εὐημερίαν μετεωρισθέντων. Vicerant enim Boeoti Corinthios, et in vrbem compulerant. Sicut e contrario ἀπαλλάττειν κακῶς simpliciter dicitur de iis qui infeliciter rem gerunt in bello. Vide supra V. 9. et XIII. 3. Denique contraria haec de Alcibiade ἐν τῷ δήμῳ, *apud populum*, existimatio erat, non εὐημερία. Nepos Alcibiad. cap. 6. *proinde ac si* ALIVS POPVLVS, *non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset.* Iustin. V. 4. *igitur omnibus non humanis tantum, verum et diuinis eum honoribus onerant: certant secum ipsi, vtrum contumeliosius eum expulerint, an reuocauerint honoratius. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si queant, in coelo posuisse cupiunt.* Hoc est id ipsum, quod hic dicitur, *diis parem a populo et in populo fuisse habitum.* Distinctionem itaque, quae male posita erat post δήμῳ, et τὸ εὐημερεῖν et κακῶς ἀπαλλάττειν referebat vnice ad *gratiam apud populum*, et *eius gratiae remissionem*, collocaui post γάρ. Paulo ante παρ' ἡμέραν male exposuit Schefferus *quotidie*, quum significet *alternis diebus*. Sic apud Plutarch de garrul. p. 508. extr. tonsor quispiam de Dionysio, ὃ ἐγὼ παρ' ἡμέρας ὀλίγας ἐπὶ τῷ τραχήλῳ τὸ ξυρὸν ἔχω, *cuius ego in collo post paucos identidem dies nouaculam teneo.* Sed vide hic indicem Kuhnii in παρά. Perizon.

ΚΕΦ. λθ.

Περὶ Ἐφιάλτυ.

[1] Ἐφιάλτης, στρατηγῦ ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινα πενίαν,

1. Ἐφιάλτης, στρατηγῦ ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινα πενίαν) Sluisk. Ἐφιάλτυ. Voluit, opinor, superioribus haec iungi, et Alcibiadi adscribi hoc responsum. At non erat ille *pauper*, quod Ephialtes fuit, sed diues: neque vero *institiam* suam magnopere ostentare debebat. Ceterum nihil in hoc capite mutem, nisi quod legerim cum Scheffero, et Mediceo I. τινος pro τινα. Nam cum στρατηγὸς ille ab auctore non

τὸ δὲ ἕτερον, ἔφη, διὰ τί ȣ̓ λέγεις, ὅτι δίκαιος εἰμί;

nominetur, sensus quodammodo postulat, vt ergo dicatur στρατηγȣ̃ τινος. Intelligo autem magistratum atticum, de quo egi copiose ad V. 13. sicuti de ipso *Ephialte*, ac eius *paupertate* et virtutibus ad II. 43. Non possum autem, quin etiam hic tecum communicem, lector, sententiam clar. Boivinii, qui quum in literis ad me datis significasset, etiam cod. reg. A. et primam manum C. legere Ἐφιάλτȣ, addidit, *ea autem lectio ferri potest, si haec, ad Alcibiadem referantur, et hoc caput cum superiore coniungatur. Sed, inquies, Alcibiades diues fuit, Fateor, et idcirco obiectam ei fuisse crediderim* πενίαν τινα, *non* πενίαν *simpliciter*. Periz. — E cod. Med. 3. recepit Abr. Gronou. τινος, idque amplexa quoque est edit. Basileens. Haud temere puto.

ΚΕΦ. μα.

Περὶ Θεμιςοκλέȣς.

[1] Στρεπτῷ κειμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς χρυσῷ Περσικῷ ὁ Θεμιςοκλῆς παρεςὼς παιδὶ εἶπεν· ȣ̓κ ἀναιρήσεις, ὦ παῖ, τὸ εὕρεμα τόδε; δείξας τὸν ςρεπτόν. Ου γὰρ σὺ Θεμιςοκλῆς εἶ δήπȣ.

Ὅτι ἠτίμασαν αὐτόν ποτε Ἀθηναῖοι, εἶτα ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὖθις παρεκάλȣν. Ὁ δὲ, ȣ̓κ ἐπαινῶ τȣ̀ς τοιȣ́τȣς ἄνδρας, οἵτινες [2] τὴν αὐτὴν ἀμίδα καὶ οἰνοχόην ἔχȣσι.

Πρὸς [3] Εὐρυβιάδην τὸν Λακεδαιμόνιον ἔλεγέ τι

1. Στρεπτῷ) Ab Lugd. cod. exemplum hoc abest totum. Plutarchus idem bis refert in vita Themist. et in polit. praec. pag. 808. sed paulo aliter. Torques enim hos deprehendisse eum ait, quum inspiceret cadauera Persarum in littus eiecta post victoriam naualem, et monstrasse non puero vel seruo, sed comiti et amico. Perizon.

2. Τὴν αὐτὴν ἀμίδα) Alibi IX. 18. comparasse se quercubus dicitur, quas homines subeant in pluuiis, iisque tum se tegant, at sereno tempore eas praetereuntes vellicent. Ἀμὶς est *matula*, vide Aristophan. in vespis pag. 488. et ibi schol. vt et Athen. I. 14. Et hinc Athenienses vt ignominia afficerent Demadem, eius statuas κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας, teste Plutarcho in praec. polit. Est ergo hoc σκεῦος εἰς ἀτιμίαν, sicut οἰνοχόη est quodammodo σκεῦος εἰς τιμὴν, vt loquitur Paulus ep. ad Roman. IX. 21. Perizon.

3. Εὐρυβιάδην) Spartanus erat, et classi totius Graeciae praefectus, quia Spartani tunc terra et mari duces erant Graecorum. *Rex* tamen ille *Lacedaemoniorum* non fuit, quod perperam ait Nepos Themist. c. 4. immo neque ex regio genere, vt diserte id tradit Herodot. VIII. 42. Perizon.

ὑπεναντίον, καὶ [4] ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν. Ὁ δὲ, πάταξον μὲν, ἄκουσον δὲ, ᾔδει δὲ, ὅτι ἃ μέλλει λέγειν, τῷ κοινῷ λυσιτελεῖ.

4. Ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν) Etiam hic Faber iubet legi, καὶ ἐνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν, atque addi mox ὁ Εὐρυβιάδης. Prius neutiquam est necessarium. Nam ἀνατείνειν non notat ita simpliciter *extendere*, sed vel maxime verbera, aut similia instrumenta, *sursum eleuata* alteri *intentari*. Sic noster histor. anim. IV. 1. τῶν ἕν τις πολεμίων ὃ μάλιστα πλησίον ἀνατεινόμενος παίειν ἔμελλε, *ex hostibus igitur, qui proximus erat, intentans gladium, percussurus eum erat*. Et de Ioue intentante fulmen Ant. Lib. fab. 19. Ζεὺς δὲ βροντήσας ἀνέτεινε τὸν κεραυνόν. Μοῖραι δὲ ἐκώλυσαν, οὐ γὰρ ὅσιον, *Iupiter, quum tonuisset, intentauit illis fulmen*, hoc est, voluit fulmen in eos mittere, *sed Parcae prohibuerunt, quia non erat fas*. Sed et de falce Polyaen. I. 18. ἀψιμαχεῖ τούτοις Κόδρος, ὥς τε καὶ τὸ δρέπανον ἐπ' αὐτοὺς ἀνατεινάμενος ἔτρωσε, *pugnam cum iis incipit Codrus, adeo vt etiam falce in eos intentata vulnerauerit*. Plura addi possent, sed satis, ni fallor, liquet temere prorsus illud sollicitari. Posterius maiori specie tentatur. Sed hic quoque sciendum, saepe auctores, breviter aliquid narrantes, nominatiuum praetermittere, non tantum ex superioribus repetendum, quod frequentissimum, et in quo nulla potest esse difficultas, sed etiam ex solo sensu intelligendum et supplendum. Liu. I 4. *vi compressa Vestalis* etc. *Martem incertae stirpis patrem nuncupat. Sed nec dii, nec homines aut ipsam, aut stirpem a crudelitate regia vindicant; sacerdos vincta in custodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti iubet*, quis, non *sacerdos*, sed *rex*, aut *regia* illa *crudelitas*. Sulpicius Severus hist. sacr. lib. I. cap. 18. ed. Sigon. *si quis seruum proprium, seruamue percusserit, exque eo ictu obierit, reus iudicio fiet*. Ad quem referes illud *obierit*, nisi ad *seruum seruamue*? Passim ita etiam Florus. Sic I. 5. *ille rem expertus augurio, posse respondit. Atqui hoc, inquit* (rex) *agitabam, an cotem illam secare nouacula possem. Augur, potes ergo, inquit; et secuit*. Quis iterum? nisi qui id animo agitauerat, hoc est, non *augur*, sed *rex*? Act. apost. VII. 3. 4. καὶ εἶπε (ὁ Θεὸς) πρὸς αὐτὸν (Ἀβραάμ). Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου — καὶ ἐξελθὼν (quis? nisi Abrahamus) ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν (iterum ὁ Θεὸς) αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην. Et ita passim in s. scriptura: sed et apud nostrum. Veluti VIII. 1. παρείχετο δὲ (Σωκράτης) μάρτυρα Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος, ἀνεκοινοῦτο γὰρ (Χαρμίδης) αὐτῷ, εἰ μέλλοι. IX. 4. ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε (Ἀνακρέων) καὶ ἑώρα (Πολυκράτης) τὸν ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. XIII. 3. ὁ δὲ (Ξέρξης) πάλιν προσέταξεν ἐπιχέαι, αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν (ἡ πύελος) ἕως ἀπεῖπε (Ξέρξης) μάτην ἀναλίσκων. Dein iterum, ἐ διεψεύσατο δὲ ἡ στήλη, ὅσα προεῖπεν. Ἀθροίσας γὰρ (ὁ Ξέρξης). Vide et cap. 16. Sed et alibi ita. Perizon.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. μα.

Περὶ Φωκίωνος.

[1] Ὀδυρομένων τῶν μετὰ Φωκίωνος μελλόντων ἀποθνήσκειν, εἶπεν ὁ Φωκίων, εἶτα ἐκ ἀγαπᾷς, Θέδιππε, μετὰ Φωκίωνος [2] ἀποθνήσκων;

1. Ὀδυρομένων) Sluisk. ἐπιτυρομένων, at prima manus reg. 3. πιστυρομένων. Forte voluit κινυρομένων. Sic ὑποκινυρόμενος supra IX. 1. Ceterum qui cum Phocione morituri erant, fuerunt eius in rep. amici, optimatum defensores, inter quos Thudippus iste, cum quereretur, ὡς ὁ προσηκόντως τῷ Φωκίωνι συναπολλύμενος, *quod praeter ius et aequum cum Phocione periret*, seu illius amicis et factioni accenseretur, responsum tulit, quod auctor hic refert, et Plutarch. in vita Phocion. et in apophth. vbi tamen hominis istius nomen corrupte legitur. Reponendum enim est simul ex nostro, et ex ipso Plutarcho in Phoc. Θέδιππε. Periz.

2. Ἀποθνήσκων) Etiam Lugd. vt B. et C. Paris. ἀποθνήσκειν, sed male. Vulgatum agnoscit Sluisk. et Paris. A. Ec eadem constructione Plutarch. apophth. ἐκ ἀγαπᾷς, ὦ Θεύιππε, μετὰ Φωκίωνος ἀποθνήσκομενος; Perizon.

ΚΕΦ. μβ.

Περὶ Ἐπαμινώνδε.

Ἐπαμινώνδας [1] ἔφευγε δίκην θανάτε ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Λακωνικῆς, ὡς [2] ὑπολαβὼν τὴν βοιωταρχίαν τέσσαρας

1. Ἔφευγε δίκην θανάτε) Optime interpres Vulteius, *capitis arcessebatur*. Nec debuisset eo nomine reprehendi a Scheffero in indice v. δίκη. Vbi ille exponit, *poenam effugit: et interpretem perperam* vertisse ait, additis continuo aliis locis, in quibus δίκη *poenam* notet, quod nemo negabit. At phrasi ista, φεύγειν δίκην, denotari proprie *reum esse, accusari*, etiam vulgaria docent lexica, multisque probant exemplis. Ita vero etiam Plutarch. in Publicola p. m. 103. init. νόμος δὲ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδὰς, *lex, quae reo permittit prouocare a coss. ad populum*. Et in Pelopida pag. 290. ὁ δὲ πολιτικὸς φθόνος ὁ καλὰς ὑποδοχὰς παρεσκεύαζεν ἀυτοῖς. θανάτε γὰρ ἀμφότεροι δίκας ἔφυγον ἐπανελθόντες, ὅτι etc. *ciuilis vero inuidia praeparabat illis haud pulchram exceptionem; ambo enim, reuersi, capitis accusati sunt, eo quod etc.* Disertius etiam Aeschines contra Ctesiph. pag. 302. questus corruptam esse iudiciorum formam agitibus Demosthenis, ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἀπολογεῖται, ὁ δὲ φεύγων τὴν γραφὴν, κατηγορεῖ, *accusator enim se tueri debet, reus vero accusat*. Et sic saepius ibidem. Hinc iam ἀποφεύγειν est *absolui, euasisse accusationem*, vt monuimus supra cap. 38. Ratio autem locutionis huius esse videtur, quod qui *rei* sunt, non amant, sed metuunt, horrent *fugiunt iudicium*. Periz.

2. Ὑπολαβὼν τὴν βοιωταρχίαν τέσσαρας μῆνας παρὰ τὸν νόμον) Multa in hoc capite sunt corrupta, sed plura ab interpretibus et editoribus, inscitia partim linguae, partim

μῆνας παρὰ τὸν νόμον. Τοὺς μὲν οὖν συνάρχοντας ἐκέλευσεν εἰς αὐτὸν τὴν αἰτίαν ἀναφέρειν, ὡς ἐκβιασθέντας ἄκοντας. Ἀυτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον, οὐκ, ἔφη, βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων τοὺς λόγους. [3] Ἐι δὲ μὴ, ἠξίου ἀποκτείνειν αὐτὸν, [4] ἐπιγράψαι μέν τοι τῇ στήλῃ, ὅτι

historiae, minime intellecta. Historia respuit versionem Vulteii, quasi Epaminondas *boeotarchiam quatuor* tantum *menses gessisset*, idque ipsum *contra legem*, quum sensus esse debeat, illum gessisse hoc munus quatuor mensibus supra tempus legitimum, vt monuit iam Kuhnius. Ceterum Faber more suo, *lege*, ait καταλαβὼν, *aliud enim est retinere, aliud excipere vel recipere*. Verum id quidem, sed locus hic sine dubio, etiam ex sententia Kuhnii, aliter est emendandus, et ex Plutarchi quidem apophth. vnde auctor caput hoc sumsit ferme ad verbum. Ille ergo ait, ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ τέσσαρας μῆνας, hoc est, *adiiciens boeotarchiae quatuor menses*, optimo sane sensu. Neque aliter in Pelopida pag. 290. ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν βοιωταρχίαν ἑτέροις, τέτταρας ὅλους προσεπεβάλοντο μῆνας, *quod, cum lex iuberet, vt primo anni mense traderent boeotarchiam aliis, quatuor integros menses adiecerant*. Ex Aeliani codd. forsan quis malit ἐπιλαβὼν, hoc est, *assumens ad boeotarchiam quatuor insuper menses*. Et ita ferme Pausan. de hac ipsa lege, in boeotic. cap. 14. τεθνάναι δ' ἐτέτακτο ἐπιλαβόντα ἄνδρα τῆς ἀρχῆς, *sancitum autem erat, vt moreretur, qui ex imperio aliquid supra iustum tempus caperet*. Praetulerim tamen illud Plutarchi. Certe alterutrum genuinum esse non dubito, maxime quum et Sluisk. et reg. 3. a prima manu, aeque ac Plutarchi codices, diserte exhibeant τῇ βοιωταρχίᾳ. Historiam habes apud Plutarch. et Pausan. d. l. et Corn. Nep. in Epaminonda cap. 7. Hic vero errat, quando ait, imperium Epaminondae et collegis fuisse *abrogatum criminibus aduersariorum*, quamuis in eo suffragantem sibi Appian. syriac. p. m. 184. habere videatur, quippe qui etiam tradit Thebanos, *reuocasse* Epaminondam et collegas ἐπὶ διαβολῆς, *quia accusabantur*. Disertissime enim reliqui iustum et legitimum boeotarchiae tempus fuisse illis exactum, et ita primo ineuntis anni mense accipere debuisse successores tradunt, inque iis non admissis crimen illorum collocant. Mox Sluisk. etiam ἐκέλευεν, vt Plutarchus, non ἐκέλευσεν. Periz. — Clar. Meinecke quoque ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ legendum esse censet. Nec aliud codicum scriptura, quamuis corrupta, admittit.

3. Ἐι δὲ μὴ) Elegans et elliptica locutio, quam auctor adhibuit pro hisce Plutarchi, εἰ δὲ δεῖ τι πάντως εἰπεῖν πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀξιοῦν etc. *si vero oporteat omnino aliquid dicere ad iudices, tum se rogare*. Sensus ergo est, *si vero aliter res se habeat, si istae res gestae non satis placeant, nec sint idoneae ad se defendendum*. Sic Dio Chrysost. de Troia non capta, ἃ οὐδέποτ' ἂν ἐποίησεν Ἀχιλλεὺς, μὴ ἀπόπληκτος ὤν· εἰ δὲ μὴ, πάντως ἂν αὐτὸν ἐκώλυσε Φοίνιξ, *quae nunquam fecisset Achilles, non mente captus: sin autem aliter se res haberet*, hoc est, sin etiam facturus id fuisset Achilles, *omnino tunc eum inhibuisset Phoenix*. Adde Lucam euang. XIII, 9. Periz.

4. Ἐπιγράψαι μέν τοι τῇ στήλῃ) Lugd. vt B. et C. Paris. ὑπογράψαι. Sed Sluisk. cum Plutarch. ἐπιγράψαι. Intelligitur autem *columna* sepulchralis, in qua scribi solebat breviter vita et res gestae hominis, hic autem notari debebat caussa damnationis. Diserte Appian. d. l.

μὴ βουλομένους Θηβαίους ἠνάγκασεν Ἐπαμινώνδας, τὴν μὲν λακωνικὴν πυρπολῆσαι, [5] πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν· [6] οἰκίσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα

ait rogasse eum, κατὰ τὸν τάφον ἐπιγράψαι, *sepulchro vt inscriberent.* Quid autem? Nempe hunc esse eum, qui vicerit Lacedaemonios ad Leuctra etc. et qui ab sua patria occisus sit, quia, vt patriae suae prodesset, fecerit contra leges. Vel, vt breuiter ait Plutarchus, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην, *inscriberent columnae damnationis suae titulum.* Ita vero accipiendus etiam est Corn. Nep. in Epamin. cap. 8. vbi rogasse eum ait. *vt in periculo suo conscriberent: Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coegit apud Leuctra etc.* Nam reuera elogium hoc est damnationis, quod *periculi* voce istic notatur, sed quod quo minus in *columna* ad sepulchrum hominis erecta scribatur, nihil obstat, immo ita fieri solitum ex Aeliano, Plutarcho, Appiano satis liquet. Vnde Pollux lib. III. cap. 19. de sepulchro coniungit στήλην ἀναστῆσαι, ἐπίγραμμα ἐπιγράψαι, *columnam erigere, inscriptionem inscribere.* Mox ex et Plutarcho reposui ἠνάγκασεν. Per.

5. Πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν) Ita et Plutarch. d. l. et Diod. Sic. lib. XV. pag. 377. At quidni *septingentis annis*? tot enim effluxerunt ab reditu Heraclidarum, seu ab occupata Lacedaemone ab Heraclidis, vsque ad hoc tempus. Et ita certe Isocr. de pace, p. m. 422. τὴν γὰρ πολιτείαν, ἣν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὐδεὶς οἶδεν, οὔθ' ὑπὸ κινδύνων, οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι καὶ λυθῆναι παρὰ μικρὸν ἐποίησεν, *istam enim remp.* laconicam, *quam nemo nouit, septingentos intra annos vllis neque cladibus commotam, eam breui tempore* per Thebanos scil. *concuti, et tantum non interire fecit* ambitio bellica. *Quingenti* vero illi *anni* incipiunt demum a tempore Lycurgi, paulo ante bella cum Messeniis gesta: a quo tempore coepit Lacedaemoniorum potentia in Peloponneso, laconica regione iis tunc iam subiecta, quum antea varia bella cum vicinis, Helotis, Arcadibus, Argiuis, gerere debuissent, variaque in iis fortuna vsi essent, antequam regionem illam pacare possent, de qua proprie, non de vrbe, hic sermo est. Vide omnino Meurs. in misc. lac. III. 10. Et ita Lycurgi leges per 500. annos vsque ad haec tempora viguisse ait etiam Plutarch. in Lycurgo pag. 58. Sed quomodo tot annis ἀδήωτος Laconica? quum vtique Pericles *Spartanorum agros vastauerit*, si fides Iustino III. 6. 13. immo *totam Spartam depraedatus fuerit* III. 7. 5. Ille vero, quod reliqui tradidere de Peloponneso, proprie de Sparta accepit per errorem. Vide Thucyd. II. 25. et Plutarch. in Pericle p. 170. extr. Periz.

6. Οἰκῆσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων) Primum reposui οἰκίσαι ex Sluisk. reg. Paris. 1. et 3. et Medic. 1. ac 2. atque ex ipsa historia, denique et ex linguae vsu. Pausan. boeot. 14. de Epaminonda, οὕτω πρὸς οἰκισμὸν τρέπεται Μεσσήνης, καὶ οἰκιστὴς Μεσσηνίοις τοῖς νῦν ἐστιν Ἐπαμινώνδας, *ita se conuertit ad condendam Messenen; et conditor Messeniorum, qui nunc sunt, est Epaminondas.* Similiter Diod. Sic. d. l. pag. 378. dicit eum modo οἰκίσαι, modo et κτίσαι τὴν Μεσσήνην. De vsu linguae, et discrimine significationis inter οἰκῆσαι et οἰκίσαι, vide supra ad VIII. 5. vnde etiam liquebit, quam saepe haec confusa sint a librariis. Neque aliter factum in Diodoro, apud quem etiam illud οἰκῆσαι inuasit locum alterius, pag. 379. in hac ipsa historia. In hoc autem Aeliani loco tanto minor est haesitatio,

καὶ διακοσίων· [7] συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν εἰς αὐτὸν

quia omnes, Gesnerus, Schefferus, Faber, sic emendandum censent. Emendandus ergo etiam Plutarch. in apophth. d. l. vbi item male οἰκῆσαι editur. Historiam conditae vrbis prorsus nouae vide apud Pausan. messen. cap. 27. nam antea vrbs eius nominis nunquam exstiterat, quum *Messene* fuisset regionis nomen. Vide ibid. cap. 1. Deinde vero vitium etiam sequentia contraxisse videntur. Nam diserte Sluisk. et reg. 1. ac 3. vt et Medic. 1. ac 2. legunt σ̄ hoc est, διακοσίων, plane vt Plutarch. ait. At Lugd. et reg. 2. etiam magis minuunt numerum, legendo ρ̄ h. e. ἑκατὸν, *centum*. Reposui, quod longe maior numerus misorum volebat, et Plutarchus ipse. Quamvis, vt vere dicam, neque ille numerus mihi placeat, aut congruat cum historia, prout ab aliis traditur. Neque habeo, quod dicam ad tuendum eum, nisi Aelianum, vel potius Plutarchum, quem ille descripsit, alios secutum auctores, quam qui ad nos peruenerunt. Diserte enim Pausan. in messen. cap. 23. Messenios plane expugnatos, et terra sua eiectos ait ann. I. olymp. XXVIII. At cap. 27. Messenios restitutos in patriam, vrbe iis condita, ab Epaminonda, anno 3. olymp. CII. vt adeo intercesserit spatium 297. annorum, et corruptus sit haud dubie ipse Pausanias, quando ibidem ait intercessisse 287. annos. Sed mox rectius ille ait *ferme trecentos annos*, quem numerum etiam apud Isocr. p. 288. exprimit Archidamus rex Lacedaemoniorum, questus Thebanos *sibi eripere Messenen, quam tenuerint plus duplo spatio annorum, quam Persae tenuerint Asiam*, quos eam nondum *ducentis annis* tenuisse dixerat, ipsam autem Messenen eos κατοικίζειν διὰ τριακοσίων ἐτῶν, hoc est, *post trecentos annos* Messeniis vndecunque conuocatis *inhabitandam dare*, vrbe condita in ista regione. Prius refero ad tempus, quo capta et funditus deleta Ithome, ac Messene in ditionem Lacedaemoniorum concessit, expulsis Messeniis, ac reliquis, qui remanserant, in seruitutem redactis. Accidit illud, teste Pausan. cap. 13. anno I. olymp. XIV. Vnde vsque ad restitutam a Thebanis Messenen effluxere anni 353. vel 354. qui reuera faciunt plus duplo eius temporis, quo Persae tenuerunt Asiam. Etenim Cyrus expugnasse creditur Babylonem olymp. LX. Paulo autem post subiecit sibi primus Lydiam et Ioniam, hoc est, *Asiam*. Inde ergo vsque ad Messenen restitutam sunt anni 170. quorum duplum superatur a tempore illo possessae a Lacedaemoniis Messenes. Posterius seu *trecentos annos* refero ad Iram captam, seu finem secundi belli messenici, quando etiam illae reliquiae Messeniorum, quum rebellassent, sunt expulsae, nec Messene habuit amplius suos ciues aut incolas. Iam vero, vt ad Aelianum et Plutarchum redeamus, neutiquam probabile est, induci ab iis Epaminondam minuentem plus iusto, certe plusquam ab aliis fit auctoribus, spatium illius temporis, quod quo longius fuit, eo magis ad ipsius pertinebat gloriam. Crediderim certe, Epaminondam expressurum hic potius, vt vere et commode poterat, longius illud spatium, ab eo tempore repetendum, quo Messene venit in potestatem Laconum, nempe ν̄ καὶ τ̄ hoc est, annos 50. et 300. Sed nihil ausim definire contra codices. Tanto magis, quia etiam istam chronologiam turbant illi, qui secundum bellum messenicum, et Tyrtaei, qui isti bello interfuit, aetatem, 40. vel 50. annis serius locant. Vide Vales. ad excerpta pag. 38. Superest iam, vt succur-

Ἀρκάδας· ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν αὐτονομίαν. Καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἰδεσθέντες οἱ δικασταί. Ἐπανελθόντα δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ δικαστηρίου, ⁸ μελιταῖον κυνίδιον

ramus Gesnero et reliquis, qui non percepisse videntur vim voculae διὰ, quia addi volunt ad explendum, vt putant, sensum, ὑπὸ Σπαρτιάταις οὖσαν, vt ita dicatur, illam fuisse *Spartanis subiectam* PER *tot annos*. Atqui διὰ hic notat *post*. Sic Isocrates in laudatis modo verbis, ταύτην δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσι. Act. Apost. XXIV. 17. δι' ἐτῶν πλειόνων παραγενόμην, *post complures annos adsum*. Noster XIV. 7. διὰ δέκα ἡμερῶν τὰς ἐφήβους τοῖς ἐφόροις παρίστασθαι. Plutarch. quaest. rom. 42. nundinas Romae esse ait δι' ἐννέα ἡμερῶν, hoc est, *post exortos* identidem *nonos dies*. Et ita passim apud Graecos. Periz.

7. Συντάξεται δὲ συναγαγεῖν εἰς αὐτὸν Ἀρκάδας) Duo enimuero mirari hic satis non possum, vnum, vnde tandem hanc adeo nihili et nullius sensus lectionem sumserit Camillus Peruscus, alterum qua ratione affirmare potuerit Schefferus de hoc simul et proximo superiore loco, *mstos nibil mutare, nec recedere a lectione vulgari*, quum nulli msti, qui quidem sunt excussi, habeant illud τριακοσίων, et huius loci vulgarem hanc lectionem. Nam non tantum duo mei, Sluisk. et Lugd. qui ceteroquin, vbi vel minimum variant codices, discrepare et ipsi solent, sed et reg. Par. et duo Medicei pariter legunt haec eodem prorsus modo, quo scripsit Plutarchus, συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν, in quo nulla superest haesitatio, nisi quod ex eodem Plutarcho legendum insuper sit ταυτὸν pro αὐτὸν, quod tamen habent hic etiam msti. Loquitur autem auctor de eo, quod Epaminondae consilio Arcades relictis pagis coierint in vnam vrbem, quae ideo dicta est *magna vrbs*, μεγάλη πόλις. Pausan. messen. cap. 28. hac de re ait, Ἀρκάδων ἐς μίαν ἠθροισμένην πόλιν, *Arcadibus in vnam collectis vrbem*. Historiam vide in arcadic. cap. 27. Quod vero *reddiderit* Epaminondas *Graecis* αὐτονομίαν, seu, vt ait apud Nepotem, *vniuersam Graeciam in libertatem vindicauerit*, id testantur etiam elegi statuae illius inscripti, quibus declaratur, vt ait Pausan. boeot. cap. 15. τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερίαν δι' αὐτοῦ, *Graecis obuenisse libertatem per eum*. Et certe dicitur diserte in iis, Epaminondae consilio

αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ,

sui iuris et in libertate esse omnis Graecia. Nec sine causa. Nam Lacedaemoniorum imperium in reliquam Graeciam tunc concidit. Perizon.

8. Μελιταῖον κυνίδιον ἔσαινε) Parvi sunt canes, ex insula Melita inter Siciliam et Africam, teste Strab. lib. VI. pag. 277. Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα. Alii adscribunt insulae *Melitae*, inter Epirum et Italiam. Vide Stephanum de vrbib. et ibi notas. Habentur autem tantum *voluptatis causa*, ἐπὶ τέρψει, vt ait Suidas. Tribuuntur ergo feminis a Plutarcho de animi tranquill. pag. 472. vbi ridet eum, qui aegre fert, quod non simul sit *validus leo*, καὶ κυνίδιον Μελιταῖον ἐν κόλπῳ χήρας γυναικὸς τιθηνούμενον, *et canis Melitaeus in sinu viduae nutritus*. Blandiebantur autem et assultabant vltro dominis, vt hic fecit erga Epaminondam. Vnde apud Lucian. in symp. pag. 856. scurra quispiam in conuiuio Alcidamantem Cynicum vocat Μελιταῖον κυνίδιον, haud dubie, quia vltro venerat, ἄκλητος, *inuocatus*. Vide pag. 850. Periz. — Lucian. de merced. cond. tom. I. pag. 693. hos catulos accuratius describit. Locum hunc adduxit iam doct. Fischer. in ind. Theo-

ἔσαινε. Διὸ πρὸς τοὺς παρόντας εἶπε· τοῦτο μὲν ἀποδίδωσιν εὐεργεσίας μοι χάριν· Θηβαῖοι δὲ, πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ εὖ παθόντες, ἔκρινάν με θανάτῳ.

phrast. s. v. Μελιταῖος κλάδας, quem exponit κυνίδιον μικρόν. Vide et consule. Hesych. s. v. Μελιταῖον Aelian. H. A. XVI. 6.

ΚΕΦ. μγ.

Περὶ Τιμοθέου.

Ὅτι Τιμόθεος, ὁ στρατηγὸς Ἀθηναίων, [1] ἐπιστεύετο εὐτυχὴς εἶναι, καὶ [2] ἔλεγε τὴν τύχην αἰτίαν εἶναι, Τιμόθεος δὲ οὐδενός. Καὶ οἱ ζωγράφοι δὲ καθεύδοντα ἐποίουν αὐτὸν κωμῳδοῦντες ἐπὶ τῆς σκηνῆς, εἶτα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀπῃώρητο ἑστῶσα ἡ τύχη, ἕλκουσα εἰς κύρτον τὰς πόλεις.

1. Ἐπιστεύετο) Sluisk. πεπίστευτο. Ceterum celebratam hanc Timothei *felicitatem* respicit auctor etiam supra II. 10. ὅτε ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας ἦν, καὶ ᾕρει τὰς πόλεις ῥᾷστα. At III. 16. ait eum vrbes cepisse, πείθοντα καὶ διδάσκοντα λόγῳ, non autem vi et machinis, vt Demetrius Poliorcetes fecerit. Et forte hinc orta est ab inimicis haec fabula et opinio *fortunae* eius. Picturam refert etiam Suidas et Plutarchus in apophth. Periz.

2. Ἔλεγε) Quis obsecro? Non vtique Timotheus, qui hanc fabulam aegre ferebat, adeo vt pro concione de rebus a se gestis aliquando diceret, *nullam partem in his fortuna habet.* Vide omnino Plutarch. Sulla p. m. 454. Adde apophthegma illius contra hasce invidorum et inimicorum fabulas apud Plut. in apophth. Quid multa? Legerim prorsus cum Kuhnio, ἔλεγον, scil. vulgo homines: sermone illo ab inimicis eius primum orto, cui sermoni commenta sua dein addiderunt pictores. Sed et verbum illud ἐπιστεύετο, vel πεπίστευτο, de re, quae vulgo *creditur et fertur*, dici solet. Vide supra ad I. 14. Ita vero paulo durior euadit constructio sequentium, Τιμόθεος δὲ οὐδενός, pro quo Gesnerus voluit Τιμόθεον. Sed in vulgata lectione nihil profecto erat ea crisi opus. At in hac emendatione videri potest maior quaepiam inesse haesitatio, quia in ea alii sunt, qui haec dicant. Sed neque se male se res habet. Nam ita V. 17. οἱ δὲ (scil. φασὶ) μεμηνὼς τοῦτο δρᾶσαι. XIII. 23. ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι, ὡς μέν τινές φασι, λίθῳ βληθείς, ὡς δὲ etc. βακτηρίᾳ παθὼν τὸ πάθος. Vide et infra ad XIV. 18. Perizon. — Clar. Meinecke ab illo ἔλεγε offensus emendabat, καὶ ἐλέχθη ἡ τύχη αἰτία εἶναι. Sic facilia quidem omnia. Sed an vere auctor ita scripserit, de hoc valde dubito. Ego quidem mihi videor in hoc loco denuo deprehendisse luculentissimum exemplum insignis corruptelae, quam hoc Aeliani opus iniuria temporis est perpessum. Tot enim vitia, intra tam paucorum versuum limites committi vix poterant. Quamobrem totum locum intentatum relinquo, cui a codicibus melior optanda est medicina.

Πυνθανομένου Θεμιστοκλέους τινος, κατὰ τί μάλιστα ἥσθη ἐν τῷ βίῳ, ὅδε ἀπεκρίνατο, [3] τὸ θέατρον ἰδεῖν Ὀλυμπίασιν ἐπιστρεφόμενον εἰς ἐμὲ, εἰς τὸ στάδιον παριόντα.

3. Τὸ θέατρον ἰδεῖν) Vidit illud Olympiis proximis post victorias Graecorum de Xerxe, vt egregie id exponit Plutarch. in eius vita pag. 120. Iam gloriae et laudis studiosissimum fuisse, res est notissima. Et conuenit cum hoc eius responso etiam illud, quod refert Cicero pro Archia cap. 9. *quum quaereretur ex eo, quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret:* resp. *eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.* Adde Valer. Max. VIII. 14. 1. extr. Perizon.

ΚΕΦ. μδ.

Περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Ἀριστείδου φιλονεικίας.

Τοὺς αὐτοὺς ἐπιτρόπους ἔσχε Θεμιστοκλῆς, καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, καὶ διὰ ταῦτά τοι, καὶ συνετράφησαν, καὶ συνεπαιδεύθησαν κοινῷ διδασκάλῳ. [1] Ἐστασιαζέτην δὲ ὅμως καὶ ἔτι παῖδες ὄντες· καὶ παρέμεινεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας.

1. Ἐστασιαζέτην) Confer Plutarch. Arist. pag. 319. et Themist. pag. 113. Vtrobique rationes istius simultatis repetit ex aemulatione amoris, quo eundem puerum pariter amauerint, et, quae potior est ratio, ex diuersitate maxima indolis. Illud vero valde in iis laudabile, quod, quum tempora reip. id postularet, inimicitiae nullam habuerunt rationem, vt fecere in bello contra Xerxen. Vide Herodot. VIII. 79. et Plut. in Aristide pag. 323. Sed et quotiescunque exirent ἐπὶ πρεσβείαν ἢ στρατηγίαν, *in legationem vel ad ducendum* pariter *exercitum*, aemulationem in finibus Atticae deposuerunt, ac reduces receperunt, vide Plutarch. in praec. polit. pag. 809. Periz.

ΚΕΦ. με.

Περὶ Διονυσίου ἀπηνείας.

Ὅτι [1] Διονύσιος τὴν μητέρα διέφθειρε φαρμάκοις. Λεπτίνην δὲ τὸν ἀδελφὸν σῶσαι δυνάμενος, [2] ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιεῖδεν ἀπολλύμενον.

1. Διονύσιος) Maior haud dubie, vt non tantum diserte tradit Plutarch. orat. II. de fort. Alex. pag. 338. sed et liquet ex eo, quod auctor fratrem illi tribuit *Leptinen*, qui reuera frater fuit maioris et eius classi praefectus. Vnde Diod. Sic. pag. 314. καὶ ναύαρχος ὑπῆρχεν αὐτῷ Λεπτίνης ὁ ἀδελφός. Cuius fidei etiam saepe in bellis permisit Syracusas, sicuti iunior Dionysius Philisto: vide Dion. Chrys. orat. 73. init. Perizon.

2. Ἐν τῇ ναυμαχίᾳ) Periit terrestri in proelio, vt tradit Diodorus lib. XV. p. 339. Crediderim autem ab auctore intelligi proelium nauale, quo, victus, et fugatus, vix euasit Leptines, quodque Dionysius e littore prospectauit. Perizon.

ΚΕΦ. μϛ.

Περὶ δράκοντος εὐεργεσίας ἀναμνησθέντος.

Πόλις ἐςὶ τῆς Ἀχαΐας αἱ Πάτραι. [1] Παῖς παρ᾽ αὐταῖς δράκοντα μικρὸν ἐπρίατο, καὶ ἔτρεφε μετὰ πολλῆς τῆς κομιδῆς. Αὐξηθέντος δὲ αὐτȣ̃ ἐλάλει πρὸς αὐτὸν, ὡς πρὸς ἀκȣ́οντα, καὶ ἤθυρε μετ᾽ αὐτȣ̃, καὶ συνεκάθευδεν αὐτῷ. Εἰς μέγιςον δὲ μέγεθος ἐλθὼν ὁ δράκων, ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς ἐρημίαν [2] ἀπελύθη. Ὕςερον δὲ ὁ παῖς, νεανίας γενόμενος, ἀπό τινος θέας ἐπανιὼν, λῃςαῖς περιπεσὼν μετὰ τῶν συνηλίκων, βοῆς γενομένης, ἰδȣ̀ ὁ δράκων, καὶ [3] τȣ̀ς μὲν διεσκόρπισεν, ȣ̃ς δὲ ἀπέκτεινεν, αὐτὸν δὲ περιεσώσατο.

1. Παῖς παρ᾽ αὐταῖς δράκοντα μικρὸν ἐπρίατο) Plin. nat. hist. VIII. 17. Democritum facit auctorem huius narrationis, et puerum *Thoantem* vocat, atque *Arcadem* fuisse ait. In quo illi suffragatur, ab se ipso discrepans, Aelian. hist. anim. VI. 63. Conon vero apud Phot. pag. 434. *Cretensem* dicit puerum, nisi tamen et istic pro Κρητὶ legendum sit Ἀρκάδι. Periz. — Abr. Gronou. ad Ael. H. A. l. c. obseruauit, eandem historiam tradi a Tzetze chiliad. IV. 135. V. 313. qui et in eo cum Aeliano conuenit, quod Patris omnia haec accidisse narrat. Ceterum suspicatur vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 246. ab Aeliani manu profectum esse παρ᾽ αὐτοῖς, nempe Πατρεῦσι, quod a librariis, vt genere cum praecedenti Πάτραι conueniret, mutatum sit in αὐταῖς. In Thucyd. I. 136. φεύγει ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. III. 5. καὶ ἡ ἄλλη, Λέσβος, πλὴν Μηθύμνης, οὗτοι δὲ etc. IV. 1. Μεσσήνην κατέλαβον, αὐτῶν ἐπαγαγομένων, aliisque locis, ab illo l. c. allatis, occurrit eadem a feminino ad masculinum transitio. Conf. Tib. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. tom. I. γλαῦκα ἐς Ἀθήνας — αὐτοῖς εἶτιν. Muncker. ad Ant. Lib. cap. 37. pag. 251. ed. Verheyk. Nec latini abhorruerunt ab eadem loquendi ratione, vti post Gronou. de pec. vet. II. 4. ostendit Muncker. l. c.

2. Ἀπελύθη) *Dimissus est*. Sluisk. ἐπελύθη. Sed probum est, quod vulgatur. Sic Plutarch. de garrul. pag. 508. ἀλλ᾽ ἄχρι τῆς ὁδȣ̃ προπέμψας, καὶ ἀπολυόμενος, ὑγίαινε, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, *sed* ex casa sua *vsque ad viam* publicam eum *prosecutus*, ac iam *discedens*, *dixit*, *vale*, *o rex*. In hist. anim. dicitur, dum dormiebat, deportatus cum lecto in syluam. Perizon.

3. Τȣ̀ς μὲν διεσκόρπισεν, ȣ̃ς δὲ ἀπέκτεινεν) Nullo iure mutare haec volunt, Faber, praeferens ȣ̃ς μὲν, et Schefferus, τȣ̀ς δέ. Nam vt hic, ita supra VI. 1. τȣ̀ς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, ȣ̃ς δὲ ἀπέδοντο, ȣ̃ς δὲ ἀπέκτειναν. Et sane elegantior videtur haec varietas, quam quod illi volunt, quum insuper etiam Lucian. in soloec. init. et Thomas Magister arguant soloecismi illam phrasin, ἃ μὲν, ἃ δὲ, licet complures tamen, et ipse Lucianus, ea sint vsi. Vide clar. Graeu. ad illum Luciani dialogum. Perizon.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. α.

Πῶς ὁ Ἀριστοτέλης εἶχε πρὸς φιλοδοξίαν.

Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου, σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν καὶ εἶναι δοκῶν, [1] ἐπεί τις ἀφείλετο αὐτοῦ τὰς ψηφισθείσας αὐτῷ ἐν Δελφοῖς τιμὰς, ἐπιστέλλων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ τούτων, φησίν· ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι, καὶ ὧν ἀφῄρημαι νῦν, οὕτως ἔχω, ὡς μήτε μοι σφόδρα μέλειν ὑπὲρ αὐτῶν, μήτε μοι μηδὲν μέλειν. Οὐκ ἂν δὲ ἦν φιλοδοξία ταῦτα, οὐδ' ἂν καταγνοίην ἔγωγε [2] τοιοῦτόν τι Ἀριστοτέλους. Ἀλλ' εὖ φρονῶν ᾤετο, μὴ ὅμοιον εἶναι, [3] ἀρχὴν τινα μὴ λαβεῖν, ἢ λαβόντα ἀφαιρεθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα, τὸ μὴ τυχεῖν· τὸ δὲ ἀλγεινὸν, τὸ τυχόντα εἶτα ἀποστερηθῆναι.

1. Ἐπεί τις ἀφείλετο) Addidi αὐτοῦ ex mss. omnibus in eo consentientibus. Videtur excidisse haec vocula, quia mox sequitur αὐτῷ. At illud construendum cum ἀφείλετο, vt solet hoc verbum sibi adsciscere genitiuum, quum datiuus iste participio iungatur. Honores autem, qui decreti Delphis sint Aristoteli, incertum est. Statuam putat Kuhnius. Et sane statua illi erat posita Olympiae, incertum a quo, vt refert Pausan. eliac. II. 4. Sed et vetus ille interpres latinus *vitae Aristotelis* a Nunnesio editus ait: *in tantum fuit honoratus a Philippo et Olympiade matre Alexandri, quod sibi* (h. e. Aristot.) *construxerunt vel constituerunt cum eis* (pro *secum*) *statuam*. Aliis quoque honoribus alibi affectus fuit, veluti quod Stagiritae altare ei exstruxerunt, et festum celebrarunt, dictum *Aristotelea*, teste Ammonio in vita Arist. et illo interprete. Vt adeo quum auctor nihil definiat, et variis honorum modis Aristoteles potuerit, in medio res sit relinquenda. Perizon.

2. Τοιοῦτόν τοι Ἀριστοτέλους) Culpa haec sine dubio est Cam. Perusci, qui ita primus edidit, quum liquido vterque mss. et reg. omnes offerant illud, quod Kuhnius vidit legendum, τοιοῦτόν τι. Perizon.

3. Ἀρχόν τινα μὴ λαβεῖν) Recte, haec explicuit doct. Kuhn. Verterat Vulteius, et retinuerunt omnes, *dignitatem aliquam*, quum τινα hic notet *res quas quis accepit*, ἀρχὴν vero in negatione significare soleat *prorsus, omnino*. Sic III. 14. σάλπιγγα δὲ οὐδὲ ἀρχὴν ὑπομένουσι. Et cum attic. IX. 29. ἀλλὰ μεῖζόν ἐστι, τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν τὴν ἀρχήν. Et alibi. Per. Cf. ind. s. v.

ΚΕΦ. β.

Περὶ Ἀγησιλάου, καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιορκούντων.

Ὅτι τοὺς παραβάντας ὅρκους τῶν βαρβάρων [1] ἐπήνεσεν Ἀγησίλαος, ὅτι τοὺς θεοὺς [2] ἐχθροὺς αὐτοῖς ποιησάμενοι ταῖς ἐπιορκίαις, αὐτῷ φίλους καὶ συμμάχους κατεπράξαντο.

1. Ἐπήνεσεν Ἀγησίλαος) Non *laudauit* proprie, vt vertitur, sed *gratias iis egit*, grata habuit eorum facta, vtpote sibi vtilia. Et ita diserte aiunt gratias egisse Tissapherni, Persae periuro, Polyaen. II. 1. 8. χάριν οἶδα Τισσαφέρνει τῆς ἐπιορκίας, ἑαυτῷ μὲν γὰρ πολεμίους τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ἡμῖν δὲ συμμάχους. Et Xenoph. de reb. Gr. lib. III. pag. 291. et de Agesilai laud. init. Tissapherni legatos renunciare iussit, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχοι, ὅτι ἐπιορκήσας etc. Perizon.

2. Ἐχθροὺς αὐτοῖς) Lugd. et reg. 2. ac recentior manus tertii, ἑαυτοῖς ἐχθρούς, quod videtur melius. Et ita Polyaen. in verbis modo laudatis, ἑαυτῷ μὲν γὰρ etc. Perizon.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ ἀσωτίας.

Τιμόθεος πρὸς [1] Ἀριστοφῶντα ἄσωτον ὄντα, πικρότατα

1. Ἀριστοφῶντα ἄσωτον ὄντα) Inimicus ille fuit et accusator Timothei, quando is in exilium pulsus est. Hinc Plutarch. in lib. de exilio neminem ait esse tam degenerem, *qui malit esse Clodius expellens, quam Cicero expulsus, et Aristophon accusator, quam Timotheus, qui patria cessit*, idem et Iphicrati aduersarius fuit, vt discimus ex Plutarchi polit. praec. Iactare etiam solebat hic homo, *se septuagies quinquies violatarum legum accusatum fuisse*, quod ei exprobrat Aeschines contra Ctesiph. pag. 203. vbi appellatur Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς, Athen. lib. XIII. pag. 577. *rhetorem* dicit, et legem ab eo latam statim post eiectos XXX. tyrannos, ne quis sit ciuis, nisi qui matre ciue sit natus, ipsum vero dein tamen ex scorto παιδοποιήσασθαι, hoc est, *liberos genuisse*. Ceterum dictum hoc Timothei etiam Stob. serm. LXVI. refert ex Aeliano, et pluribus quidem verbis, sed quae satis patet aliunde addita, vel per modum explicationis praemissa. Nam ita ait, Τιμόθεος ὁ Κόνωνος πρὸς Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα, πάντων ἄριστα ἔχοντα λέγειν, εἶπεν. Ἐπεὶ γὰρ ἄσωτος ἦν ὁ Ἀριστοφῶν, πικρότατα αὐτοῦ καθίκετο ὁ Τιμόθεος, εἰπών, ᾧ ἱκανὸν οὐδέν, ἀλλὰ τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν. Voluit scil. quicunque ista satis incondita adiecit, siue Stobaeus, siue librarius, declarare, oratorem fuisse Aristophontem hunc, quod oportunius ex Plutarcho didicimus, et certe ad hoc Timothei dictum nihil faciebat. Sed neque recte illa Stobaei exponunt interpretes. Verti enim priora illa debent, vt commodus exstet sensus, *Timotheus Cononis f. contra Aristophontem Azeniensem, qui omnium optime perorabat, orationem habuit. Quia vero ille intemperans erat homo, acerbissime eum increpuit Timotheus, dicens, cui etc.* Ceteroquin enim frigidissima et ineptissima tautologia se prodit in iis, εἶπεν, εἰπών, atque ideo interpretes in versione praeter-

καθικόμενος αὐτῷ, εἶπεν· ὦ ἱκανὸν οὐδὲν, ἀλλὰ τοῦτό γε αἰσχρὸν οὐδέν.

miserunt penitus illud εἶπεν. Ἀζηνιεῖς vero dicebantur ab vno ex pagis atticis, de quo vide Meursium et Sponium. Et ea descriptione a Demosthene et Aeschine plerumque ornatur hic *Aristophon*. Denique, vt et hoc addam, caput hoc in mstis incipit, ὅτι Τιμόθεος etc. Periz.

ΚΕΦ. δ.

Περὶ Ἀριστείδου ὑπὸ γαλῆς δηχθέντος, καὶ ἀποθνήσκοντος.

Ὅτι Ἀριστείδης ὁ Λοκρὸς ὑπὸ [1] Ταρτησίας γαλῆς δη-

1. Ταρτησίας γαλῆς δηχθεὶς) Celebrata est *Tartesia*, siue *mustela*, siue *felis*, vt vult Kuhnius, per collectores adagiorum, qui pene omnes eam memorant. Vide Diogenianum, Suidam, Hesychium, et adde Erasmum nostratem. Interpretes autem plerique vertunt *felis Tartesia*. At Erasmus dubitat chil. 1. cent. 2. adag. 72. *vox haec* γαλῆ, *felemne significet, an mustelam, quoniam inter eruditos controuersiam esse video. relinque aliis iudicandum.* Atque ita Casaubonus quoque ad Theophrastum, et Munkerus ad Anton. Lib. fab. 29. Res ita se habet. Antequam homines satis distinguere possent animalia, tunc vbique, quae non multum diuersi erant generis, vno eodemque designabantur vocabulo. Sic ergo etiam mures, mustelae, feles, stelliones, vna hac voce γαλῆς fuerunt primum appellati. Et hinc caueae, in quibus huiusmodi animalcula capiebantur, et dein circumferebantur et ostentabantur, dicebantur etiam deinceps γαλεάγραι. Vide Athen. lib. XIV. pag. m. 616. At vero posteaquam homines animalia haec melius cognoscere et distinguere coeperunt, tunc singulis propria dederunt nomina. Et ita Graeci tunc *felem* dixerunt αἴλουρον, *mustelam* γαλῆν, *stellionem* γαλεώτην. Indubiam et liquidam istorum vocabulorum distinctionem reddunt non tam glossae, quae tamen et ipsae γαλῆν *mustelam* interpretantur, et αἴλουρον *felem*, quam ipsi graeci latinique auctores inter se collati. Galinthias, Alcmenes parturientis famula, vel amica, dicitur in γαλῆν versa a deabus, quas deceperat. Vide Anton. Lib. fab. 29, qui etiam ita describit γαλῆν, vt satis pateat *mustelam* describi. Tribuit enim illi δίαιταν ἐν τῷ [illegible], *vitam in cauerna*, et ἄμορφον [illegible], *deformem coitum*, nempe, vt addit, *per aures*, quod de *mustelis* veteres dixere. Vel sic tamen Xylander verterat istic *felem*. Licet proxima superiore fabula auctor veram *felem* expressurus dixerit, vt debebat, αἴλουρον. Sed et Ouid. metamorph. IX. 323. Galanthida tradit conuersam in animalculum, quod *colorem* Galanthidis, quae dicitur fuisse *flaua comas*, *non amiserit*. Et *quia mendaci parientem iuuerat ore, ore pariat*. Lactantius Placidus in argum. metam. diserte ait versam *in mustelae figuram*. Fabulam autem hanc confictam reor, ex eo, quod cum *Alcmena difficulter pareret*, *mustela* forte *praetercurrens* eam terruerit, et terrore illo *foetum expulerit*. Hinc ergo Thebani *mustelam* colebant, et Herculis nutricem dicebant. Docet illud Aelian. hist. anim. XII. 5. Ἀλκμήνης τεκεῖν οὐ δυναμένης, τὴν δὲ γαλῆν παραδραμεῖν, καὶ τοὺς τῶν ὠδίνων λῦσαι δεσμούς. Adde Eustath. ad Homer. Iliad. Τ. pag. 1239. Thea-

χθεὶς, καὶ ἀποθνήσκων, εἶπεν· ὅτι πολὺ ἂν ἥδιον ἦν

bani vero vt partum hunc augustiorem redderent, et ne viderentur *mustelae* rem diuinam facere, interposuerunt Iunonem fabulae, et ex γαλῆ fecerunt *Galinthida* feminam, cui proinde eos sacra facere ante ipsum Herculem ait Ant. Lib. d. l. Sed et alii (vide Aelian. hist. anim. XV. 11.) tradunt γαλῆν fuisse feminam istius nominis veneficam, impudicam, et quae *foedam venerem* exerceret, et ideo conuersam in hoc animalculum ab Hecate, quam tamen Anton. Lib. ait constituisse illam sibi ministram, ἱερὰν διάκονον. Satis liquet et hanc fabulam ex ea ortam opinione, quod *mustela ore pariant*, seu ex illa ἀμόρφῳ λυνῆ, et παρανόμῳ ἀφροδίτῃ. Sed vt ad γαλῆν et *mustelam* conferendas redeam, Aristot. hist. anim. IX. §. 101. cum superiore §. de testudine egisset, subiicit, ἡ δὲ γαλῆ, ὅταν ὄφει μάχηται, ἐπεσθίει τὸ πήγανον, *mustela, quando cum serpentibus pugnat, comedit rutam.* Adde huic Plutarch. de solert. an. pag. 974. qui Aristotelem descripsit, quamuis minus accurate, (nam quod de sola *testudine* dixerat Aristoteles, ὅταν ὄφεως φάγῃ, ille refert ad vtramque, *testudinem* et *mustelam*, scribens ideo etiam μάχωνται) et ipsum Aelian. hist. anim. IV. 14. At Plinius eadem ex Aristotele tradens, diserte *mustelam* dicit, non *felem*: VIII. 27. *testudo cunilae, quam bubulam vocant, pastu vires contra serpentes refouet: mustela rutae, in murium venatu cum iis* (serpentibus) *dimicatione conserta.* Adde XX. 13. et XXIX. 4. vbi eadem de mustelis tradit. Similiter Aristot. de generat. anim. III. 6. refutat opinionem illorum, qui crediderunt γαλῆν *ore parere*, idque ortum putat ex eo, quod paruos plane edat catulos, eosque ore transferat saepe de loco in locum. Hoc ipsum vero de *mustela* tradit et Plin. XXIV. 4. et Plaut. Sticho III. 2. 44. Denique infestae erant muribus γαλαῖ, seu *mustelae*.

Hinc Homer. in βατραχομ. v. 52. inducit murem, qui maxime metuat γαλέην, ἥ καὶ τρωγλοδύνοντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνει, *quae et cauernas subeuntem in ipsis cauernis quaerit.* Faciunt hoc *mustelae*, non *feles*, qua tamen voce perperam istic quoque vtitur interpres. Sed et Latini semper pene mures memorant a *mustelis* captos. Vide Plaut. d. l. et Phaedr. lib. IV. init. Quin inde, teste eodem Phaedro paulo post, *historia* pugnae *murium et mustelarum in tabernis pingi* solebat, plane vti apud Homerum mures haud alios sibi hostes memorant, quam γαλέας, vnde sine dubio pictura isthaec originem traxit. Ceterum liquet ex his, fuisse *mustelas* in Graecia frequentes, quae *in domibus hominum oberrabant*, et *mures venabantur*, vt ait Plinius. Atque hinc apud Stob. serm. 87. Diogenes ait, *in aedibus, in quibus multum est cibi, multos esse mures et* γαλᾶς, h. e. *mustelas*, non *feles*, vt etiam istic male vertitur. Nam manifestum est, loqui eum de animalibus, non, quae vltro adsciscuntur ab hominibus, vt feles, sed quae sua sponte in tales aedes concurrunt praeter voluntatem dominorum, vt mustelae. Vide Phaedrum fab. 22. Sed praeter has erant et *syluestres* mustelae, vt Plin. ait XXIX. 4. quae *distant magnitudine* a domesticis, et quas *Graeci vocant ictidas*, seu γαλέας ἀγρίας, quae itidem ad mures rusticos in agris exstinguendos adhibebantur. Aristotel. hist. anim. VI. §. 432. αἱ γαλαῖ αἱ ἄγριαι μάλιστα ἀναιροῦσι, *mustelae syluestres maxime eos mures tollunt.* Frequentes erant in Libya et Hispania, vbi etiam in cuniculos, et eorum cauernas immittebantur, teste Strabon., lib. III. pag. 144. Hae autem erant vel ipsae *Tartessiae*, hoc est, hispanicae, vel certe *Tartessiis simillimae*, vt diserte ait Herodot. IV. 192. in Libya esse γαλᾶς τὰς Ταρτησσίῃσι ὁμοιοτάτας

αὐτῷ δηχθέντι ὑπὸ λέοντος, ἢ παρδάλεως ἀποθανεῖν, [2] εἴπερ οὖν ἔδει τινος τῷ θανάτῳ προφάσεως, ἢ ὑπὸ θηρίου τοιούτου· τὴν ἀδοξίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκεῖνος τοῦ δήγματος πολλῷ βαρύτερον φέρων, ἢ τὸν θάνατον αὐτόν.

Et fane vt fylueftres Plinius ait *difiare magnitudine* a domefticis, fic Ταρτησίαι fimpliciter dicebantur a Graecis omnes maiores muftelae. Schol. Ariftoph. ad ranas p. 234. λέγουσι δὲ Ταρτησίαν γαλῆν ἀντὶ τοῦ μεγάλην. Similiter Suidas, Hefychius, et alii. Haec paulo vberius fum exfecutus, quia interpretes auctorum vel haefitant, vt Portus apud Suidam *muftelam vel felem* vertens, vel, vt plerique alii, reddunt fimpliciter *felis*, et omnia adagia ab γαλῆ formata *feli* adfcribunt, et quia hoc ipfo in loco Kuhnius malebat exponi *a fele Tartefia*. Periz. — Locum Artemidori VII. cap. 27. a Io. Kuhnio laudatum, emendandum effe, quemadmodum e mftis illum legi iuffit Abr. Gronouius, didiceram iam dudum e notis Kufteri ad Suid. v. γαλῆ. Eft vero fecundum cod. mff. Suidae, cuius meminit Abr. Gronou. ita fcribendus: ἔστι γὰρ Ἰσόψηφος δίκη καὶ γαλῆ καὶ ἄλγη· ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων.

2. Εἴπερ οὖν ἔδει) Male haec a fuperioribus diuulfa, cum fequentibus, ἢ ὑπὸ θ. τ. coniunguntur in verfione\ hoc modo, *quando quidem neceffe fuiffet aliquam mortis occafionem exiftere*, NON *ab eiusmodi contemta beftiola*. Alium effe auctoris fenfum ex mea verfione fatis clarum eft. Perizon.

ΚΕΦ. ϛ.

Τίσιν ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀρχάς.

[1] Οὐ μόνοις τοῖς ἀστοῖς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς στρατηγίας ἐπιτηδείοις, ἀλλὰ γὰρ καὶ ξένους προῃροῦντο, καὶ τὰ κοινὰ αὐτοῖς ἐνεχείριζον, εἴπερ οὖν αὐτοὺς ἀγαθοὺς ὄντας κατέγνωσαν, καὶ ἐπιτηδείους εἰς τὰ τοιαῦτα.

[2] Ἀπολλόδωρον τὸν Κυζικηνὸν πολλάκις στρατηγὸν

1 Οὐ μόνον τοῖς ἀστοῖς) Etiam Lugd. ἀστικοῖς, et mox ἀλλὰ καὶ, omiffo γὰρ, confpirans in vtroque vt folet, cum B. et C. Parif. Sed vulgatum vt reliqui tuentur codd. fic et nofter faepius eo vfus eft. Vide fupra VI. 10. et XIII. 24. De re etiam ipfa et Athenienfium inftituto recipiendi *peregrinos* in ciuitatem, et honorum confortium egi ad IV. 6. et VI. 10. De ἀλλὰ γὰρ vide fupra III. 17. 20. Periz.

2. Ἀπολλόδωρον) Sumfit haec Aelianus ex Platonis *Ione* prorfus in extremo, vbi Socrates Ionem his verbis alloquitur: ὦ βέλτιστε Ἴων, Ἀπολλόδωρον οὐ γιγνώσκεις τὸν Κυζικηνὸν, ὃν Ἀθηναῖοι πολλάκις ἑαυτῶν στρατηγὸν ᾕρηνται, ξένον ὄντα, καὶ Φανοσθένη τὸν Ἄνδριον, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Κλαζομένιον, οὓς ἤδη ἡ πόλις ξένους ὄντας, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶ, καὶ εἰς στρατηγίας καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει, *o optime Ion*,

εἵλοντο, ξένον ὄντα, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Κλαζομένιον. Ἐνδειξάμενοι γὰρ, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσιν, εἶτα οὐκ ἔδοξαν ἀνάξιοι τοῦ Ἀθηναίων ἄρχειν εἶναι. Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων ἐπαινεῖν χρὴ τὴν πόλιν, [3] μὴ καταχαριζομένην τἀληθὲς τοῖς πολίταις, ἀλλὰ νέμουσαν καὶ τοῖς γένει μὲν μὴ προσήκουσι, δι' ἀρετὴν δὲ ἀξίοις τιμᾶσθαι.

Apollodorum ergo Cyzicenum non nosti, quem Athenienses peregrinum hominem saepe suarum copiarum ducem crearunt? Et Phanosthenem Andrium, et Heraclidem Clazomenium, quos itidem peregrinos, sed declarantes, se pretii alicuius esse, ciuitas haec iam producit ad ducatus et alios magistratus? Patet ex his etiam aetas illorum hominum. Sed miror, quibus fidiculis extorquere ex hisce potuerit Athenaeus maledicentiam Platonis in hos ipsos homines. Ait ille lib. XI. cap. vlt. pag. 506. ὅτι δὲ καὶ δυσμενὴς ἦν (ὁ Πλάτων) πρὸς ἅπαντας, δῆλον καὶ ἐκ τῶν ἐν τῷ Ἴωνι ἐπιγραφομένῳ, ἐν ᾧ πρῶτον μὲν κακολογεῖ πάντας τοὺς ποιητὰς, ἔπειτα καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου προαγομένους, Φανοσθένη, Ἀπολλόδωρον, καὶ Ἡρακλείδην, *quod vero etiam maleuolus fuerit in omnes, manifestum ex iis, quae in dialogo, qui Ion inscribitur, occurrunt, in quo primum male loquitur de omnibus poetis, deinde etiam de iis, qui a populo producebantur, Phanosthene etc.* Atqui in toto dialogo nusquam fit illorum mentio, nisi in verbis modo laudatis. Quae vero in iis maledicentia? An quod dicuntur ἐνδείξασθαι, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσι. Quid dicam? Manifesta nimis est δυσμένεια, *maleuolentia*, ipsius Athenaei in Platonem. Nam et eiusdem generis est, quod de *poetis* ait, quibus nihil istic detrahit Plato, sed ludit tantum *rhapsodos*, Homeri recitatores et interpretes, qualis fuit *Ion*. Perizon.

3. Μὴ καταχαριζομένην τἀληθὲς) Est elegans locutio, qua significatur minus vere et recte indicare de quibusdam in gratiam aliorum, seu id, quod verum et rectum est, prodere alicui. Sic IX. 11. καταχαρίζεσθαί τι τῶν δικαίων. Vide et de iudicio famae per gratiam I. 23. Paulo ante Lugd. iterum, vt B. et C. Paris. ἀνάξιον τοῦ αὖθις ἄρχειν, quasi haec ad solum *Apollodorum* essent referenda, qui πολλάκις ἦρξε: sed perperam. Periz.

ΚΕΦ. ς.

Ἀριστίππου γνώμη περὶ εὐθυμίας.

Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐῴκει λέγειν ὁ [1] Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν. Εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἵλεω διανοίας ἀπόδειξις. Προσέταττε δὲ

1. Ἀρίστιππος) De eo vide supra VII. 3. et IX. 20. Παρεγγυῶν, quod sequitur, est *praecipiens, monens.* Sic imp. Iulian. orat. I. pag. 39. παρεγγυῶν τοῖς στρατευομένοις τὸ πονεῖν, *praecipiens militibus laborem.* Periz.

[2] ἐφ' ἡμέραν τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐννοεῖ. Μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρόν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον· τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι, τὸ δὲ ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔσται.

2. Ἐφ' ἡμέραν) Vel legendum cum Sluisk. et reg. B. ἐφ' ἡμέρᾳ, plane vti statim sequitur, ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, non μέρος, et ita Hesiod. ἔργ. 43. καὶ ἐπ' ἤματι, etiam vno die, et v. 102. ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ, interdiu et noctu, et 799. οἱ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι, qui ad opus hoc optimi. At ἐφ' ἡμέραν notat vel sub diem orientem, vel vsque in integrum diem. Sic ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας, III. 1. Et act. ap. III. 1. ἐπὶ τὴν ὥραν ἐννάτην, sub horam nonam, seu, paulo ante, circiter. Vel (quia haud dubie sunt et alii codd. qui retinent vulgatum, et certe Lugd. vt et reg. A. per compendium ita hoc scribunt, vt vltimae literae non sint expressae, sed tamen ἡμέραν videantur velle) vno vocabulo ἐφήμερον. Sic III. 29. βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον, victum habens semper vnius tantum diei. Et hinc ἐφήμερον dici etiam coepit, quod caducum et singulis diebus mutari potest. Sic de vita et natura hominis VIII. 11. Alterutrum certe genuinum esse auctoris, nullus dubito. Perizon.

ΚΕΦ. ζ.

Νόμος λακωνικὸς περὶ τῆς τῶν σωμάτων χρόας, καὶ εὐφυΐας, καὶ τῶν ὑπερσαρκούντων.

Λακεδαιμόνιος οὗτος ὁ νόμος· ὁ δὲ νόμος ἐκεῖνα λέγει, Μηδένα Λακεδαιμονίων [1] ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ἔχειν [2] ὑπὲρ τὰ γυμνάσια. Ἐδόκει γὰρ τὸ μὲν ἀργίαν ὁμολογεῖν, τὸ δὲ οὐχ ὁμολογεῖν ἄνδρα. [3] Προσεγέγραπτο δὲ τῷ νόμῳ, καὶ διὰ δέκα ἡμερῶν

1. Ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν) Sumta huius capitis pleraque ex Athen. XV. 12. vel quem ille laudat, ex Agatharchidae lib. XXVII. ita tamen vt oratorio stylo videantur ab auctore ornata et locupletata: nam res certe easdem, sed brevius, habemus apud Athenaeum. Ἀνανδρότεροι τὴν χρόαν erant homines albi, non exusti sole, nec indurati exercitiis quorum idcirco color, tanquam femineus et mollis, mox dicitur οὐχ ὁμολογεῖν ἄνδρα. Vide hic Kuhn. Athen. ait σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχειν. Perizon.

2. Ὑπὲρ τὰ γυμνάσια) Hoc est, supra quam solent esse corpera in gymnasiis, scil. per exercitia. Sic XII. 1. Ἀσπασία μὲν οὖν μεγαλοφρόνως, καὶ ὑπὲρ τὰς γυναῖκας βασιλικῶς ἔδρασε, supra quam solent ceteroqui mulieres. XIII. 1. τὸ μέγεθος ὑπὲρ τὰς τελείας ἦν γυναῖκας, magnitudine erat supra adultas feminas. Periz.

3. Προσεγέγραπτο δὲ καὶ τῷ νόμῳ, καὶ διὰ) Deleui prius καὶ, volentibus ita mstis pariter. Neque sen-

πάντως τοῖς ἐφόροις τὲς ἐφήβες παρίςασθαι γυμνὲς δημοσίᾳ· καὶ εἰ μὲν ἦσαν εὐπαγεῖς, καὶ ἐῤῥωμένοι, καὶ [4] ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφέντες, καὶ διατορευθέντες ἐπηνῦντο· εἰ δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν, ἢ ὑγρότερον, ὑποιδέσης καὶ ὑπαναφυομένης διὰ τὴν ῥαθυμίαν πιμελῆς, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν [5] ἐπαίοντο, καὶ ἐδικαιῦντο. Ἐτίθεντο δὲ καὶ φροντίδα οἱ ἔφοροι καθ' ἑκάςην πολυπραγμονεῖν [6] τὰ περὶ τὴν ςολὴν, εἰ ἕκαςα

fus illud requirit, quin potius, vt superuacuum, aspernatur. Periz.

4. Ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφέντες) Eam enim in rem gymnasiis maxime vtebantur, vt valido et robusto essent corpore. Nam vt ait Xenophon de rep. Lacedaem. οἱ μὲν διαπονούμενοι, εὔχροοί τε, καὶ εὔσαρκοι, καὶ εὔρωστοί εἰσιν, οἱ δ' ἄπονοι, πεφυσημένοι τε, καὶ αἰσχροὶ, καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται, *qui semper laborant bono colore, et carne, et viribus sunt praediti, at qui non laborant, inflati, et deformes, et imbecilli apparent.* Quare addit, *haud facile quem reperturum homines Spartanis magis validos, et magis aptos corpore ad omnia agenda.* De re ipsa vide supra II. 5. et ibi notas. Perizon.

5. Ἐπαίοντο, καὶ ἐδικαιῦντο) Eadem pene Ephorus de Gallis apud Strabon. lib. IV. pag. 199. ἀσκεῖν αὐτὰς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάςορας· τὸν δὲ ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιῦσθαι, *exercere se in id, ne pingues sint, neque prominentem habeant ventrem, ex iuuenibus autem si quis excedat cinguli mensuram, eum puniri.* De romanis censoribus, qui itidem equitibus *nimis pinguibus et corpulentis*, equum adimere solebant, vide Gell. noct. attic. VII. 22. Sed et Epaminondas volebat *milites suos exercitos non tam athletice, quam militarem in vsum, atque ideo etiam infestus erat* τοῖς πολυσάρκοις, *et talem quendam eiecit ex castris*, vt refert Plutarch. in apoph. reg. Perizon.

6. Τὰ περὶ ςολὴν) Nam neque hanc partem neglexerat Lycurgus legislator eorum, vt in reliqua, sic et in vestitum inducta aequalitate miranda. Vide Crag. de rep. Laced. lib. III. tabul. VI. instit. 1. et 2. Στολὴ notat omnem vestitum, de quo vide supra ad III. 24. Κόσμος autem non significat hic aliquem ornatum, qui in superuacuis consistit, et vulgo *ornatus* appellatur, et quo sensu Heracl. de polit. ait, τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται, *mulieribus Lacedaemone ornatus omnis ademtus est*, at qualis? nempe, qui sequitur, κομᾶν, χρυσοφορεῖν, *comam alere, aurum gestare.* Notat vero hic *illud ipsum, lex praescribebat.* Hoc enim istic erat *decorum*, quod instum, licet vilissimum. Sic εὐταξία καὶ κόσμος ςρατοπέδε dicitur, quando *exercitus officio suo bene fungitur*, apud imp. Iulian. orat. I. pag. 23. et rediisse πρὸς κόσμον, *ad officium*, pag. 20. Noster etiam coniungit ideo σωφροσύνην καὶ τρόπε κόσμον, VI. 12. h. e. *temperantiam, et vitae ac morum rationem congruentem legibus.* Et hinc κόσμιοι homines *probi, modesti.* Aristoph. Pluto pag. 10. ὅτι ὡς τὰς δικαίας καὶ σοφὰς, καὶ κοσμίας μόνας βαδιοίμην, *quod ad iustos, et sapientes, et modestos solos iturus essem.* Et ita d. Paulus 1 Timoth. III. 2. episcopum vult esse praeter alia etiam σώφρονα, κόσμιον, hoc est, non, vt ineptus quispiam orator exponebat, *nitide ornatum vestitumque*, verum *modeste et decore viuentem.* Sed et ita corpus Socratis

αὐτῆς

αὐτῆς μὴ ἀπολείπηται τῦ κόσμυ τῦ δέοντος. [7] Ἔδει δὲ ὀψοποιὺς ἐν Λακεδαίμονι εἶναι κρέως μόνυ. Ὁ δὲ παρὰ τῦτο ἐπιςάμενος, ἐξηλαύνετο τῆς Σπάρτης, ὡς τὰ τῶν νοσύντων καθάρσια.

Οἱ αὐτοὶ Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδυ ὑπερσαρκῦντα τῷ σώματι, καὶ ὑπέρπαχυν διὰ τρυφὴν γενόμενον, [8] ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν θεωμένων κατήγαγον, καὶ ἠπείλησαν

creditum fuit *κόσμιον καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς*, XIII. 27. Quod quid est aliud, quam agere illud omnia congruenter legibus naturae, et ideo valetudine naturali vigere? Maxime conuenit huic loco, quod auctor hist. anim. XVI. 10. de similis ait, quae ad oppidum Indiae Latagen concurrant ex sylua, vbi *saturatae cibariis, discedant rursus in suas sedes σὺν κόσμῳ, decenter, nec quidquam eorum, per quae transeunt, laedant.* Et Athen. XIV. 21. pag. 656. referens Simonidi quotidianum victum ab Hierone missum liberaliter prorsus, at illum vendidisse pleraque, rogatum autem, quare id faceret, respondisse, vt ita pateat omnibus *ἥτε Ἱέρωνος μεγαλοπρέπεια, καὶ ἡ ἐμὴ κοσμιότης, Hieronis magnificentia, et mea frugalitas*, seu *temperantia*. Perizon.

7. Ἔδει δὲ ὀψοποιὺς) Solum permittebant coquis suis sal et acetum pro condimento. Plutarch. de valetudine, *οἱ Λάκωνες ὄξος καὶ ἅλας δόντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύυσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν, Lacones acetum et sal dantes coquo, reliqua* (condimenta) *iubent eum in ipsa victimae carne quaerere.* Talem *laconicum coquum* emerat aliquando Dionysius, vt sibi pararet *ius illud nigrum*, quo seniores Lacedaemone vescebantur, carne relicta iunioribus. Sed quum illud minime placeret Dionysio, responsum tulit a coquo, *deesse ipsi laconica condimenta, famem, laborem, exercitia.* Vide Plutarch. instit. Lacon. et Cicer. Tuscul. V. 34. Alterius vero generis coquos abhorrebant, et expellebant: id quod multis et eleganter ostendit, atque exemplo probat, Max. Tyr. diss. VII. init. vbi ait magistratus dixisse illi coquo, quem Sparta excedere confestim iubebant, se requirere *τροφὴν ἀναγκαίαν μᾶλλον, ἢ τεχνικήν*; nec se magis, quam leones, desiderare *coquum*, *ὀψοποιὸν*. Atque hinc *coqui*, tanquam res aliena a Spartanis, memorantur apud Plutarch. Alcib. pag. 203. dum traditur, Spartanos, quum viderent Alcibiaden offula contentum, et iure illo nigro vtentem, dubitauisse, an hic homo vnquam domi suae *coquum* habuisset. Perizon.

8. Ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν θεωμένων κατήγαγον) Sic etiam msti, nostri et Paris. Neque tamen persuadere mihi possum, locum hunc esse integrum, non tantum, quia, vt monuit iam Schefferus, Athenaeus verbis ceteroqui ferme iisdem *in mediam concionem deductum* ait. Sed et quia quod Tan. Faber recte omnino addidit, Graeci non dicunt ita simpliciter *κατάγειν τινὰ ἐκ τόπυ*, sed *εἰς τόπον*. Et hinc *κατάγεσθαι* absolute, modo pro *appellere in portum*, sicuti *ἀνάγεσθαι soluere e portu*, modo pro *diuertere in tabernam*, sed et *καταγωγὴ* pro *statione nauium* et pro *diuersorio*, ponuntur. Verba Athen. sunt: *Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδυ παντελῶς ὑπερσαρκῦντα τῷ σώματι, καὶ παχὺν διὰ τρυφὴν γενόμενον, καταβιβάσαντες εἰς μέσην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ Λυσάνδρυ πολλὰ ὀνειδίσαντος ἐν τῷ κοινῷ, ὡς τρυφῶντι, παρ' ὀλίγον ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, Nauclidem etc. quum*

αὐτῷ φυγῆς [9] προστίμησιν, ἐὰν μὴ τὸν βίον, ὃν ἐβίω τότε, ὑπαίτιον ὄντα, καὶ ἰωνικὸν μᾶλλον, ἢ λακωνικὸν, τῷ λοιπῷ μεθαρμόσηται. Φέρειν γὰρ αὐτῷ τὸ εἶδος, καὶ τὴν τῷ σώματος διάθεσιν, αἰσχύνην καὶ τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τοῖς νόμοις.

deduxissent IN *mediam concionem, et ibi Lysander multa illi publice opprobria ingessisset, tanquam luxurianti, parum aberat, quin eum ex ciuitate eiicerent.* Videmus ex his IN concionem ductum, et ibi accusatum, iudicatumque. Quapropter lubens etiam hic legerim, ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν θεωμένων, *in concionem spectantium*, quod postremum auctor de suo adiecit, siue intellexerit *spectaculo publico intentos*, siue in concionem vocatos, vt *viderent* hunc hominem, et ita turpitudo corporis eius pateret omnibus. Perizon.

9. Προστίμησιν) Sic iterum mssi pariter omnes. Gesnerus tamen, Faber, et reliqui, probant προστίμησιν. Et videtur id rectius. Diodor. Sic. lib. I. pag. 83. ἐὰν δὲ ὁ ἐγκαλέσας δόξῃ μὴ δικαίως ἐγκαλεῖν, μεγάλοις ὑποπίπτει προστίμοις, *si vero accusator visus fuerit inique accusare, magnis subiicitur poenis.* Periz.

ΚΕΦ. η.

Πῶς ὁ Πολύκλειτος καὶ Ἱππόμαχος τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν ἐξήλεγξαν.

Δύο εἰκόνας εἰργάσατο [1] Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτὸ, τὴν μὲν τοῖς ὄχλοις χαριζόμενος, τὴν δὲ κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης. Ἐχαρίζετο δὲ τοῖς πολλοῖς τὸν τρόπον τῷ-

1. Πολύκλειτος) Etiam Lugd. addit ὁ ζωγράφος, prorsus vti B. et C. Paris. sed posterior tantum in margine. Verum errant in eo librarii. Statuarius enim fuit *Polycletus*, inque ea arte praestantissimus. Patria fuit Sicyonius: vixit 100. annis ante Lysippum, seu, quod idem est, ante Alexandrum M. posterior tamen Phidia, sed non multum. Siquidem Polycletus aequalis fuit Hipponico (vide infra cap. 16.) is autem aequalis Pericli, qui vxorem, quae illius primum fuerat, duxit. Nota porro est Periclis et Phidiae amicitia. Sed et Plinius Phidiam floruisse ait olymp. 83. at Polyclet. 87. Coniungit eos etiam Max. Tyr. dissert. 26. vt quorum alter Mineruam, alter Iunonem fecerit Argiuis. Librarii, immo et scriptores posterioris temporis, quia εἰκόνας interpretabantur plerumque de *picturis*, crediderunt saepe, eos, qui statuarii erant, fuisse pictores, ita scholiastes Luciani miratur Polycletum a Luciano in *philopseude* inducit *statuarium*, ἀγαλματοποιὸν, qui fuerit *pictor*: insigni errore. Sed et Tzetzes chiliade VIII. epigr. 191. statuarium ait fuisse simul et pictorem. At tu vide Iunii *pictores*, vbi de Polycleto omnia reperies congesta. Ipse etiam Aelian. infra cap. 16. *Polycletum* diserte vt *statuarium* describit. Et res notissima est ex Plinio, Pausania, et aliis. Periz.

τον· καθ' ἕκαστον τῶν εἰσιόντων μετετίθει τι, καὶ μετεμόρφου, πειθόμενος τῇ ἑκάστου ὑφηγήσει. Προύθηκεν οὖν ἀμφοτέρας· καὶ ἡ μὲν ὑπὸ πάντων ἐθαυμάζετο, ἡ δὲ ἑτέρα ἐγελᾶτο. Ὑπολαβὼν οὖν ἔφη ὁ Πολύκλειτος, ἀλλὰ ταύτην μὲν, ἣν ψέγετε, ὑμεῖς ἐποιήσατε, ταύτην δὲ, ἣν θαυμάζετε, ἐγώ.

[2] Ἱππόμαχος ὁ αὐλητὴς, ἐπεὶ αὐτῷ μαθητὴς αὐλῶν [3] ἥμαρτε μὲν κατὰ τὸ αὔλημα, ἐπῃνέθη δὲ ὑπὸ τῶν παρόντων, καθίκετο αὐτοῦ τῇ ῥάβδῳ, καὶ ἔφη, κακῶς ηὔλησας· οὐ γὰρ ἂν οὗτοί σε ἐπῄνουν.

2. Ἱππόμαχος ὁ αὐλητὴς) Auctor priorum oblitus, refert hic denuo, quod iam supra II. 6. retulerat, et insuper errat vel memoriae vitio, vel corruptum forsan secutus codicem. Nam quem hic *tibicinem*, istic *athletam* seu *gymnasten* dixerat. Neque est, quod in consensum redigere eum studeat Kuhnius quaesita interpretatione vocis γυμναστὴς, *exercitator*, quasi etiam *exercitium* sit tibias inflare. Nam diserte istic non ipse modo γυμναστὴς dicitur, sed et discipulus eius ἀθλητὴς, qui ὑπ' αὐτῷ γυμναζόμενος πάλαισμά τι ἐπάλαισεν. Et praeterea ex aliis constat, Hippomachum hunc fuisse ἀθλητὴν, non αὐλητὴν, vt istic monuimus. Error itaque haud dubius est, qui facillime etiam oriri potuit inter haec vocabula, ἀθλητὴς, ἄθλων, ἄθλημα, ἤθλησεν, et αὐλητὴς, αὐλῶν, αὔλημα, ηὔλησεν. Perizon.

3. Ἥμαρτε μὲν κατὰ τὸ αὔλημα) Si *peccauit* vere, nullum est dubium, quin *male cecinerit*, neque tum ratio obiurgationis erat petenda ex eo, quod *auditores eum laudassent*, in quo tamen solo consistit tota huius narrationis vis et argutia. Id enim vult dicere auctor, magistrum hunc increpuisse discipulum suum, tanquam qui male fecerit, hoc solo argumento, quod populus, in iudicando ceteroquin errare solitus, eum laudauerit. Quapropter siquis bene attendat ad mentem auctoris, existimabit, opinor, mecum, excidisse hic voculam μηδὲν, legendumque, ἥμαρτε μηδὲν κατὰ etc. vel ἥμαρτε μὲν μηδὲν. Nam nihil reuera eum male fecisse oportuerat, vt ista tantum ratione male fecisse argueretur: nec supra II. 6. quidquam *peccasse* arguitur. Regius A. legit ἥμαρτε δὲ κατὰ etc. Vt adeo etiam illa varietas aliquid vitii videatur prodere. Perizon. — Vulgatam tamen scripturam tuentur mss. vterque Med. 3. et Sluisk.

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ Ξενοκράτους καρτερίας.

Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, [1] εἰς τὸ

1. Εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος) Hoc est, *rusticitatis*, seu quod esset σκυθρωπὸς, et αὐστηρὸς, vt loquuntur Diog. Laert. et Plutarch. in ἐρωτικῷ, quando tradunt iussum a Platone θύειν ταῖς χάρισι. Atque ita ἄχαρις τὸ ἦθος καὶ ἄγροικος iunguntur, tanquam synonyma, ab

ἄχαρι σκωπτόμενος, [2] οὐδέποτε ἠγανάκτει, φασιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παροξύνοντα αὐτὸν ὑπὲρ τούτου, ἵνα τι ἀποκρίνηται τῷ Πλάτωνι, οὗτος δὲ πάνυ ἐμφρόνως καταστιγάζων τὸν ἄνδρα, ἔφατο· ἀλλὰ τοῦτο ἐμοὶ συμφέρει.

Ant. Lib. fab. 12. λόγοις ἄχαρις καὶ ἀνόητος fab. 22. Xenocrates autem iste etiam *asino* fuit comparatus a Platone, quia tardioris erat ingenii. Vide Laert. Amabatur tamen ab eo, et praeferebatur Aristoteli, vt vidimus supra III. 19. Perizon.

2. Οὐδέποτε ἠγανάκτει φησιν) Msti οὐδέποτε. Sed, quod miror, retinent illud φησὶν, pro quo tamen, quum nullum illud habeat sensum, legendum est sine dubio, φασὶν, pro ὡς φασιν, *vt fertur*, quod saepissime ita ἐλλειπτικῶς occurrit. Res liquida est, et ideo in textum admissa. Periz.

ΚΕΦ. ι.

Πῶς ὁ Φωκίων ἀντέσκωψεν εἰς τὸν Δημάδην.

Προείλοντο τοῦ Φωκίωνος Ἀθηναῖοι τὸν Δημάδην στρατηγεῖν. Ὁ δὲ προτιμηθεὶς, καὶ μέγα φρονῶν, προσελθὼν τῷ Φωκίωνι, χρῆσόν μοι, ἔφη, [1] τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα, ἣν εἰώθεις φορεῖν [2] παρὰ τὴν στρατηγίαν. Καὶ ὃς, οὐδέ ποτε, εἶπεν, [3] οὐδενὸς ῥυπαροῦ σὺ ἀπορήσεις, ἕως ἂν εἶ τοιοῦτος.

1. Τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα) Irrisit Demades, homo insolens, paupertatem Phocionis, quam tamen ille non dissimulabat, quippe paucis et tenui victu contentus, atque opes ac munera opulenta respuens. Vide supra I. 25. Atque hinc Antipater dicere fuit solitus de his ipsis hominibus, duos se Athenis habere amicos, Phocionem et Demadem, quorum illi nihil vt accipiat persuadere possit, hunc vero multa dando explere nequeat. Vide Plutarch. in Phocione, et in apophth. Tenuem illius victum ipse Demades vidit, et miratus est, addens, *miror te, Phocio, qui remp. geras, quum tali possis prandio vti*, teste eodem Plut. de amore diuitiarum. Perizon.

2. Περὶ τὴν στρατηγίαν) Reposui, quod volebat Faber, παρὰ, quia id ipsum omnibus literis exhibent Lugd. ac reg. B. immo et A. sed per compendium scripturae: et postulat graecae linguae vsus. Sic supra II. 4. παρὰ τὴν δίκην, *in lite, in iudicio*, vbi vide quae notaui. Sic παραχρῆμα, *confestim*, proprie *in ipsa re*, vt latini *in loco*, vnde est *illico*. Περὶ τὴν στρατηγίαν notaret tempus, quod proxime praecessit τὴν στρατηγίαν. Sic XII. 30. περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, *circa id tempus, quo forum impletur hominibus*. Periz.

3. Οὐδενὸς ῥυπαροῦ σὺ ἀπορήσεις) Nam luxuriosissimus erat homo, omnia in ventrem effundens, et ideo sordidus adulator non tantum populi, sed et Macedonum, Alexandri, et Antipatri, a quo quam

non potuerit expleri dando, modo ostendimus. Eleganter de hoc homine Plutarch. de amore diuit. *ipse semper* (εἰς τὴν γαστέρα δημαγωγεῖ) *populo assentabatur, vt ventrem expleret, sed Athenas existimans* (μικρὸν τῆς ἀσωτίας ἐφόδιον) *exiguum intemperantiae subsidium, ex Macedonia etiam alebatur. Vnde quum iam senex esset, dicebat de eo Antipater, nihil ex Demade, vt ex victima, reliquum praeter ventrem et linguam.* Vide et supra V. 12. et XII. 43. Periz.

ΚΕΦ. ια.

Πῶς δεῖ εἶναι τὸν ἄρχοντα εἰς τοὺς ἀρχομένους.

[1]Φιλίσκος πρὸς Ἀλέξανδρον ἔφη ποτε, δόξης φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἴσο λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη νόσος, ἀλλὰ εἰρήνη καὶ [2] ὑγεία· λέγων, τὸ μὲν βιαίως ἄρχειν καὶ πικρῶς, καὶ αἱρεῖν πόλεις, καὶ ἀπολλύειν δήμους, λοιμοῦ εἶναι· [3] τὸ δὲ ὑγείας προνοεῖσθαι καὶ σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά.

1. Φιλίσκος) Aeginensis hic fuit, et literas docuit Alexandrum M. auditor Diogenis cynici. Vide Suidam. Perizon.

2. Ὑγεία) Respicit deam, quae bonae valetudini praeerat, et ideo sic dicta, fingebatur filia esse Aesculapii. Vide Pausan. in attic. c. 23. Sed et idcirco Aesculapio in eius templo adstabat Argis, apud eund. in corinth. cap. 23. Sic apud Romanos dea fuit *Valetudo*, quae hoc nomine insignita, exhibetur serpentem manu tenens in nummis gentis *Aciliae*. Ceteroqui *Salutem* hanc deam vocabant, et iungebant Aesculapio. Liu. XL. 37. valetudinis publicae causa dona tradit vota *Apollini, Aesculapio, et Saluti.* Terent. Hecyra III. 2. 3. *quod te, Aesculapi, et te, Salus, ne quid sit huius, oro.* Periz.

3. Τὸ δὲ ὑγείας προνοεῖσθαι) Minus haec videntur respondere superioribus, vbi ipse Alexander iubetur deam valetudinem et pacem imitari, atque idcirco Kuhnius malit ista hoc ordine legere, τὸ δὲ προνοεῖσθαι σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, ὑγείας καὶ εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. Nec male profecto. Nisi quis ita malit, τὸ δὲ ὑγείας, προνοεῖσθαι τῆς σωτηρίας τῶν ἀρχομένων. Εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. Perizon.

ΚΕΦ. ιβ.

Τί ἔπραττεν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁδοιπορῶν.

Ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁδοιπορῶν, ἵνα μὴ ἀλύῃ, [1] φιλύριον εἶχε, καὶ μαχαίριον, ἵνα ξέῃ τοῦτο. Καὶ

1. φιλύριον) *Tabellam tenuem*, sic dictam, quia tales tabellae ex *tilia* fieri solebant, quae a Graecis φίλυρα vocatur. Hinc πίνακες φιλύρινοι, *tabellae tiliaceae*, in quibus scribebatur olim. Habebat et membranam tilia inter corticem et ipsum lignum, similem papyro, atque ideo primitus etiam ad scribendum adhibitam. Suidas, φίλυρα, εἶδος

τῦτο εἰργάζοντο [2] αἱ βασιλέως χεῖρες· πάντως γὰρ [3] ὐκ εἶχεν ὐ βιβλίον, ὐ διάνοιαν, ἵν' ἢ σπυδαῖόν τι καὶ σεμνὸν [4] ἀναγινώσκῃ, ἢ [5] γενναῖόν τι καὶ λόγυ ἄξιον βυλεύηται.

δένδρυ, ἔχον φλοιὸν, βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, species arboris, habens membranam, similem byblo papyro. Sed tamen praeualuit, vt in tabellis scriberetur, quae ex *tilia* olim, sed vel maxime etiam ex *buxo* erant formatae. De *tiliaceis* disertus est locus apud Herodian. I. 17. λαβὼν γραμματεῖον, τύτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, *sumens tabellam ex eo genere* tabellarum, *quae ex tilia in tenues laminas sunt formatae.* De *buxeis* Eustath. ad Iliad. Γ. pag. 319. πάλαι γὰρ ποτε πίναξιν, ἤτοι σανίσι, καὶ ταύταις ἐκ πύξυ μάλιστα, τὰ γράμματα ἐνεκόλαπτον· καὶ τὸ γράφειν δὲ παλαιᾶς ἐνεργείας ὄνομα· ξυσμοῖς γάρ τισιν ἐτυπῦντο στοιχεῖα, τὸ δὲ ξύειν γράφειν ἐλέγετο, *olim enim tabellis, aut laminis. et iis maxime e buxo, literas incidebant. Sed et vox γράφειν est antiquae actionis nomen: literae enim scalpris quibusdam exprimebantur, scalpere autem dicebatur γράφειν.* Tabellae autem istae etiam *scalpendo et radendo poliebantur,* quod itidem voce ξέειν et ξύειν denotabatur. Hinc et porticus dicebatur ξυστός, quae parietes habebat politos, et sagittae atque hastae ξεστοὶ et ξυστοὶ, quarum lignum erat itidem scalpendo politum. Perperam ergo vertuntur mox illa, ἵνα ξέῃ τῦτο, *quo id scinderet.* Immo vero sensus est, *quo id scalpendo poliret.* Perizon. — φιλύριον, quod Perizon. vertit: *tabellam tenuem,* id, obseruante Abr. Gronouio, Salmas. ad Tertull. de pallio p. 164. interpretatur per *tenus,* de quo confer. Taubmann. ad Plaut. Bacch. IV. 6. 23. et I. Lud. de la Cerda in Tertull. l. c. pag. 27.

2. Αἱ βασιλέως χεῖρες) Mss. C. Par. in margine, αἱ χεῖρες αἱ βασιλικαί. Nec aliter Lugd. Sed Sluiskian. vulgatum tuetur. Et hoc praefero propter sequentia. Perizon.

3. Οὐκ εἶχον ὁ βιβλίον) Lege, ὐκ εἶχεν, neque id ex coniectura, sed ex consensu mstorum, praeter vnum ex regiis. Requirit id etiam sensus: intelligitur enim *rex,* βασιλεὺς, qui neque libellum dicitur habuisse quem legeret, neque scrinum quid meditari solitus in itinere. Ineptum vero est, quod fit in vulgata lectione, tribuere *manibus* διάνοιαν, et βυλεύεσθαι, *cogitationem et deliberationem,* quae reguntur a verbo εἶχεν secundum mstam, vel εἶχον secundum vulgatam lectionem. Perizon.

4. Ἀναγινώσκειν) Reposui ἀναγινώσκῃ, quod syntaxis postulat, et Sluisk. cod. ac A. Parit. teste Boivinio, qui tamen legendum putat ex B. Paris. ἵν' ἢ σπυδαῖόν τι καὶ σεμνὸν ἀναγινώσκειν, ἢ γενν. etc. Per.

5. Γενναῖόν τι καὶ λόγυ) Nescio, quid Winkelmannum (*Sendschreib. v. d. Herkulanischen Entdekkungen* pag. 76.) mouerit, vt Martorellio adsentiretur, qui de *regia theca calamaria, Neap.* 1760. ita emendabat hunc locum: ἢ, εἰ γενναῖόν τι — βυλεύηται, γράψῃ. Sermo enim est de rege stupido, qui cum librum legere non posset, nec ingenio polleret, vt de rebus egregiis memoratuque dignis meditaretur, tabellam tiliaceam manu tenebat quam scalpendo poliret. Meineke, v. cl. optime initium capitis reddidit: *ein gewisser Persischer König,* etc.

ΚΕΦ. ιγ.

Περὶ τῶν Ἀγάθωνος τραγῳδιῶν.

Πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς [1] ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. Ἐπεὶ δέ τις, οἷον ἐπανορθούμενος αὐτὸν, ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἶπεν· ἀλλὰ σύγε, γενναῖε, λέληθας σεαυτὸν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Οὕτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ᾤετο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ᾽ εἶναι.

1. Ἀντιθέτοις) *Antitheta* argutae sunt et quaesitae oppositiones contrariorum. Veluti quod Epicurus dixisse fertur apud Laert. κρεῖττον εὐλογίστως ἀτυχεῖν, ἢ ἀλογίστως εὐτυχεῖν, *melius est cum ratione bona infelicem esse, quam sine ratione felicem*. Vide Cicer. oratore c. 49. et Quintilan. instit. orat. IX. 3. Vossium rhet. V. 12. et hic Kuhnium. Huius autem Agathonis *antitheta* risit etiam Plato, vt ait Athen. V. 2. haud dubie, vt nimis quaesita et crebra. Sic Erato apud Plutarch. sympos. III. 1. init. accusare dicitur τὸν καλὸν Ἀγάθωνα, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν, φασιν, ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τοὺς Μυσοὺς ἐδίδασκε, *quem primum tradunt in tragoediam immisisse et inseruisse colores dicendi, quando composuit et agendam dedit fabulam, quae appellabatur Mysi*. Patet etiam ex eo, nimium quantum delectatum esse Agathonem *coloribus*, seu figuris et schematibus, ad quae referuntur etiam *antitheta*. *Agathonis* aetatem vide supra XIII. 4. et me ad II. 21. Perizonius.

ΚΕΦ. ιδ.

Περὶ Στρατονίκου τοῦ κιθαρῳδοῦ.

[1] Στρατόνικον τὸν κιθαρῳδὸν ὑπεδέξατό τις ἀμφιλαφῶς, ὁ δὲ ὑπερήσθη τῇ κλήσει· καὶ γὰρ ἔτυχεν οὐκ ἔχων καταγωγὴν, ἅτε εἰς ξένην ἀφικόμενος. Ὑπερησπάζετο γοῦν τὸν ἄνδρα διὰ τὸ πρόχειρον τῆς κοινωνίας τῆς κατὰ τὴν στέγην. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλον εἶδεν εἰσιόντα, καὶ ἄλλον, καὶ τρόπον τινὰ ἄκλειστον αὐτοῦ τὴν οἰκίαν πᾶσι τοῖς καταλύειν προῃρημένοις, ἐνταῦθα ὁ Στρατόνικος ἔφη πρὸς

1. Στρατόνικον) Atheniensis hic fuit; vixit temporibus Alexandri et Ptolemaei, occisus a Nicocle rege Cypriorum ob iocum acriorem. Vide Athen. VIII. 8. 9. etc. vbi quam plurima eius dicta refert. Quod autem noster de Stratonico hic refert, eius simile factum de Platone tradit Eustath. ad Homer. Iliad. ζ. 15. Perizon.

τὸν [2] ἀκόλουθον, ἀπίωμεν ἐντεῦθεν, ὦ παῖ. Ἐοίκαμεν γὰρ ἀντὶ περιστερᾶς ἔχειν φάτταν, ὑπὲρ οἰκίας εὑρόντες πανδοκεῖον.

2. Ἀκόλουθον) Intelligit *famulum*, non vero comitem, qui *honoris caussa* alium sectatur, vt dicebatur in indice. Aristot. polit. VI. 8. τοῖς ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν, ὥσπερ ἀκολούθοις, διὰ τὴν ἀδουλίαν, *pauperibus necesse est propterea, quod seruos non habent, vti vxoribus et liberis, tanquam famulis*. Thucyd. VI. 28. μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τινῶν καὶ ἀκολούθων, *indicatur itaque ab inquilinis quibusdam et famulis*: vbi scholiastes, ἀκολούθων, ἤγουν δούλων. Hinc vero etiam inter christianos in ordine clericorum erant et ἀκόλουθοι, quasi ministri quidam episcoporum in sacris. Perizon.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ τῶν τοῦ Σωκράτους λόγων.

Λόγος τις διεφοίτα, λέγων, [1] τοὺς Σωκράτους λόγους

1. Τοὺς Σωκράτους λόγους) *Socratis sermones* comparantur *picturis Pausonis*, quia per *aenigmata* loquebatur, quando increpabat vitia, ne homines illis vitiis deditos offenderet: atque ideo primo aspectu non statim intelligebantur, sed vt intelligerentur, laruae aenigmatum detrahi iis debebant, seu *conuerti* debebant, vt non tantum prima eorum et exterior species cerneretur, sed et interior sensus pernosceretur. Sic de Aesopi fabulis Phaedrus praefat. lib. III. *seruitus obnoxia, quia quae volebat, non audebat dicere, affectus proprios in fabellas transtulit, calumniamque fictis elusit iocis*. De Socrate etiam Seneca de benefic. V. 6. *vir facetus, et cuius per* FIGVRAS *sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi nasute negare, quam contumaciter et superbe*. Accessit celeberrima Socratis εἰρωνεία, quae itidem faciebat, vt sermones eius quasi *inuerti* deberent, quando reconditus eorum sensus quaerebatur, remota ironicae locutionis specie. Significat id Seneca, quando *derisorem omnium* dicit. Sed diserte memorat eam Lucian. in Demonacte pag. 999. τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, *non admittens* aut *imitatus Socratis ironiam*, seu *ironicum loquendi genus*. Ceterum Plutarch. de Pythia pag. 396. idem hocce *Pausonis* factum transfert itidem ad dicta vel scripta hominum. Nam quum illud retulisset, subiicit, τοῦτό φησιν ὁ Βίων ἐνίους τῶν λόγων πάσχειν, ὅταν ἀναστρέφωσι, (lege ἀναστραφῶσι) *illud, ait Bio, pati etiam quosdam sermones, quum fuerint inuersi*. Quomodo autem id patiantur, seu quomodo *inuertantur*, declarat exemplo, sed itidem ibi corrupto. Sequitur enim, διὸ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔνιοι φάσκουσιν οὐ καλῶς ἔχειν, ὅτι τοῦ θεοῦ εἰσιν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ μὴ εἶναι, ὅτι φαύλως ἔχουσιν. At quae in his apparet *inuersio*, aut quae differentia inter οὐ καλῶς et φαύλως ἔχειν, in quo tamen summa loci totius consistit? Deinde quae ratio, *non bene se habent, quia dei sunt?* Sed quid plura? Delenda est omnino vocula οὐ, et dein pro ἀλλὰ legendum ἄλλοι. Sensu elegantissimo: *idcirco et oracula nonnulli dicent bene composita esse, quia dei sunt, alii, non esse dei, quia male composita sunt*. In his iam manifesta est inuersio rei,

ἐοικέναι τοῖς [2] Παύσωνος γράμμασι. Καὶ γάρ τοι καὶ Παύσωνα τὸν ζωγράφον, ἀκέσαντα παρά τινος γράψαι ἵππον [3] καλινδούμενον, τόνδε γράψαι τρέχοντα. Ἀγανακτοῦντος οὖν τοῦ τὸ πινάκιον [4] ἐκδόντος, ὡς παρὰ τὰς ὁμολογίας γράψαντος, ἀποκρίνασθαι τὸν ζωγράφον· ὅτι στρέψον τὸ πινάκιον, [5] καὶ ὁ καλινδούμενός ἔσται σοι ὁ

et iudicii de ea mutatio. Erant autem in superioribus accusata oracula, *vt quae pleraque contra et metri legem et vocabulorum vsum peccent, atque ideo non sint Apollinis, dei facundissimi et musarum praesidis.* Cui accusationi hic respondetur, ostendendo, quam diversis modis ratiocinentur vulgo homines. Perizon.

2. Παύσωνος) Pictor fuit celebris, tempore Aristophanis, a quo in Pluto pag. 64. irridetur ob paupertatem. Vide istic scholiasten, vt et ad thesmoph. pag. 819. Paupertas eius tam celebris euasit, sed haud dubie per Aristophanem, vt propterea cum *Ira* homerico coniungatur, et eius nomen aeque ac illius pro quouis paupere ponatur, apud Suidam in voce Ἀτκληπιάδης. Solitus autem fuit pingere potissimum pecora et bestias, de quo vide, quae notaui supra IV. 3. Perizon.

3. Καλινδούμενον) Refert eandem huius picturae historiam, cum Plutarchus de *Pythia*, vt iam dixi, sed qui scribit ἵππον ἀλινδούμενον, quod eiusdem tamen est significationis, licet diuersae originis; nam ab ἀλίω, ἀλινδέω, vt a κυλίω, κυλινδέω, et καλινδέω: tum Lucian. in Demosth. encom. pag. 930. qui idem habet verbum, quod noster. Et ita ille etiam in *Anacharsi, init.* de luctatoribus, ἐν τῷ πηλῷ καλινδούμενοι, ὥσπερ σύες, *in luto se volutantes, tanquam porci.* Adde Thucyd. II. 52. Ceterum male in Luciano editur nomen pictoris Πάσσων, quum ab omnibus aliis Παύσων dicatur, vt monuit iam Schefferus. Perizon. — Paulo ante offendit vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 247. ad verbum ἀκέσαντα, quod dubitat, an pro *audientem, vt hoc faceret, vel iussum, hoc facere,* s. *conductum ad pingendum,* occurrat apud Graecos. Comparat cum illo verba ἐκδοῦναι, quo vsus est in eadem historia narranda l. c. Lucian. et ἐκλαμβάνειν, quod de eadem re adhibuit Plutarch. d. l. atque vtrumque proponit ad medelam huic, vt illi videbatur, corrupto verbo ἀκέσαντα, inde forte petendam.

4. Ἐκδόντος) Qui *locauerat* pictori *tabulam pingendam.* Sic Lucian. d. l. Πάσσωνι τῷ ζωγράφῳ φασὶν ἐκδοθῆναι, γράψαι ἵππον καλινδούμενον, *Passoni aiunt pictori locatum, vt pingeret etc.* Et dein, ὡς δ' ἔτι γράφοντος ἐπιστῆναι τὸν ἐκδόντα, *cum illo adhuc pingente adstaret locator.* Demosth. adu. Midiam pag. 388. ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους στέφανον χρυσοῦν, ὥστε κατασκευάσαι, *cum mihi* (fabro) *locasset Demosthenes coronam auream faciendam.* Contra qui conduxit aliquid faciendum, dicitur ἐκλαβεῖν. Plutarch. itidem d. l. ἐκλαβὼν ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *quum conduxisset, accepisset locatum sibi, vt pingeret equum, qui volutabatur.* Periz.

5. Καὶ ὁ καλινδούμενος ἔσται σοι ὁ τρέχων) Lugd. et reg. B. ὡς ὁ καλινδούμενος ἔσται σοι τρέχων. Omittunt posteriorem articulum ὁ: ego vero mallem priorem omisissent, quod sensus videtur postulare, vel sensum, quem mente conceperis, perspicue exprimendi ratio. Perizonius.

τρέχων. Καὶ τὸν Σωκράτην μὴ σαφῶς διαλέγεσθαι, εἰ γοῦν τις [6] αὐτοὺς στρέψει, ὀρθότατα ἔχειν. Οὐκ ἐβούλετο δὲ ἄρα ἀπεχθάνεσθαι τούτοις πρὸς οὓς διελέγετο, καὶ διὰ τοῦτο αἰνιγματώδεις αὐτοὺς παρείχετο καὶ πλαγίους.

6. Αὐτοὺς στρέψει) Sic et msti, nisi quod Lugd. τρέψαι, aoristo optatiui. Αὐτὰς refertur ad sensum, et vim verbi διαλέγεσθαι, sicuti mox iterum fit, αἰνιγματώδεις αὐτοὺς παρείχετο. Sic Ant. Lib. fab. 37. ἑλληνικὴ ἐπὰν καθορμίσηται ναῦς, φοιτῶσι πρὸς αὐτοὺς, graeca nauis si appellat, ascedunt ad eos, scilicet Graecos, homines istius nauis. Praecessit hic etiam in initio capitis τοὺς Σωκράτους λόγους, de quibus toto capite dein agitur, et qui idem semper intelliguntur. Peria.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ Ἱππονίκου φιλοτιμίας.

[1] Ἱππόνικος ὁ Καλλίου ἐβούλετο ἀνδριάντα ἀναστῆσαι τῇ

1. Ἱππόνικος) Hipponicus hic aequalis fuit Periclis, vel paulo maior, licet diutius vixerit. Nam certe Pericles, teste Plutarcho, p. 165. vxorem habuit, quam ante habuerat Hipponicus, et ex qua genuerat filium, ab Aristophane saepius exagitatum, Calliam, de quo egimus supra IV. 16. et 23. Opulentissimus autem fuit hic Hipponicus. Vnde Plutarch. in Alcibiade, pag. 195. qui gener illius fuit, eum ait habuisse δόξαν μεγάλην καὶ δύναμιν ἀπὸ πλούτου καὶ γένους, gloriam et potentiam magnam ex diuitiis et nobilitate generis. Opes vnde acceperit non ipse, sed eius auus, docet Athen. XII. 9. pag. 537. Nempe Diomnestus Eretriensis cius a summo duce Persarum ingentem vim pecuniae accepit apud se depositam. Eam ille retinuit, Persis omnibus in bello exstinctis. Sed quum dein Darius bellum inferret Atheniensibus maxime et Eretriensibus, hi sibi metuentes detulerunt suam quisque pecuniam ad amicos Athenienses, et ita Diomnestus quoque suam ad Hipponicum Calliae, f. qui omnem eam retinuit, quum omnes Eretrienses, vrbe a Persis occupata, essent occisi. Ea pecunia dein peruenit ab illo Hipponico ad Hipponicum patrem Calliae, ipsum γεγονότα ἀπ' ἐκείνου, τοῦ τὴν παρακαταθήκην λαβόντος, ortum ab eo, qui depositum acceperat. Posteriorem hunc Hipponicum, eum esse credo, de quo noster agit, et superioris fuisse non filium, sed nepotem, quia a nostro et Thucydide dicitur, non Hipponici, vt male putant interpretes Athenaei, sed Calliae filius. dein quia Aristophan. in Auib. pag. 554. inducens Epopem filium Philoclis, nepotem Epopis, cuius auus iterum fuerit Epops, addit ὥσπερ ἂν λέγοις Ἱππόνικος Καλλίου, κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας, quasi si diceres, Hipponicus Calliae, et ex Hipponico Callias. Vides ex hoc loco illud certe, diuitem illum et luxuriosum Calliam, qui Aristophanis tempore vixit, fuisse natum ex Hipponico Calliae filio. Sed et saepius in illa familia repetita fuisse haec nomina alternis, ex eodem loco videtur colligendum. Nam quod semel nepos vnus gessit nomen aui paterni, in eo nihil sane erat notatu dignum. Quin illo etiam sensu accepit ista scholiastes, sed modum excedens, et temere Aristophanem accusans mendacii,

πατρίδι ἀνάθημα. Ἐπεὶ δὲ τις συνεβούλευσε παρὰ Πολυκλείτῳ κατασκευάσαι τὸ ἄγαλμα· οὐκ ἔφη προσέξειν τοιούτῳ ἀναθήματι, οὗ τὴν δόξαν οὐχ ὁ ἀναθεὶς, ἀλλ' ὁ ποιήσας ἕξει. Δῆλον γὰρ, ὡς οἱ ἐρῶντες τὴν τέχνην ἔμελλον τὸν Πολύκλειτον, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον, ἄγασθαι.

dum ait, λέγεται δὲ καταψεύδεσθαι τῶν ὑπομνημάτων, ὅτι οἱ Ἱππόνικοι καὶ οἱ Καλλίαι ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ πατέρων ἐπὶ παῖδας καθήκουσιν, ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος. Ὁ πρῶτος γοῦν Καλλίας Φανίππου πατρός ἐστιν, ὁ νενικηκὼς ἵππῳ τὴν τετάρτην καὶ πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα, *dicitur mentiri contra historias in eo, quod Hipponici et Calliae a maioribus per successionem alternando a patribus ad filios deuenerint, quod falsum est. Primus enim Callias, qui equo vicit olympia LIV. patrem habuit Phanippum.* Tueamur ergo Aristophanem, cuius non ea est sententia, *Hipponicos et Callias* sibi inuicem successisse ab omni aeuo in illa familia, sed supra sesquiseculum: et simul expediamus seriem illustris huius familiae. Verum est, primum *Calliam* habuisse patrem *Phanippum*, vt testatur etiam Herodot. VI. 121. 122. Ille *Callias* inimicissimus fuit Pisistrato, et eius ex vrbe eiecti bona emit. Eiectus autem est Pisistratus secundum, anno tertio olymp. LIV. *Calliae* istius filius fuit *Hipponicus*, ibid. ille, apud quem Diomnestus Eretriensis sua bona deposuit ingruente bello marathonio, olymp. LXXII. Vide Athen. d. l. qui eum Hipponicum etiam *Calliae f.* et *Ammonem* cognominatum ait. Huius, qui illo tempore iam prouectae aetatis fuisse debuit, si aetas patris eius respiciatur, filius iterum fuit *Callias Hipponici* apud Herodo. VII. 151. qui ad Artaxerxem Xerxis f. Longimanum missus est legatus. Confer Suidam, qui ait missum, vt iureiurando firmaret foedus a Cimone cum Artaxerxe factum. Cimon autem paulo post pactionem illius foederis mortuus fuerat anno vltimo olymp. LXXXII. Missus vero Callias eo anno, quo Lacedaemonii duce Plistoanacte inuasere atticam, hoc est, anno secundo olymp. LXXXIII. Cognominatus fuit λακκόπλουτος, cuius rationem vide apud Hesych. et Plutarch. Aristide, pag. 321. Ex hoc *Callia* natus iam est noster *Hipponicus*, qui vna cum Eurymedonte praefuit copiis Atheniensium, anno quarto belli peloponnesiaci, proximo post mortem Periclis, primo olymp. LXXXVIII. Mortuus est paulo ante annum tertium olymp. LXXXIX. vt discimus ex Athen. V. 18. Huius denique filius fuit *Callias* iste ab Aristophane exagitatus cum alibi, tum in auibus, olymp. XCII. et a nostro memoratus supra IV. 16. et 23. qui bona paterna dilapidauit, et tandem in paupertate mortuus est, teste Athen. d. l. Ita habemus quinque ordine continuo *Callias et Hipponicos* alternis, ab olymp. LIV. ad XCII. hoc est, per annos 152. et porro huius *Hipponici* patrem *Calliam*, quem Athenaeus praetermisit, quia de eo nihil habebat, quod diceret eius generis, qualia tunc memorabat, quando *Hipponicum* hunc *a priore Hipponico*, scil. auo, *ortum*, ἀπ' ἐκείνου γεγονότα, ait, quod neutiquam perceperunt interpretes istius loci, dum duos *Hipponicos* vel confuderunt in vanum, vel aeque perperam in patrem et filium, cui frater fuerit vltimus Callias, distinxerunt. De Polycleto vide supra cap. 8. Perizon.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Ἀρχελάου, καὶ περὶ Ζεύξιδος γραφῶν.

Σωκράτης ἔλεγεν, [1] Ἀρχέλαον εἰς τὴν οἰκίαν [2] τετρακοσίας μνᾶς ἀναλῶσαι, [3] Ζεῦξιν μισθωσάμενον τὸν Ἡρακλεώτην, ἵνα αὐτὴν καταγράφοι, [4] εἰς ἑαυτὸν δὲ οὐδέν. Διὸ πόῤῥωθεν μὲν ἀφικνεῖσθαι σὺν σπουδῇ πολλῇ τοὺς βουλομένους θεάσασθαι τὴν οἰκίαν· δι' αὐτὸν δὲ Ἀρχέλαον μηδένα εἰς Μακεδόνας στέλλεσθαι, [5] ἐὰν μή τινα ἀναπείσῃ χρήμασι, καὶ δελεάσῃ, ὑφ' ὧν οὐκ ἂν αἱρεθῆναι τὸν σπουδαῖον.

1. *Ἀρχέλαος*) Rex Macedonum, de quo vide quae notaui ad II. 21. et VIII. 9. Periz.

2. *Τεσσαράκοντα μνᾶς*) Hoccine regium et magnificum adeo, hoccine ita notatu dignum, impendisse Archelaum *quadraginta minas* in suam domum, atque adeo ne talentum quidem, quod faciunt demum LX. minae? Sluisk. *τετρακοσίας μνᾶς*. Lugd. et reg. B. *ὑμνᾶς*. Legendum omnino, postulante id re ipsa, et illa codd. scriptura, *υ'*, cum reg. A. seu, quod idem est, cum reg. C. *τετρακοσίας μνᾶς*, hoc est, *quadringentas minas*, quae faciunt ferme septem talenta; summam minime immodicam. Periz.

3. *Ζεῦξιν*) De hoc pictore vide supra ad II. 2. et IV. 12. Aetatem eius ex hoc loco cognoscere licet, quo *Socrati et Archelao* statuitur aequalis. Minus recte ergo Plin. XXXV. 9. locutus videtur, temere alios accusans, quod quia a doct. Iunio obseruatum non fuit, monendum hic censui. Dicit ergo, *ab hoc* (Apollodoro) *artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intrauit, olymp. XCV. anno quarto, audentemque iam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit, a quibusdam falso in LXXXIX. olympiade positus*. Atqui olymp. XCV. anno primo occisus est Archelaus, et Socrates damnatus, atque ad mortem adactus. Male ergo Zeuxis anno demum tertio post dicitur INTRAVISSE *fores illius artis*, et longo rectius fecerunt illi, qui eum in olymp. LXXXIX. collocarunt. Ipse Plinius ibidem mox ait, *Zeuxin*, quando iam opes maximas acquisiuerat, donare opera sua instituisse, quasi nullo satis digno pretio vendi possent, atque ita donasse huic *Archelao* Pana. Accedit Quinctil. inst. orat. XII. 10 init. vbi Zeuxin et Parrhasium, *ambo circa Peloponnesiaca tempora*, floruisse ait. Iam vero olympias LXXXIX. coepit anno VIII. belli peloponnesiaci. Perizon.

4. *Εἰς ἑαυτὸν δὲ οὐδὲν*) Nam licet fuerit *φιλόμουσος*, vt ait noster II. 21. et ad se euocauerit eruditos, tamen moribus minus fuit probatis, *tyrannus* ideo a Platone dictus, vide supra VIII. 9. Et *rerum naturae ignarus adeo erat, vt, quo die solis defectio fuit, regiam cluderet, et filium, quod in luctu et rebus aduersis moris est, tonderet*, vt nos docet Seneca de benefic. V. 6. Perizon.

5. *Ἐὰν μή τινα*) Sic Euripidem, Agathonem, Pausaniam ad se vocauit, vide supra II. 21. et XIII. 4. Ipsum etiam *Socratem rogauit, vt ad se veniret*, sed qui respondit, *nolle se ad eum venire, a quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset*, teste Seneca d. l. vide hic etiam Kuhnium. Periz.

ΚΕΦ. ιη.

Πῶς ὀργιζόμενός τις τὸν οἰκέτην τιμωρῆσαι ἐβούλετο.

Ἀνὴρ Χῖος ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλην ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. Πολλῷ γὰρ ᾤετο πικροτέραν, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι τιμωρίαν ἐκεῖνος, [1] ἐν Ὀλυμπίᾳ [2] θεώμενος ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος ὀπτᾶσθαι, ἢ ἀλεῖν μύλῃ παραδοθέντα.

1. Ἐν Ὀλυμπίᾳ) Similiter Caligula apud Sueton. cap. 26. populum rom. vexauit in gladiatorio munere, *reductis interdum flagrantissimo sole velis, et tunc emitti quenquam vetuit.* Nempe Romani, sed sero, ad arcendos solis radios, *spectantium consessum velorum umbraculis texerunt*, teste Val. Max. II. 5. 13. qui tamen in eo ait, *Campanam imitatos luxuriem.* Vela haec trabibus et malis erectis erant intenta. Vide omnino Lucret. IV. 73. etc. At in olympiis expositi erant spectatores *pluuiae et radiis solis*, id quod tradit etiam Arrianus in Epictet. I. 6. vt monuit iam Schefferus. De *mola et pistrino* res est notissima ex comicis. Perizonius.

2. Θεώμενον) Reposui θεώμενος, non ex lubidine mea, sed iubente id codice vtroque, et reg. duobus. Lugd. etiam legit ἐκεῖνο. Nec mouere quem debet, quod monuisse videtur editores, infinito iungi nominatiuum. Frequens enim id Graecis, et nostro. Vide supra XIII. 20. et ibi notas, tum cap. 23. et 38. Perizon. — Alius sententiae est vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 247. qui θεώμενον praefert. Putat enim, negari quidem non posse, nominatiuum sequi saepissime infinitiuum; hoc vero fieri tantum tum, cum ille nominatiuus ad eandem personam pertineat, ad quam verbum proxime praecedens. Deinde ipsi quoque videtur e nullo alio scriptore proferri posse tale casuum enallages exemplum, θεώμενος — παραδοθέντα. Si quid in vulgata scriptura emendandum, placet ipsi vel: εἶναι τιμωρίαν ἐκείνῳ ἐν Ὀ. θεώμενον sc. αὐτὸν s. ἐκεῖνον; vt in Thucyd. I. 53. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐμβιβάσαντας ἄνευ κηρυκείου προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις, et VIII. 39. καὶ εἴρητο αὐτοῖς ἐς Μίλητον ἀφικνουμένους τῶν τε ἄλλων ξυνεπιμελεῖσθαι, vel ἐκείνῳ ἐν Ὀ. θεωμένῳ et in sequentibus παραδοθέντι. Sed locum tamen putat sanum esse, neutraque egere emendatione.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ Ἀρχύτου σωφροσύνης ἐν λόγοις.

[1] Ἀρχύτας τά τε ἄλλα ἦν σώφρων, καὶ οὖν καὶ τὰ ἄκοσμα ἐφυλάττετο τῶν ὀνομάτων. Ἐπὶ δέ ποτε ἐβιάζετό τι

1. Ἀρχύτας) De *Archyta* hoc Tarentino, qui ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ, *in admiratione erat apud populum propter omnis generis virtutem*, vt ait Laert. egimus nos iam supra III. 17. 3. Perizon.

εἰπεῖν τῶν ἀπρεπῶν, ὀυκ ἐξενικήθη, ἀλλ᾽ ἐσιώπησε μὲν αὐτὸ, ἐπέγραψε δὲ κατὰ τοῦ τοίχου, δείξας μὲν ὃ εἰπεῖν ἐβιάζετο, [2] οὐ μὴν βιασθεὶς εἰπεῖν.

2. Ὀυ μὴν βιασθεὶς εἶπεν) Lugd. εἰπεῖν. Sed longe praefero vulgatum, quod et Sluiskian. tuetur. Perizon.

ΚΕΦ. κ.

Περὶ τινος φληνάφου ἱστορίας.

Συβαρίτης ἀνὴρ παιδαγωγὸς, (καὶ γὰρ οὖν μετὰ τῶν ἄλλων Συβαριτῶν καὶ αὐτοὶ ἐτρύφων) τοῦ παιδὸς, [1] ὃν ἦγε, διὰ τῆς ὁδοῦ ἰσχάδι περιτυχόντος, καὶ ἀνελομένου, [2] ἐπέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότατα. Γελοιότατα δὲ αὐτὸς τὸ εὕρημα παρὰ τοῦ παιδὸς ἁρπάσας κατέτραγεν. Ὅτι τοῦτο ἀνελεξάμην ἐν ἱστορίαις Συβαριτικαῖς, ἐγέλασα, ἔδωκα δὲ αὐτὸ εἰς μνήμην, μὴ βασκήνας διὰ φιλανθρωπίαν γελάσαι καὶ ἄλλον.

1. Ὃν ἦγε διὰ τῆς ὁδοῦ) Sluisk. et reg. C. ὃν ἤγαγε. Sic I. 34. ἀμφοτέρους δὲ ἐπὶ τὸν Ἀρταξέρξην ἤγαγον. Et proprie de pueris ducendis et educandis: hinc παίδων ἀγωγή, XII. 43. sed et hinc hoc ipsum παιδαγωγὸς vocabulum. Per. — Cf. ind. s. v. διά.

2. Ἐπέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότατα) Sic et Sluiskian. et reg. A. Vnde liquet e mstis hanc lectionem a Perusco editam. Quapropter licet et Lugd. aeque ac reg. B. et C. legat πικρότατα, non tamen idoneam satis rationem hanc duco id, quod receptum est, reiiciendi, vt fecit Kuhnius. De huiusmodi rebus recte satis adhibetur illud ἰσχυρῶς. Sic Plutarch. apophthegm. lacon. ἰσχυρῶς ἀνεζήτουν τοὺς ποιήσαντας, *studiose, vehementer quaesiuerunt eos, qui id fecerant*. Sed et noster prorsus eodem modo supra III. 19. καὶ τῷ Σπευσίππῳ πάνυ ἰσχυρῶς ἐπέπληξε. Perizon. — In sequentibus ita discessit a vulgata Med. 3. τὸ εὕρεμα τοῦ παιδὸς ἁρπάσας κατέτραγεν, et paulo post idem codex exhibet ἐν ἱστορίᾳ Συβαριτικῇ.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Συάγρου ποιητοῦ.

[1] Ὅτι Σύαγρός τις ἐγένετο ποιητὴς μετ᾽ [2] Ὀρφέα καὶ

1. Ὅτι Σύαγρός τις) Citat haec Aeliani nostri Eustath. in praef. ad Homeri Iliada p. m. 3. Periz. — Koenigius pro Σύαγρος legi maluit Ὄαγρος, vti animaduertit Ioach. Kuhn. supra ad XI. 2. Ceterum de hoc poeta egere quos laudat Abr. Gronouius, Leo Allatius de patria Homeri cap. 4. et Fabric. biblioth. graec. lib. I. cap. 34. vbi

Μȣσαῖον, ὃς λέγεται τὸν Τρωικὸν πόλεμον πρῶτος ἆσαι, [3] μεγίςης ȣτος ὑποθέσεως λαβόμενος, καὶ ἐπιτολμήσας ταύτη.

summus ille vir Aeliani verba μετ' Ὀρφέα καὶ Μȣσαῖον interpretatus est per: *cum Orpheo et Musaeo*, i. e. *iisdem, quibus illi, temporibus.*

2. Ὀρφέα καὶ Μȣσαῖον) De *Orpheo* egimus supra ad VIII. 6. *Musaeus* fuit secundum quosdam Orphei discipulus. Duplicem facit *Musaeum* Suidas; alterum *Thebanum*, filium *Thamyrae*, nepotem *Philammonis*, quem memorat etiam Pausan. in phoc. cap. 7. quamuis *Thamyrae* filium non dicat, sed aequalem illi statuere videatur, neque illum, sed Orphea, εἰς πάντα, *in omnibus, imitatum* addat: alterum vero *Atheniensem*, vel *Eleusinium*, qui vixerit temporibus *Cecropis secundi*, et filius fuerit *Antiphemi*, cuius itidem Pausanias saepius meminit. Veluti in attic. cap. 14. vbi *carmina* illius citat, sed quae vtrum illius sint, dubitat, et hunc ipsum etiam cum Orpheo iungit. Adde cap. 25. et in phoc. cap. 5. et 12. Pater fuit Eumolpi, vt tradit Suidas et schol. Sophocl. ad Oedipum Col. v. 1047. quod a Pausan. phoc. c. 5. confirmatur. Sed scholiastes ille alios *Musaeo* tribuit auum, proauum, abauum, quam Suidas, et ad seriora reiicit tempora, dum quartum facit ab Eumolpo Thrace, qui bellum gessit cum Erechtheo, Atheniensium rege, cuius filius fuit *Cecrops* II. Periz.

3. Μεγίςης ȣτος ὑποθέσεως λαβόμενος) Sic II. 13. de Aristophane Socratem exagitante, λαβόμενος ὑποθέσεως εὖ μάλα ἀνδρικῆς. Vult autem dicere auctor quasi per admirationem, Syagrum maximo sane argumento fuisse occupatum, idque, licet magnae esset operae, aggredi ausum. Lugdun. et reg. B. mox legit ταῦτα, sed male, vt opinor. Nam vt noster, sic plane et Plutarch. Bruto in extr. pag. 1010. ȣδ' ὅσον Πομπήιος ἐπιτολμήσας τῇ τύχῃ, *et ne, quantum quidem Pompeius, ausus tentare fortunam.* Perizon.

ΚΕΦ. κβ.

Περὶ τυράννȣ κωλύσαντος τȣς ἑαυτȣ ὑπηκόȣς διαλέγεσθαι ἀλλήλοις.

Ὅτι [1] Τρύζος τις τύραννος βȣλόμενος ἐξελεῖν τὰς συνωμοσίας, καὶ τὰς κατ' αὐτȣ ἐπιβȣλὰς, ἔταξε τοῖς ἐπιχωρίοις, μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι, μήτε κοινῇ, μήτε

1. Τρύζος) An per compendium scripturae pro Τροιζήνιος? Certe οι et υ frequenter inter se permutantur in mstis, vt liquet ex *Moesia et Mysia* toties confusis, aliisque exemplis, quae vide apud illustrem virum, Gronouium patrem, obseru. IV. 15. vt et clar. Bentleium in doctiss. epist. ad Millium, Ioh. Malelae subiecta, pag. 75. etc. Sed et iam olim in pronuntiatione Υ locum τȣ ΟΙ excepit, sicut apud Latinos V saepissime substitutum est in deriuationibus diphthongo OE, vel OI. sic a ποινὴ, *poena, punio*, a *Poenus, Punicus.* Qua de re pluribus egi in anim. histor. cap. 10. pag. 438. Perizon.

ἰδίᾳ. Καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα [2] ἀμήχανον καὶ χαλεπόν. Ἐσοφίσαντο οὖν τὸ τοῦ τυράννου πρόσταγμα, καὶ ἀλλήλοις ἔνευον, καὶ ἐχειρονόμουν πρὸς ἀλλήλους, καὶ [3] ἐνεώρων δριμὺ, καὶ αὖ πάλιν γαληναῖον, καὶ βλέμμα φαιδρὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς σκυθρωποῖς καὶ ἀνηκέστοις ἕκαστος αὐτῶν συνωφρυωμένος ἦν δῆλος, τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐκ τοῦ προσώπου τῷ πλησίον διαδεικνύς. Ἐλύπει τὸν τύραννον καὶ ταῦτα, καὶ ἐπίστευε, τέξεσθαί τι αὐτῷ πάντως κακὸν καὶ τὴν σιωπὴν, διὰ τὸ τῶν σχημάτων ποικίλον. Ἀλλ' οὖν ἐκεῖνος καὶ τοῦτο κατέπαυσε. Τῶν τις οὖν ἀχθόμενος τῇ ἀμηχανίᾳ, καὶ δυσφορῶν, καὶ τὴν μοναρχίαν καταλῦσαι διψῶν, ἀφίκετο εἰς τὴν ἀγορὰν, εἶτα ἔκλαε στὰς πολλοῖς ἅμα καὶ θολεροῖς δακρύοις. [4] Περιέστησεν οὖν αὐτὸν καὶ περιῆλθον τὸ πλῆθος, καὶ ὀδυρμῷ κἀκεῖνοι συνείχοντο. Ἧκεν ἀγγελία παρὰ τὸν τύραννον, ὡς οὐδεὶς αὐτῶν χρῆται νεύματι οὐκ ἔτι, δάκρυα δὲ αὐτοῖς ἐπιχω-

2. Ἀμήχανον καὶ χαλεπόν) Significat hic rem grauissimam, tristissimam. Sic Hesiod. θεογ. 836.

καί νύ κεν ἔπλετο ἔργον ἀμήχανον ἤματι κείνῳ,

Et sane euenisset res grauissima illo die. Et ἔργων 494. κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίᾳ, *malae hyemis duritia.* Polyaen. II. 1. 14. καὶ δέος ἦν ἀμήχανον, *et metus erat grauissimus.* Perizon.

3. Ἐνεώρων — βλέμμα) Viro docto in misc. obseru. tom. III. p. 248. videtur βλέμμα habere speciem glossae, quoniam semper fere subintelligendum relinquatur v. c. Aristophan. Plut. v. 424. βλέπει μανικόν τι καὶ τραγῳδικὸν, et ran. 570. ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμὺ, nec latini quoque adhibeant, *toruum videre*, adiecto, *vultum.* Quare se nec contra pugnaturum esse profitetur, si quis totum illud, καὶ βλέμμα φαιδρὸν pro interpretatione τοῦ γαληναῖον habere velit. Hanc vero viri eruditi sententiam quominus amplectar, facit Alciphr. I. 18. πῶς οὖν τακερὸν βλέπεις βλέμμα, καὶ ἐνύπνιεις; Paulo post in verbis, συνωφρυωμένος ἦν δῆλος, τὸ τῆς ψυχῆς — διαδεικνὺς, distinguit post συνωφρυωμένος, vt τὸ δῆλος ἦν iungatur cum διαδεικνὺς, quod, vulgata distinctione retenta, cum praecedentibus coniungi nequeat, nisi, interposita particula καὶ, legatur, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς.

4. Περιέστησεν οὖν αὐτὸν καὶ περιῆλθον τὸ πλῆθος) Nescio qui hoc ita me praeterierit et fefellerit, quum manifesto legi debeat περιέστησαν, aeque ac περιῆλθον, et syntaxi id postulante; et cod. Sluisk. Lugd. vt solet, per compendium scribendi vltimas literas in incerto reliquit. Alterum tamen occurrit in omnibus edd. sed male. Syntaxis haec vocabuli πλῆθος cum verbo plurali est notissima, et Graecis Latinisque vsitata. Liuius I. 41. *clamor concursusque populi, mirantium, quid rei esset.* Vide ad Sanctii Mineruam pag. 538. 539. Perizonius.

ριάζει

ριάζει. Ὁ δὲ ἐπειγόμενος καὶ τοῦτο παῦσαι, μὴ μόνον τῆς γλώττης καταγινώσκων δουλείαν, μηδὲ μόνον τῶν πνευμάτων, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκ φύσεως ἀποκλείων ἐλευθερίαν, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἀφίκετο σὺν τοῖς δορυφόροις, ἵνα ἀναστείλῃ τὰ δάκρυα. Οἱ δὲ οὐκ ἔφθησαν ἰδόντες αὐτὸν, καὶ τὰ ὅπλα τῶν δορυφόρων ἁρπάσαντες, [5] τὸν τύραννον ἀπέκτειναν.

5. Τὸν τύραννον ἀπέκτειναν) Vitio et Med. 3. ἔκτειναν. librarii haud dubie in codd. Sluisk.

ΚΕΦ. κγ.

Περὶ Κλεινίου, καὶ Ἀχιλλέως μουσικῇ τὴν ὀργὴν ἀναστέλλειν φιλούντων.

[1] Κλεινίας ἀνὴρ ἦν σπουδαῖος τὸν τρόπον, Πυθαγόρειος δὲ τὴν σοφίαν. Οὗτος εἴ ποτε εἰς ὀργὴν προήχθη, καὶ [2] εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου, παραχρῆμα πρὶν ἢ ἀνάπλεως αὐτῷ ἡ ὀργὴ, καὶ ἐπίδηλος γένηται, ὅπως διάκειται, τὴν [3] λύραν ἁρμοσάμενος, ἐκιθάριζε· πρὸς δὲ τοὺς πυνθανομένους τὴν αἰτίαν ἀπεκρίνετο ἐμμελῶς, ὅτι [4] πραΰνομαι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ ἐν Ἰλιάδι Ἀχιλλεὺς, ὁ τῇ κιθάρᾳ προσᾴδων, καὶ τὰ κλέα τῶν προτέρων διὰ τοῦ μέλους εἰς μνήμην ἑαυτῷ ἄγων, τὴν μῆνιν

1. Κλεινίας) Tarentinus fuit, et Platoni aequalis ac amicus. Vide Diogen. Laert. in Democr. n. 40. atque ibi Menagium. Factum et dictum hoc *Cliniae* noster habet ex Athen. XIV. 5. qui auctorem laudat *Chamaeleonem ponticum*. Perizon.

2. Εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου) Sic et Sluisk. et reg. A. C. Haud male. Neque etiam ridiculum plane, quod Lugd. et reg. B. ἐξαγόμενος, participio, vt saepe fit a Graecis, posito pro infinito. Prius illud simile est illi, XII. 2. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγου ἔμελε φθονουμένου αὐτῷ. Posterius illi, XII. 64. extr. ὀψὲ δὲ ἔμαθεν ἀπατηθεὶς, pro ἑαυτὸν ἀπατηθῆναι. Perizon.

3. Λύραν ἁρμοσάμενος ἐκιθάριζε) Promiscue hic sumuntur, vt apparet, vocabula *lyrae et citharae*, de quo vide iam supra ad III. 32. extr. Perizon.

4. Πραΰνομαι) De illa musices vi, a Pythagora et Pythagoreis agnita, vide hic Schefferum et Magiuam misc. IV. 13. Perizon.

κατευνάζειν. Μȣσικὸς γὰρ ὤν, τὴν κιθάραν [5] πρώτην ἐκ τῶν λαφύρων ἔλαβε.

5. Πρώτην ἐκ τῶν λαφύρων ἔλαβε) Intellige non ita *primam*, vt alia dein ceperit, sed *solam et prae aliis*. Interpres enim horum esse debet Athenaeus, quem noster sequitur. Ita vero ille d. l. καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραΰνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ἠετίωνος λαφύρων μόνην Ὅμηρος χαρίζεται, *etiam homericus Achilles cithara sibi mitigabat iram, quam ipsi solam ex Eetionis spoliis largitur Homerus*. Periz.

ΚΕΦ. κδ.

Περί τινων χρημάτων κρειττόνων ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, καὶ περὶ τȣ̃ς δανειςὰς ἀποκτεινάντων.

Χρημάτων κατεφρόνησαν, καὶ μεγαλοφροσύνην ἐπεδείξαντο, ὁρῶντες ἐν πενίᾳ τȣ̀ς πολίτας ὄντας, πλȣτȣ̃ντες αὐτοὶ, ἐν μὲν Κορίνθῳ Θεοκλῆς, καὶ Θρασωνίδης, ἐν δὲ Μιτυλήνῃ Πρᾶξις. Καὶ ȣ̃ν καὶ ἄλλοις συνεβȣ́λευον ἐπικȣφίσαι τῆς πενίας τὴν ἀνάγκην τοῖς ἀπορȣμένοις. Ἐπεὶ δ᾽ ȣ̓κ ἔπειθον, ἀλλ᾽ αὐτοί γε τὰ ἑαυτῶν ἀφῆκαν χρέα, καὶ [1] ὤναντο ȣ̓κ εἰς ἀργύριον, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὴν τὴν ψυχήν. Οἱ γὰρ μὴ ἀφεθέντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δανείσασι, [2] προβαλόμενοι τῆς ὀργῆς τὰ ὅπλα, καὶ εὐλογωτάτην χρείαν, τὴν ἄμαχον καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐπειγόντων ἀνάγκην, ἀπέκτειναν τȣ̀ς δανειςάς.

1. Ὤναντο) Vterque cod. ὤνηντο, quod est plusquamperfectum passiuum. Sic III. 47. Θεμιστοκλῆς δὲ ȣ̓δὲν ὤνητο ἐκ τῆς ναυμαχίας. Perizon.

2. Προβαλόμενοι τῆς ὀργῆς τὰ ὅπλα) Προβάλλεσθαι proprie dicimur arma, quando ea exserimus in pugnam, et protendimus aduersus hostem. Sic II. 44. προβάλλεται δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀσπίδα, vbi me vide. Hic autem sensus est, *protendentes arma, qualia ira suppeditat*, vel *ipsam iram, et necessitatem loco armorum*. Periz. — I. F. Gron. in antexeg. de centesim. et vnc. vsur. pag. 519. hunc locum, monente Abr. Gronouio, ita emendat, προβαλλόμενοι τῆς ὀργῆς τῶν ὅπλων τὴν εὐλογωτάτην χρείαν, καὶ ἄμαχον τὴν ἐκ τῶν ἐπειγόντων ἀνάγκην.

ΚΕΦ. κε.

Πῶς τις ἔπεισεν ἐν πολιτείᾳ ὁμόνοιαν καθέξεσθαι.

[1] Ἐστασίασάν ποτε πρὸς ἀλλήλους οἱ Χῖοι, ἀνδρειότατα νοσήσαντες νόσον ταύτην βαρυτάτην. [2] Ἀνὴρ οὖν ἐν αὐτοῖς, πολιτικὸς τὴν φύσιν, πρὸς τοὺς σπουδάζοντας τῶν ἑταίρων πάντας ἐκβάλλειν τοὺς ἐναντίους, μηδαμῶς, ἔφη, ἀλλ' ἐπεὶ κεκρατήκαμεν, [3] ὑπολιπώμεθά τινας, ἵνα μὴ τοῦ χρόνου προϊόντος, οὐκ ἔχοντες ἀντιπάλους, ἡμῖν αὐτοῖς [4] ἀρξώμεθα πολεμεῖν. Καὶ εἰπὼν ἔπεισε, καὶ γὰρ ἔδοξε καλῶς λέγειν, ἐπεὶ οὕτως ἔλεγεν.

1. Ἐστασίασάν ποτε πρὸς ἀλλήλους οἱ Χῖοι) Seditiosi prorsus, vt ait auctor, vere fuerunt Chii. Vt quondam regem suum, Hippoclum, in seditione occiderint, refert Plutarchus in lib. de virtut. mulierum. Hac etiam de caussa mutarunt saepe formam reip. Sic oligarchiam quum haberent, durius imperitantem sustulerunt, teste Aristot. pol. V. 6. Sed et inde modo haec, modo illa, factio ex vrbe eiiciebatur in exilium, vide eundem Arist. pol. V. 3. et Diod. Sic. lib. XIII. p. m. 189. Ceterum aliter, quam fiebat, distinxi sequentia, scilicet commate posito post Χῖοι, quod edd. reliquae posuerant post ἀνδρειότατα. Perizon.

2. Ἀνὴρ οὖν ἐν αὐτοῖς) Nomen ei fuit *Onomademo*, vt refert Plutarchus, non tantum in lib. de rep. ger. sed et in lib. de vtilitate ex inimicis capienda. Priore quidem loco ait, *stultum*, εὐηθες, videri id consilium huius demagogi, nam *demagogum* fuisse tradit. At posteriore loco adfert, tanquam idoneum exemplum, ex quo liqueat, vtilitatem etiam ex inimicis posse capi. Et sane in vtramque partem de eo disputari potest. Cum Onomademo sensit Scipio Nasica, qui *seruandam* censebat Carthaginem, *ne metu ablato aemulae, luxuriari felicitas vrbis Romae inciperet*, vt ait Florus II. 15. Contra sequius cessit Israelitis, quod Philistaeos reliquerunt in terra cananaea, quum delere eos potuissent, sicuti iusserat deus. Sed nusquam magis veritas huius consilii elucet, et nusquam minus ei auscultatur, quam in dissensionibus ciuilibus et ecclesiasticis. Sullanae partes exstinxerant Marianos, adeo vt neque eorum liberos ad remp. admittere vellent; sed mox ipsi in bellum ciuile eruperunt. Neque aliter res gesta est in ecclesia. Oppressis tantum quod Arianis sub Theodosio, mox sub eius nepote ex ipsis orthodoxis nouae lites, factiones, haereses, Nestorianorum, Eutychianorum, Pelagianorum, ortae sunt. Πολιτικὸς mihi est hoc in loco, qui indolem et naturam habet idoneam ad remp. democraticam regendam. Vide supra ad II. 20. Perizon.

3. Ὑπολιπώμεθά τινας) Lugdun. et reg. B. ὑπολειπώμεθα, quod videtur exhortationi magis congruens. Periz.

4. Ἀρχώμεθα) Vterque cod. et reg. ἀρξώμεθα. Et ita Plutarchus vtroque in loco, ὅπως, ἔφη, μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι. Ergo et illud reposui. Periz.

ΚΕΦ. κϛ.

Περὶ Ἀνταγόρα Ἀρκεσιλάου λοιδορήσαντος.

[1] Ἀρκεσίλαον τὸν ἐξ ἀκαδημίας [2] Ἀνταγόρας ὁ ποιητὴς ἐλοιδορεῖτο, [3] προσφθαρεὶς αὐτῷ, καὶ ταῦτα ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ὁ δὲ σφόδρα μεγαλοφρόνως ἔνθα ἑώρα μάλιστα συνεστῶτας πολλοὺς, ἐνταῦθα ἐπορεύετο διαλεγόμενος, ἵνα ὁ λοιδορῶν ἐν πλείοσιν ἀσχημονῇ. Οἱ γοῦν ἀκούοντες ἀπεστρέφοντο, καὶ μανίαν ἐπεκάλουν τῷ Ἀνταγόρᾳ.

1. Ἀρκεσίλαον) Illustris hic fuit philosophus, conditor academiae mediae vel nouae, quae erat περὶ πάντων ἐπέχων, *de omnibus assensum cohibens*. Ex Aeolide Asiae oriundus, vixit et floruit tempore Demetrii Poliorcetae, et Antigoni Gonatae, aequalis Epicuro, qui per inuidiam detrahere illi studuit. Vide Plutarch. adu. Coloten, pag. 1121. et Laert. in eius vita, ac Ciceronem passim. Perizon.

2. Ἀνταγόρας) Rhodius hic fuit. Refert eum Vossius ad tempora Antigoni primi, et sequitur in eo Plutarchum, qui in apoph. reg. memorat dictum Antigoni illius ad hunc *Antagoram*, castra eius secutum, et *Antagorae* responsum. Dubitem tamen, an errauerit Plutarchus, et ex eo Vossius, in *Antigono* designando, qui, opinor, non primus fuit, sed secundus, Gonatas dictus. Nam ab Athen. VIII. 5. eandem historiam narrante, simpliciter *Antigonus rex*, a Pausania vero in *atticis rex Macedonum* vocatur, quod Gonatas fuit, non ille primus. Accedit, quod hic *Arcesilaus*, quem noster *Antagorae* iungit, maxime floruerit sub Antigono Gonata, ad quem legationem suscepit pro patria, et cuius filii Alcyonei (de cuius morte noster supra III. 5.) natalem vna cum aliis celebrauit, vt ex Laertio constat. Adde, composuisse *Antagoram* carmina in mortem Polemonis, Cratetis, et Crantoris, qui post Xenocratem demum praefuerunt academiae. Quae carmina item a Laertio referuntur. Perizon.

3. Προσφθαρεὶς αὐτὰ) Lege cum Gesnero et Kuhnio αὐτῷ. Nam ita Sluisk. et reg. A. et C. vt et Med. I. Postulat id etiam graecae linguae ratio. Vide Kuhn. in ind. Lugd. et reg. B. lacunam praeferunt, legendo προσφθαρεὶς — αὐτῷ, καὶ ταῦτα etc. Perizon.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ Ἀγησιλάου.

Ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ μάλιστα ἐκείνους, ὅσοι τὰ ὑποφυόμενα τῶν κακῶν [1] φθείροντες ἀεὶ, ταῦτα ἐκκόπτουσι, πρὶν ἢ

1. Φθείροντες) Male Faber hoc sollicitat contra fidem cod. Φθείρειν enim Graecis notat etiam *perdere aliquid* quoquo modo. Sic Il. 25. φθεῖραι πολλὰς μυριάδας τῶν βαρβάρων, hoc est, *occidere*. Hesiod. ἔργων, 176. de quinti et ferrei seculi hominibus, οὐδέ ποτ' ἦμαρ παύσονται καμάτου, οὐδέ τι νύκτωρ, φθειρόμενοι, *neque vnquam interdiu, neque noctu,*

δυνάμεως τινος ἐπιλαβέσθαι. Ἀγησίλαος οὖν συνεβούλευσεν, [2] ἀκρίτως ἀποκτείνειν τοὺς συνιόντας νύκτωρ ὑπὸ τὴν [3] τῶν Θηβαίων εἰσβολήν.

cessant a labore, quo consumuntur. Sic διαφθείρειν κρίσιν supra II. 6. νόμους, II. 22. τὰς ὁμολογίας X. 2. hoc est, *abolere, irrita reddere.* Perizon.

2. Ἀκρίτως ἀποκτείνειν) Sustulit scil. leges Lycurgi ad illud tempores momentum, vrgente necessitate, sed mox restituit. Vide Val. Max. VII. 2. 12. Similiter eas a crastini die valere iussit post Leuctricam pugnam, ne infamia notarentur, vt fieri debebat ex legibus Lycurgi, qui arma abiecissent, et ex acie fugissent, quum maiori essent numero, quam vt expediret reip. eos omnes infames reddi. Vide Plutarch. in apophth. pag. 191. et 214. Polyaen. II, 1. 13. Legit autem vterque hic codex ἀποκτείνειν. Videtur voluisse ἀποκτεῖναι. Perizon.

3. Τῶν Θηβαίων) Sluisk. Ἀθηναίων, sed male. Accidit enim illa coitio, quum Epaminondas et Thebani ipsam vrbem Spartanorum inuaderent. Vide Plutarch. in Agesilao pag. 614. Periz.

ΚΕΦ. κη.

Περὶ Πυθέου ῥήτορος.

[1] Ὠνείδισέ τις τῷ ῥήτορι Πυθέᾳ, ὅτι κακός ἐστιν. Ὁ δὲ οὐκ ἠρνήσατο· τὸ γὰρ συνειδὸς οὐκ ἐπέτρεπεν αὐτῷ. [2] Ἀπεκρίνατο δὲ ἐκεῖνο, ἐλάχιστον χρόνον τῶν πεπολιτευμένων Ἀθήνησι γενέσθαι κακός. Μέγα φρονῶν, δῆλον, ὅτι μὴ διὰ τέλους ἦν τοιοῦτος, καὶ ἡγούμενος μὴ ἀδικεῖν, ἐπεὶ μὴ τοῖς πονηροτάτοις παρενεβάλετο. Εὔηθες δὲ τοῦτο τοῦ Πυθέου. Οὐ γὰρ μόνον ὁ ἀδικήσας, κακὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι, παρά γε ἐμοὶ κριτῇ.

1. Ὠνείδισέ τις τῷ ῥήτορι Πυθέᾳ) Lugd. et reg. B. τὸν ῥήτορα Πυθέαν. Vtrumque recte dicitur. Et ideo nulla est ratio recedendi a recepta lectione, quae etiam vsitatior. Sic Polyaen. I. 22. ὠνείδισεν αὐτῷ τὸ κατὰ τῶν φίλων στρατήγημα, *exprobrauit ei, quod ita passus esset se ab ipso incitari contra suos amicos.* De *Pythea* vide supra ad VII. 7. Periz.

2. Ἀπεκρίνατο δὲ ἐκεῖνο) Secutus sum mstos, quando reposui ἐκεῖνο, quum vterque cod. vt et duo reg. in id consentirent. Mox Lugdun. et reg. 2. ac margo tertii, τῶν πεπολιτευομένων, quod mihi magis placet. Nam impudens nimis foret mendacium, si de omnibus, qui ante ipsum gubernassent remp. veluti Aristide, Cimone, et similibus, ita fuisset locutus. At de hominibus sui temporis ferri vtcunque poterat ita loquens. Periz.

ΚΕΦ. κθ.

Ὅτι Λύσανδρος χρήματα εἰς Σπάρτην ἐκόμισεν.

[1] Ὅτι Λύσανδρος ἐκόμισεν εἰς Λακεδαίμονα χρήματα, καὶ ἐδίδαξε τοὺς Λακεδαιμονίους παρανομεῖν εἰς τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ, τὸ κελεῦον, ἄβατον εἶναι χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ τὴν Σπάρτην. [2] Τῶν οὖν φρονούντων τινες διεκώλυον, φρόνημα ἔτι κεκτημένοι λακωνικὸν, καὶ Λυκούργου καὶ τοῦ Πυθίου ἄξιον. [3] Οἱ δὲ προσιέμενοι, διεβλήθησαν

1. Ὅτι Λύσανδρος) Accusatur passim hoc nomine Lysander, quod pecuniam, quam ex bello et praeda hostili redegerat, non quidem sibi vindicauerit, sed publice miserit in patriam, quae antea ferreis tantum nummis vtebatur. Vide Plutarch. in Lycurg. pag. 58. et Sulla pag. 477. praeter eos, quos notarunt Schefferus et Kuhnius. Sed tamen, si verum volumus, necessitas quaedam fuit admittendi publice pecuniam, seu habendi publici aerarii, ex quo coeperunt longinqua bella gerere, et imperium sibi condere, quippe quam ad rem pecunia requiritur. Quin illi ideo, quod pecunia ad id idonea etiam post Lysandrum essent destituti, non potuerunt diu illam potentiam, quam sibi armis parauerant, tueri, vt breuiter ostendit Aristot. in polit. II. 7. sed vberius et clarius Polyb. VI. 47. et 48. Vt adeo Lacedaemoni causa malorum, quae a Thebanis dein sunt passi, non tam exstiterit pecunia a Lysandro inuecta, quam nimia ambitio et imperii parandi studium, in quo ipso a legibus Lycurgi iam recedebant, quippe quibus resp. eorum neutiquam erat formata ad aliena bello acquirenda, sed vnice ad sua tuenda. Nihilo tamen minus verum est, inuecta iam pecunia tempore Lysandri, tum vero exortum illic quoque inter priuatos studium habendi, et sic sensim interiisse eorum *virtutem pristinam*, corruptis ciuitatis moribus: adeo vt dein neque suam satis tueri potuerint libertatem contra Macedonas, et tandem domesticis turbis agitati in tyrannidem inciderint. Perizon.

2. Τῶν οὖν φρονούντων τινες διεκώλυον) Hoc est, *sapientium, prudentium quidam*. Male Faber interponendum censuit εὖ. Nam φρονοῦντες etiam absolute positum notat *sapientes*. Sic Hesiod. ἔργ. 202. νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς, *nunc fabulam regibus narrabo, licet et ipsi sint sapientes*. Et Sthenelus, antiquus poeta, apud Athen. lib. X. pag. 428. οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνας ἀναβάλλει, *vinum etiam sapientes homines in amentiam reiicit*. Historiam autem admissae in publicum vsum pecuniae, et eos, qui contra dixere, habes apud Plutarch. in Lysandro pag. 442. Periz.

3. Οἱ δὲ προϊέμενοι) Sic quidem et Sluisk. Sed optime et verissime Lugd. ac reg. B. προσιέμενοι. Vulgatum notat, *proiicientes* vel *dimittentes ab se*. Sic προϊέμενος αὐτὸν apud Plutarch. de aud. poet. cap. 2. est *qui se ipse non curat, negligit*. Sic de eo, qui praedae *maximam partem* non sibi sumit, sed *sociis concedit*, προϊέμενος τὴν μείζω μοῖραν τοῖς συμμάχοις, apud Polyaen. I. 34. 2. At προσιέμενοι notat id ipsum, quod requirit sensus. Nempe *admittentes*. Sic I. 25. μήτε ἀργύριον προσιέμενος, μήτε τὴν πόλιν. Ipse etiam interpres ita legisse vel certe accepisse videtur hunc locum, siquidem vertit, *alii*

καὶ ἡ ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν ἀρετὴ κατὰ μικρὸν ὑπέληξεν.

vero, qui permiserant, quod vtique est, οἱ προειέμενοι, scil. pecuniam; eaque versio ab omnibus est editoribus seruata, licet neutiquam conueniat vulgatae in Graecis lectioni. Quod si lectionem quis eam tamen praetulerit, tunc προϊέμενοι referendum erit ad φρόνημα λακωνικὸν, hoc sensu: *qui mentem laconicam abiecerunt*, vel *dimiserunt*. Sed tamen iustior mihi etiam nunc videtur oppositio inter τοὺς διακωλύοντας χρήματα, et προειμένους χρήματα. Perizon.

ΚΕΦ. λ.

Πῶς ὁ Ἄννων ἐκθεοῦν ἑαυτὸν ἐβούλετο.

[1] Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος ὑπὸ τρυφῆς ἐν τοῖς ἀνθρώπων ὅροις οὐκ ἠξίου διαμένειν, ἀλλ' ἐπενόει φήμας ὑπὲρ ἑαυτοῦ κατασπείρεσθαι κρείττονας, ἢ κατὰ τὴν φύσιν, ἥνπερ οὖν ἔλαχεν. Ὄρνιθας γὰρ τῶν ᾠδικῶν παμπόλλους πριάμενος, ἔτρεφεν ἐν σκότῳ αὐτοὺς, ἓν διδάσκων μάθημα λέγειν, Θεός ἐστιν Ἄννων. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι μίαν φωνὴν ταύτην ἀκούοντες, ἐγκρατεῖς ταύτης ἐγένοντο, ἄλλον ἄλλοσε διαφῆκεν. Οἰόμενος διαῤῥεῦσαι τῶν ὀρνίθων τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μέλος, οἱ δὲ τὸ πτερὸν ἀπολύσαντες ἅπαξ, [2] καὶ ἐλευθερίας λαβόμενοι, καὶ ἐς ἤθη τὰ σύντροφα

1 Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος) Quis fuerit hic *Hanno*, incertum est. Bochartus Canaanis l. 37. suspicatur fuisse illum, cuius periplus exstat. Neque absurde. Nam certe fuisse debuit quispiam, qui sola hac descriptione notus erat Graecis et Romanis. Ceteroquin enim, quum plures fuerint Carthagini *Hannones*, addidisset haud dubie auctor vberiorem eius descriptionem, vel declarasset saltem, ignotum sibi esse hominem, vt mox Timandridam cap. 32. Solet autem iste peripli auctor a scriptoribus appellari Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος, *Hanno Carthaginiensis*, vide Vossium de hist. gr. Denique auctor ille fabulis et ineptiis videtur delectatus, adeo vt non multum fidei eius periplo habuerint ipsi veteres, vt ostendit ibidem Vossius. Illud vero etiam cum huius hominis indole cõuenit. Perizon.

2. Καὶ ἐλευθερίαν λαβόμενοι) Male ita Peruscus, et ex eo omnes deinde editores. Reposui ἐλευθερίας, quod pariter iubebant msti cum mei, tum regii omnes. Et sic semper auctor vt iam in indice monuit Kuhnius, qui idcirco etiam hic ex coniectura ita legi maluit. Supra VI. 1. εὐτυχίας λαβόμενοι. Mox ἤθη interpretes male exponunt *victum*, quum intelligi debeant *loca, vbi agere aues erant solitae*. Sic I. 6. de testudinibus marinis, ἐπιστρέψαντες ὀπίσω εἰς ἤθη τὰ ἑαυτῶν νήχονται. Superiora aliter distinxi et verti, quam factum erat. Οἰόμενος enim hic ponitur pro genitiuo absoluto, nisi quis legere contra codd. malit διαῤῥεύσειν, sed quod non est opus. Perizon.

αὐτοῖς ἐλθόντες, τὰ οἰκεῖα ᾖδον, καὶ τὰ τῶν ὀρνίθων ἐμυσάργων, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες Ἄννωνι, καὶ μαθήμασι τοῖς ἐν τῇ δουλείᾳ.

ΚΕΦ. λα.

Περὶ Πτολεμαίου Τρύφωνος ἐπικαλουμένου.

[1] Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων, (τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν ἐκ τοῦ βίου) γυναικὸς ὡραίας ἐντυχεῖν αὐτῷ βουλομένης, ὁ δὲ ἔφη, ἀπηγόρευσέ μοι [2] ἡ ἀδελφὴ, παρὰ γυναικὸς καλῆς λόγον δέξασθαι. [3] Ἡ δὲ ἀτρέστως πάνυ καὶ ἐμμελῶς, [4] παρὰ καλοῦ λάβοις ἄρ', εἶπε. Καὶ ἐκεῖνος ἀκούσας ἐπῄνεσε.

1. Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων) Cognomine hoc insigniunt fasti Siculi Ptolemaeum tertium, seu Euergeten, Philadelphi f. Et accedit ad eam sententiam Trogus, vt ex eius lib. XXX. *prologo* colligitur, vbi de hoc Ptolemaeo legitur, *mortuo Ptolemaeo Vtrusphonae filius eius Philopater Antiochum regem vicit.* Sed pro corrupto vocabulo *Vtrusphonae* reponendum *Tryphone*, non tantum Rutgers. var. lect. V. 7. et Vales. ad excerpta Polybii, sed iam ante illos etiam Scaliger ad Euseb. ann. 1771. monuerunt. Plinius tamen VII 56. diserte cognomen hoc tribuit eius filio, *Ptolemaeum Philopatorem* ait, *qui Tryphon cognominatus est.* Et congruit ita cum nostro, qui illi ἀδελφὴν tribuit vxorem, quod in Philopatorem conuenit, non in Euergeten, quippe qui Magae Cyrenarum regis filiam, suam ἀνεψιὰν, vxorem habuit. Adde et vitam hominis. Nam vere *luxuriosus*, fuit Philopator, (vide Iustin. XXX, 1.) secus quam superiores reges Aegypti. Vide Polyb. V, 34. Perizon.

2. Ἡ ἀδελφὴ) Eurydice, soror simul et vxor eius, sed quam postea interfecit, incensus amore καλῆς γυναικὸς, Agathocliae, quae forsan est haec ipsa, cuius facetiam laudauit et approbauit Philopator. De vtraque vide Iustin. d. l. Periz.

3. Ἡ δὲ ἀτρέστως πάνυ καὶ ἐμμελῶς) Sluisk. ἀτρέπτω. Voluit ἀτρέπτως, quod et Lugd. ac reg. B. C. habent. Atque ita etiam supra V. 6. quidam codices legunt, nec male, vt istic monui. Quapropter in textum illud hic recepissem, nisi vulgata lectio a Camillo Perusco haud dubie etiam ex codice msto esset prolata, et planum satis atque opportunum haberet sensum. Periz. — Vulgatam etiam firmat Med. 3. a secunda manu.

4. Παρὰ καλοῦ λάβοις ἄρ') *A pulchro acciperes vtique*, scil. sermonem. Quasi diceret, quid interest, vtrum colloquaris cum pulchra femina, an cum pulchro puero, quem non reiiceres? Sed sine dubio simul turpiculi quid elliptica hac locutione significauit, quum *capere* et *dare* etiam in obscoenis sint. Periz.

ΚΕΦ. λβ.

Περὶ Τιμανδρίδου οὐκ ἐπαινέσαντος πλουτεῖν τὸν υἱόν.

[1] Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ, Τιμανδρίδας ὄνομα, ἀποδημήσας, τὸν υἱὸν ἀπέλιπε μελεδωνὸν τῆς οἰκίας. Εἶτα ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον, καὶ εὑρὼν τὴν οὐσίαν ποιήσαντα, ἧς ἀπέλιπε, πλείω, ἔφη, πολλοὺς ἀδικεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ θεούς τε, καὶ οἰκείους, καὶ ξένους. [2] Τὰ γὰρ περιττὰ τούτων εἰς ἐκείνους ἀναλίσκεσθαι ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων. Τὸ δὲ, ζῶντα μὲν φαίνεσθαι πένητα, τελευτήσαντα δὲ καταφωραθῆναι πλούσιον, ἀλλὰ τοῦτο τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν αἴσχιστον.

1. Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ) Quando hic homo vixerit, ignoro: sed vixisse oportuit seriori tempore, quando iam opum et diuitiarum vsus ac studium incessit Lacedaemonios, de qua re, aut cuius rei primis initiis, egit auctor paulo ante cap. 29. Nisi enim ita se res haberet, filius Timandridae neque voluisset neque potuisset ita augere paternas opes. Perizon.

2. Τὰ γὰρ περιττὰ τούτων) Quorum τούτων? An χρημάτων? Sed hoc vocabulum nusquam apparet in superioribus, in quibus τὴν οὐσίαν dixit auctor, nec quidquam aliud posuit, quo referri possit illud τούτων. Mallem, si mei res foret arbitrii, τὰ γὰρ περιττὰ τοῦ βίου. Passim enim βίος ponitur pro *victu*, seu *iis quae ad sustentandam vitam requiruntur.* Sic Anton. Lib. fab. 17 βίου ἐνδεής. Hesiod. ἔργ. 230. τοῖσι φέρει γαῖα πολὺν βίον, *illis fert terra multum victus*, hoc est, frugum, vnde homines viuunt. Perizon. — Nec Perizonii, nec Iac. Gronouii, τὰ περιττὰ τῶν ὄντων, id est, *quae abundant in bonis*, legentis, coniectura opus esse puto. Placet cum Io. Alberti supplere χρημάτων, quae vox commode huc e praecedenti οὐσίαν referri potest. Nec insolentem esse eiusmodi ellipsin, docent exempla a viro laudato in obseru. philolog. in N. F. pag. 62. allata. Haud absimile forte erit Euripid. Phoen. v. 12. καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με· τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο, vbi e καλοῦσι manifesto subintelligendum est ὄνομα, ad quem locum Valckenar. V. D. duo loca adduxit huc egregie facientia, alterum Euripid. Hecub. v. 21. ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη, Αὐτὸς δὲ (scil. πατὴρ, cuius in πατρῴα latebat adpellatio), — πίτνει: alterum Sophocl. Trachin. v. 263. ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν, τόνδε γὰρ (*scil. Eurytum, cuius nomen includebat* τὸ τὴν Εὐρυτείαν) μεταίτιον μόνον βροτῶν ἔφασκε. Plane simili modo ex ἀρχῆς supplendum esse ἄρχοντα in illis Xenoph. anab. Cyri. VI. cap. 1. 16. μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ' ἂν αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι, monuit Abresch. in auct. diluc. Thucyd. pag. 280. vbi plura eiusdem construendi rationis exempla adfert.

ΚΕΦ. λγ.

Περὶ Πλάτωνος, καὶ Διογένους.

Διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δὲ ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν. Ἠγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρίστωνος, καὶ ἔφη, [1] ἐπάκουσον τῶν λόγων, Κύον. Καὶ ὃς οὐδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν, [2] ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ [3] τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν.

Εἰώθει δὲ, φασιν, ὁ Πλάτων περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι μαινόμενος οὗτος Σωκράτης ἐστίν.

1. Ἐπάκουσον τῶν λόγων) Vt Parif. B. et C. fed hic tantum in margine, fic et Lugd. ἐπάκουσον τοῦ λόγου. Sed nihil mutandum, quum vulgatum feruent alii cod. et Sluisk. ac λόγοι notent etiam *fermones perpetuos*, feu ὁμιλίας philofophorum. Supra V. 9. de Arift. etc. παρεισρυεὶς δὲ εἰς περίπατον, καὶ παρακούων τῶν λόγων, ἀμείνων πέφυκε πολλῶν. Et infra cap. 47. Periz.

2. Ἐκεῖθεν ὅθεν ἐπράθην) Gesnerus legendum cenfuit ἐκεῖσε, quod proprie eft *illuc*, ficut ἐκεῖθεν, *illinc*. Sed intercedit Faber, monens etiam apud Herodianum ἐκεῖθεν pro *illuc* occurrere. Et fane occurrit I. 17. 4. vbi tamen Stephanus itidem legi voluit ἐκεῖσε. Verba Herodiani funt, οἰηθεὶς μηδένα ἐκεῖθεν εἰσελεύσεσθαι, *ratus neminem eo* (in cubiculum) *intraturum*. Sluisk. et Med. r. hic habent ἐκεῖθ' ὅθεν ἐπρ. quafi voluiffet auctor ἐκεῖθι, vel ἐκεῖ τε, fed quod τε in θ' fit mutatum, propter fequentem vocalem afpiratam. Ceterum ἐκεῖ et ἐκεῖθι notare etiam *illuc*, certum eft, (vide II. 13. pag. 74. vbi ait, καὶ πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου, καὶ ἐκεῖ κατῄει) atque adeo promifcuum in vfum has voculas adhibuiffe Graeci videntur. Plane vti promifcue itidem κατελθεῖν ἐς Σικελίαν, et ἐν Σικελίᾳ dicunt. Vide fupra IV. 18. Allufit autem Diogenes ad id, quod Plato ad Dionyfium rediit, poftquam ab eo Pollidi traditus iam fuerat, vt venderetur, qui etiam Aeginae vendidit eum Anniceridi, a quo ftatim dimiffus eft Plato. Vide Plutarch. in Dione, et Diog. Laert. in Platone. Dictum autem illud Diogenis cynici refert etiam Laert. in Diogene, n. 40. fed ita, vt ironice refponderit Cynicus, ναὶ, ἔφη, ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας, *fane, inquit, ego enim redii ad illos, qui me vendiderunt*. Periz.

3. Τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν) Non vtique primum iter, fed fecundum, feu reditum in Siciliam, poftquam venditus iam fuerat. Quapropter dubitem an fcripferit auctor ἄνοδον, quod *afcenfum*, fed et *reditum* notat, vnde eo fenfu frequens eft ἐπάνοδος. Periz.

ΚΕΦ. λδ.

Παρὰ τίνος ἔμαθον τὰ νόμιμα οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ περὶ τῶν ἐκείνων δικαςῶν.

[1] Αἰγύπτιοί φασι παρ' Ἑρμȣ̃ τὰ νόμιμα ἐκμȣσωθῆναι. [2] Οὕτω δὲ καὶ ἕκαςοι τὰ παρ' ἑαυτοῖς σεμνύνειν προήρηνται. [3] Δικαςαὶ δὲ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν. Ἦν δὲ τȣ́των ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας. Ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων, καὶ [4] ἀφειδέςατον. [5] Εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν

1. Αἰγύπτιοι) De his vide supra XII. 4. Perizon.

2. Οὕτω δὲ καὶ ἕκαςοι) Sic et msti. Nec ratio est satis idonea, quare hoc mutatum voluerit Schefferus in ἕκαςα. Recte Kuhnius vulgatum tuetur, et ostendit plerasque gentes originem legum suarum ad deos retulisse. Sed et diserte Liuius in hanc rem, in praefat. *datur haec venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis, primordia vrbium* (addo, omnium pene rerum suarum) *augustiora faciat*. Vide etiam fabulas, quas commenti sunt Etrusci, Romani, aliique, ad venerationem quandam conciliandam haruspicinae, auguratui, libris sibyllinis, apud Ciceronem de diuinatione. Nec quidquam illis concesserunt christiani sequioris temporis, quorum innumerae pene fabulae circumferuntur, ea vnice gratia confictae, vt monasteriis ipsorum et templis, vel ordinibus sacris, auctoritatem diuinitatis adderent. Peris.

3. Δικαςαὶ) Sic apud Israelitas, ante reges constitutos, quando non erat extraordinarius iudex, quales memorantur libro *iudicum*, tunc summus sacerdos iudicabat simul populum, vt patet ex historia Eli, qui 40. *annis iudicauisse Israelem* dicitur 1 Sam. IV. 18. Cui successit dein Samuel in hoc iudicandi munere, tanquam propheta dei, vide cap. 7. Similiter maiores nostri, teste Tacito de morib. Germ. cap. 7. *ceterum neque animaduertere, neque vincire, ne verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut deo imperante.* Quid? quod apud Romanos quoque fasti ac nefasti dies, et pleraque etiam ciuilis iuris, in manu et cura pontificum fuerint. Vnde Liu. IX. 46. *ciuile ius repositum in penetralibus pontificum* ait, et Pomponius Ictus de orig. iur. §. 6. *omnium harum* (legum, seu XII. tabularum) *et interpretandi scientia, et actiones apud collegium pontificum erant. Ex quibus constituebatur, quis quoque anno praeesset priuatis.* Neque vero iudicabant tantum suos ciues apud plerosque orientis populos, sed et aliquando reges ipsi, vel regibus dignitate proximi erant illi sacerdotes, vt ex multis constat exemplis, ipsius Iudaeae post tempora Macchabaeorum, Comanae in Cappadocia, Cypri Tyri, etc. De Aegyptiis sacerdotibus vide Diod. Sic. lib. I. pag. 66. Mox etiam Lugd. cum B. et C. Paris. legit πρεσβύτερος. Non item Sluisk. Perizon.

4. Ἀφειδέςατον) Vulteius vertit *sincerissimum*. Gesnerus malit, *qui minime parceret cuiquam*. Et sane vocabulum hoc notat vel *liberalissimum*, vel, quod malim hic loci, *seuerissimum*. Vulteius videtur legisse, vel legi voluisse, ἀφε-

αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα Ἀλήθεια. Ἐγὼ δὲ ἠξίουν, μὴ λίθου πεποιημένην, καὶ εἰκασμένην, τὴν ἀλήθειαν περιφέρειν τὸν δικαστὴν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἔχειν αὐτήν.

λέσατον, hoc est, *integerrimum.* Sic XII. 1. καὶ τάχιστα τῶν ἄλλων παλλακίδων προετιμήθη διά τε ἤθους ἀφέλειαν, καὶ τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον. Perizon. — Et ita quoque legendum putat P. Faber libr. III. Semestr. cap. 18. Abr. Gronou.

5. Εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα) Diod. Sic. lib. I. pag. 68. ait summum iudicem apud Aegyptios habere circa collum aureis catenis dependens simulachrum, quod appellent *veritatem.* Illud autem suspendere ipsum ex collo, quoties lites disceptari incipiant. Congruens hisce, quod apud Israelitas iussu dei Moses fecit Aharoni *pectorale iudicii* vel *iuris*, ornatum gemmis, suspensum catenis ante pectus, inque eo *vrim* et *thummim*, quod posterius vertunt Graeci τὴν ἀλήθειαν. Vide Exodi XXVIII. 30. Ceterum Lugd. et reg. B. legunt hic, non περὶ, sed πρὸς τὸν αὐχένα. Sluisk. et reg. duo vulgatae lectioni suffragantur. Mox reposui, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα. Exciderat τὸ ex Schefferianis, tum illa Fabri, et Kuhnii. Perizon.

ΚΕΦ. λε.

Περὶ Λαΐδος.

1 Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. 2 Ἤλεγχε δὲ αὐτῇ τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα, καὶ ὅτι πολὺ ἐπράττετο, καὶ ἔτι μᾶλλον παρὰ τῶν ξένων, ἅτε ἀπαλλαττομένων θᾶττον.

1. Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο) Vide iam supra XII. 5. et quae istic notaui. A Lugd. codice, aeque ac a B. Paris. abest hoc cap. Periz.

2. Ἤλεγχε δὲ αὐτῇ τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τοῦ ἤθους ἀγριότητα) Supra XII. 5. legitur, ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα. Illud αὐτῇ firmat hic loci codex Sluisk. Et quod ad sensum perinde est, siue αὐτῆς, siue αὐτῇ, legas, licet alterum illud sit paulo planius, et vsitatius. At turpis est incuria tot editoribus, qui, postquam semel ex Gesneriana, vitio haud dubio typographi, exciderat τὴν, omnes dein alii id similiter praetermiserunt, licet exstet in loco cit. tum hic in romana et Bas. edd. vt et in mst. Sluiskian. Perizon. — Paulo post Med. 3. pro πολὺ ἐπράττετο exhibet πολλὰ ἐπράττετο.

ΚΕΦ. λϛ.

Ὅτι γελοῖοι οἱ διὰ τοὺς πατέρας μέγα φρονοῦντες.

Γελᾶν δὲ ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μέγα φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας, καὶ τοὺς ἄνω τοῦ γένους· εἴγε Μαρίου μὲν τὸν πατέρα οὐκ

ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα. [1] καὶ Κάτωνα δὲ, [2] καὶ Σέρβιον, καὶ Ὀσίλιον, καὶ Ῥωμύλον.

1. Καὶ Κάτωνα δὲ) Intelligit censorium, seu priscum, πρεσβύτην, vt loquitur ipse supra XII. 6. vbi eius *patrem quaerendum esse*, h. e. obscurum esse, ait. Ibidem etiam de *Mario* eadem videas tradi. Quare et respicienda sunt, quae istic de his duobus notata. Perizon.

2. Καὶ Σερβίλιον) Manifestus error librariorum, quem deprehendere et corrigere facile erat. Neque vero Schefferus, neque Kuhnius, cessarunt monere, legendum esse Σέρβιον, et intelligi sextum Romanorum regem. *Seruium Tullium*, *serua natum*, vt passim dicitur apud Liuium. Addo insuper, Lugdun. cod. et reg. B. diserte id exhibere: quapropter religio mihi nulla fuit vitium hoc scripturae abolendi. Ascendit autem auctor ab inferioribus aetate ad superiores. Nam qui sequitur *Tullus* est *Hostilius*, tertius rom. rex, de quo etiam Val. Max. III. 4. 1. *incunabula Tulli Hostilii agreste tugurium cepit, eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata.* Liuius hunc illustri auo ortum ait, et similiter Dion. Hal. lib. III. init. vbi vtrumque cum nobili genere ortum tradit. Ceterum maior in hisce apud nostrum est ellipsis, siquidem intelligendum, καὶ Κάτωνα — θαυμάζομεν, πατέρας δὲ αὐτῶν οὐκ ἴσμεν. Periz.

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ ἀγαλμάτων, καὶ εἰκόνων.

Φιλῶ δὲ μηδὲ τὰ ἀγάλματα, ὅσα ἡμῖν ἡ πλαστικὴ δείκνυσι, μηδὲ τὰς εἰκόνας, ἀργῶς ὁρᾶν. [1] Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ ἐν τούτοις. Καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις καταγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Τῶν Μουσῶν οὐδεὶς οὐδέ ποτε, οὔτε γραφικὸς ἀνὴρ, οὔτε πλαστικὸς, οἷός τε ἐγένετο ψευδίσατα καὶ κίβδηλα καὶ ἀλλότρια τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη

1. Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν) Faber maluit τῆς χειρουργίας, sed nulla causa, et absque auctoritate codicum. Ceterum neque illi, qui hanc eius crisin reiecerunt, Schefferus et Kuhnius, satis recte locum hunc perceperunt, tum in notis, tum in indice. Putat Kuhnius τὸ σοφὸν hic esse accipiendum eo sensu, quo passim σοφία etiam manuariis artificibus tribuitur, vt ex. gratia Phidias dicatur statuarius σοφὸς, hoc est, *peritus*, *eximius in illa arte*. At neutiquam id sensit auctor, qui ait se non oscitanter inspicere statuas aut picturas, quia artes hae etiam aliquid habeant *eruditum*, et quod ad docendos nos pertineat, quod obseruatu dignum sit ad *sapientiam*. Quale dein est illud, quod sequitur, et cui dein subiicit, ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ — Sic passim σοφία pro *eruditione*, *scientia liberali*. Vide supra ad II. 31. ἐν τούτοις, scil. χρήμασι ἀγαλμάτων καὶ εἰκόνων, quae res vtique partem quandam constituunt istarum χειρουργιῶν. Perizon.

παραστῆσαι ἡμῖν. Ἢ τίς οὕτως νεανικῶς ἐμάνη δημιουργὸς, [2] ὥστε ὡπλισμένας ἡμῖν ἐργάσασθαι; Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ τὸν ἐν Μούσαις βίον εἰρηνικόν τε ἅμα, καὶ πρᾷον εἶναι, καὶ ἄξιον ἐκείνων.

2. Ὥστε ὡπλισμένας ἡμῖν ἐργάσασθαι) Hae de re vide me ad XII. 2. vbi idem traditur. Perizonius.

ΚΕΦ. λθ.

Περὶ Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου.

Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καλὰ οἶδα, ἐν δὴ τοῖς καὶ τόδε. [1] Ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν, μὴ πρότερον ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἀγορᾶς ἡμέρα, πρὶν ἢ φίλον τοῖς ἀρχαίοις τινὰ προσποριίσαι νεώτερον.

1. Ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν) Neque hunc locum recte videntur percepisse editores, nisi quod Vulteius satis bene: *dicebat ad Pelopidam, non prius interdiu discedendum e foro esse, quam etc. adieceris.* At Gesnerus maluit, *non prius discedere se e foro quotidie, quam etc. adiecisset.* Atque ita dein omnes. At vero voluit auctor, quod et vidit Vulteius, Epaminondam praecepisse, seu consilium dedisse Pelopidae, vt ne decederet etc. Sic passim λέγειν, et similia IV. 6. καὶ ἀπεκρίνατο ὁ θεὸς, τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν, hoc est, *vt ne mouerent.* Et V. 14. νόμος οὗτος Ἀττικὸς, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν etc. Intelligitur enim λέγων, quod ceteroquin addi solet. Vide supra IV. 1. init. et XIV. 7. init. Adde his XII. 49. ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱὸν, *praecipiat filio, mandet quid ad filium.* Suidas in v. διὰ φροντίδος, ex Aeliano, ὁ θεὸς λέγει, ἐκείνους μὴ πολυπραγμονεῖν, *deus respondet, ne illi multa moliantur.* Et v. ἰνδάλματα, ex eodem, ὄψις οὖν ἰνδάλματος ἱεροῦ, ὄναρ ἐπιστᾶσα, λέγει ποιήσασθαι μεταβολὴν βίου, *species itaque imaginis sacrae, in somnio adstans, praecipit mutare vitam.* Aristophan. Pluto I. 2. 1. ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι, et mox, κλάειν ἔγωγέ σοι λέγω, *iubeo te dolere, flere.* Vide et infra cap. 43. ἡμέρᾳ, quod deleri vult Faber, ponitur, vti καθ' ἡμέραν, *quotidie*, belgice, *daegs.* Sententia ipsa similis est dicto Titi Vespas. qui *recordatus quondam super coenam, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam vocem edidit, amici, diem perdidi*, vt refert Suetonius Tito, cap. 8. Perizon. — Paulo antea ἐν δὲ τοῖς καὶ τόδε legit Med. 3. Ceterum quae h. l. Epaminondas suasisse Pelopidae narratur, eadem, obseruante Abr. Gronou. de Polybio leguntur apud Plutarch. sympos. IV. τοῦ Πολυβίου Σκιπίωνι παραινοῦντος Ἀφρικανῷ — πολιτῶν (legit Gronouius, quod plane reiiciendum est, πολιτικῶν) φίλον — ποιεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς, *Polybius Scipionem Africanum admonuit, vt nunquam e foro abiret, antequam sibi amicum quendam conciliasset, qui res ciuium propius inspexisset.*

ΚΕΦ. λθ.

Πῶς ὁ Ἀνταλκίδας ἤλεγξε δῶρον μύρῳ βεβαμμένον αὐτῷ πεμφθέν.

[1] Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, (βούλομαι γάρ τι ὑμῖν καὶ φαιδρὸν εἰπεῖν) στέφανον εἰς μύρον βάψας, (διεπέπλεκτο δὲ ῥόδων ὁ στέφανος) ἔπεμψεν [2] Ἀνταλκίδᾳ, πρεσβεύοντι ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ, δέχομαι μὲν, ἔφη, τὸ δῶρον, καὶ ἐπαινῶ τὴν φιλοφροσύνην, ἀπώλεσας δὲ τὴν ὀσμὴν τῶν ῥόδων, καὶ τὴν τῆς φύσεως εὐωδίαν, διὰ τὴν ἐκ τῆς τέχνης κιβδηλίαν.

1. Ὁ Περσῶν βασιλεὺς) Fuit is Artaxerxes Mnemon, ad quem Antalcidas missus est. Vide Plutarch. in Artaxerxe, pag. 1012. vbi, vt et in sympos. VII. 8. extr. eandem hancce rem narrat, vt monuit iam Schefferus. Perizon.

2. Ἀνταλκίδᾳ) *Antalcidas* hic inimicus fuit Agesilai, et ideo, quum putaret illius auctoritatem et existimationem bello augeri, suasit pacem, et legatus ad Artaxerxem eam confecit, sed infamem prorsus et indecorem, quippe qua Persis relinquebantur Graeci in Asia habitantes, pro quibus Athenienses atque ipsi Lacedaemonii tot bella gesserant contra Persas. Vide Plutarch. in apophth. lacon. vbi de Agesilao agit. Hinc *pax Antalcidae* saepius ab auctoribus priscis, sed cum exprobratione quadam, commemoratur. Vide et Simson. chron. a. m. 3618. Perizon.

ΚΕΦ. μ.

Περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίων τυράννου ὠμότητος.

[1] Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. [2] Θεοδώρου δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ

1. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος) Nempe principatum Thessaliae, quem ceperat et constituerat egregius ille Iason Pheraeus, de quo egimus supra ad XI. 9. in tyrannidem conuerterunt eius successores et fratres. Quibus mox sublatis successit hic Alexander ex fratre Iasonis natus, et Iasonis filiam, Theben, vxorem habens. Crudelissimus autem fuit tyrannus, et ideo a Thebe, vxore illa, et eius fratribus, occisus. Vide Plutarch. in Pelopida, Xenophont. ἑλληνικῶν VI. p. m. 351. Diodor. lib. XV. pag. 374. Sed qui ex illis videtur emendandus, in eo certe, quod Alexandrum dicat ἀδελφὸν *Polydori*, qui Polydorus fuit, et antea dictus fuerat ipsi Diodoro, aeque ac Polyaen. VI. 1. 7. *frater Iasonis*: et porro Alexandrum *Polydoro* ab se occiso successisse, quum successerit *Polyphroni*, fratri Polydori et Iasonis, eumque patruum quoque suum interemerit. Periz.

2. Θεοδώρου δὲ τοῦ τραγῳδίας) Plutarchus hoc ipsum referens in Pelopida pag. 293. non *poetam*, sed *tragoedum* dicit, et egisse *Euripidis*

ὑποκρινομένου [3] τὴν Ἀερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ὥστε εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν, εἶτα ἐξανέστη τοῦ θεάτρου. Ἀπολογούμενος δὲ ἔλεγε τῷ Θεοδώρῳ, ὡς οὐ καταφρονήσας, οὐδὲ ἀτιμάσας αὐτὸν ᾤχετο, ἀλλ' αἰδούμενος, εἰ [4] τὰ μὲν ὑποκριτοῦ πάθη οἷός τε ᾖ ἐλεεῖν, τὰ δὲ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν οὐχί.

Troadas. Similiter in orat. II. de Alexandri M. fort. in init. Et sane celeberrimus fuit eius nominis tragoedus, quem Aristot. polit. VII. 17. extr. appellat τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτήν. Eum Pausan. in attic. cap. 37. ait ὑποκρινάμενον τραγῳδίαν τῶν καθ' αὐτὸν ἄριστα, *optime omnium sui temporis egisse tragoediam.* Nominat eum etiam Plutarchus de sui ipsius laude circa finem, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς Θεόδωρος. Et in sympos. IX. 1. Θεοδώρου τραγῳδοῦ, vbi ait eius vxorem, certamine instante, non admisisse eum, at peracto certamine dixisse victori, Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι, *o Agamemnonis fili, nunc illa sunt permissa tibi.* Ex his pene dubitem de veritate huius lectionis. Sed forte noster secutus hic est alios auctores, quam Plutarchus: et Theodorus ille simul fuit poeta et actor, vt multi fuere Graecorum. Sic supra XIII. 17. Phrynichus tragicus agebat ipse suam tragoediam. Vide et Ios. Barnesium *tractatu de tragoedia veterum*, Euripidi praemisso. §. 8. Et adde, de *Theodoro* hoc ipso, vt opinor, Hesychium in Πλεξίππῳ tradere, ita cognominatum fuisse Θεόδωρον τὸν κωμικὸν τὸν ὑποκριτήν. Vbi credo τὸν κωμικὸν esse inserta. Addit autem, τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτόν φασι γεγονέναι, *quidam vero eum poetam fuisse aiunt*, simul ergo ποιητὴν καὶ ὑποκριτήν. Perizon.

3. Τὴν Ἀερόπην) Plutarchus, vt iam significaui, egisse ait *Troadas* Euripidis, et ideo excusasse Alexandrum, abiisse se, ne conspiceretur lachrymans mala Hecubae et Andromaches, qui ciuium a se occisorum malis nunquam afficeretur. An ergo legendum hic τὴν Ἑκάβην, *Hecubam*, in cuius certe persona quamplurima occurrebant, quae σφόδρα ἐμπαθῶς ab histrione agi deberent? Sed alios forsan, vt modo dixi, secutus est Aelianus auctores. *Aerope* fuit vxor Atrei, adulterata a Thyeste. Vide Hygin. fab. 86. Eam egisse potuit, quum Pelopidarum facta multam dederint materiam tragoediis. Etiam Carcinus tragoediam *Aeropen* composuit, vt didici ex Plutarchi lib. *vtrum Athenienses bello an sap. etc.* circa finem. Perizon. — Valcken. ad Euripid. fragm. cap. 18. legit Μερόπην. Ibidem Theodorum inter actores tragicos praestantissimos fuisse probat e Plutarchi locis v. c. polit. praec. tom. II. pag. 816. vbi ὁ ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴς adpellatur. De nomine vero tragici, quo Theodorus ab Aeliano ornatur, hanc vir erudit. l. c. adfert rationem, quod apud recentiores has voces permutentur, et ipsi poetae tragici vocentur τραγῳδοί, etiamsi haec vox tantum actorem tragicum, vti κωμῳδός, histrionem, significet.

4. Τὰ μὲν ὑποκριτοῦ) Lugd. ὑποκριτῶν. At mox Sluisk. ἐλεῆσαι. Perizon.

ΚΕΦ. μα.

Περὶ Ἀπολλοδώρȣ μανίας διὰ τὸν οἶνον.

[1] Ὅτι Ἀπολλόδωρος πλεῖςον ἀνθρώπων πίνων οἶνον, ȣ̓κ ἀπεκρύπτετο τὸ ἑαυτȣ̃ κακὸν, ȣ̓δὲ ἐπειρᾶτο περιαμπέχειν τὴν μέθην, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς κακά· ἀλλὰ καὶ ἐκ τȣ̃ οἴνȣ ὑπαναφλεγόμενος καὶ ὑπεξαπτόμενος, ἐγίνετο φονικώτερος, πρὸς τῇ φύσει, καὶ τὸ σῶμα ἔχων [2] ἐνδόσιμον.

1. Ὅτι Ἀπολλόδωρος) *Apollodorus* hic fuit tyrannus *Cassandreae*, vrbis ita a Cassandro, qui eam restituit, dictae, quum antea *Potidaea* fuisset vocata. Paulo autem post, quam simulauerat magnum democratiae studium, tyrannidem inuasit, quam et truculentissime exercuit. Vide Polyaen. VI. 7. et excerpta Diodori a Valesio edita p. 265. 266. Victus est et sublatus ab Antigono primo, occupata Cassandrea, si fides Polyaen. IV, 6. 18. Meminit eius tanquam crudelissimi tyranni, vna cum Phalaride, Polybius in excerpt. de virtut. et vit. p. m. 1368. Adde Plutarch. in lib. de sera numin. vind. et Pausan. in messen. cap. v. Periz.

2. Ἐνδόσιμον) *Incitandi vim habens*. Sic ἐνδιδόμαι pro *incitare*, Polyaen. l. 10. ὁ αὐλὸς τὸ ἐμβατήριον ἐνδίδωσι τοῖς μαχȣμένοις, *tibia dat pugnantibus impetum, et animum inuadendi hostes, incitat in hostes*, l. 21. δόξαν ἐνδȣ̃ς, *opinionem inducimus*. Periz.

ΚΕΦ. μβ.

Ξενοκράτȣς γνώμη.

[1] Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἔλεγε, [2] μηδὲν διαφέρειν, ἢ τȣ̀ς πόδας, ἢ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς, εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. Ἐν ταυτῷ γὰρ ἁμαρτάνειν, τόν τε εἰς ἃ μὴ δεῖ χωρία βλέποντα, καὶ εἰς ȣ̃ς μὴ δεῖ τόπȣς παριόντα.

1. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος) Vertebatur *familiaris*, sed malui *discipulus*, nam id proprie erat. Vide supra III, 19. et XIV. 9. Continentiam Xenocratis laudat Val. Max. IV. 3. 3. Perizon.

2. Μηδὲν διαφέρειν ἢ τȣ̀ς πόδας — τιθέναι) Verba sunt Plutarchi περὶ πολυπραγμοσύνης. Ita vero etiam Pericles monuit Sophoclem, formam pueri cuiusdam impensius laudantem, ducem debere *putat* (καθαρὰς) *non solum manus habere, sed et oculos*, vt ait Plutarch. in Pericle pag. 156. vel, vt Val. Max. IV. 3. 1. extr. *praetori non solum manus a pecuniae lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu, continentes esse debere*. Apud Romanos etiam, qui rem furtiuam aliena in domo quaerebat, *lancem ante oculos tenebat propter matrum familias aut virginum praesentiam*. V. Festum in *lance*. Adeo ne istic quidem, quo pedes inferre licebat, fas erat oculos circumferre. Perizon.

ΚΕΦ. μγ.

Περὶ Πτολεμαίου, καὶ Βερενίκης.

[1] Ὁ μὲν Πτολεμαῖός, φασιν, (ὁπόσος δὲ, αὐτὸν ἐᾷν δεῖ) καθῆστο ἐπὶ κύβοις, καὶ πεττεύων διετέλει. Εἶτά τις αὐτῷ παρεστὼς ἀνεγίνωσκε τῶν κατεγνωσμένων τὰ ὀνόματα, [2] καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν,

1. Ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασι) Aliquot verba per parenthesin interponunt Sluisk. cod. et reg. A. ac C. Nempe ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασι, ὁπόσος δὲ αὐτὸν ἐᾷν δεῖ, καθῆστο etc. Quae ita videntur distinguenda et accipienda; ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασιν, (ὁπόσος δὲ, αὐτὸν ἐᾷν δεῖ) καθῆστο, hoc est, *quotus vero*, aut *quis fuerit, id in illo indictum praetermittere par est*. Solebant enim Ptolemaei, quia commune hoc erat Aegyptiorum regum nomen, etiam numero designari et describi. Sic apud Pausan. attic. cap. 9. ὁ δὲ φιλομήτωρ καλούμενος, ὄγδοος μέν ἐστιν ἀπόγονος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, *Philometor cognominatus, octauus est in posteris Ptolemaei Lagidae*. Vide et supra IV. 15. Ὁπόσος autem est *quotus*. Sic Aristot. polit. II. 2. ὁπόσος τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν ὤν, *quotus tandem numero est*. Hist. anim. VIII. 4. Πτολεμαίου ὁπόστος δὲ ἦν ἐκεῖνον αὐτὸς ἔρεσθε). Ἐᾷν τι notat *aliquid indictum et tacitum sinere* vel *praetermittere*. Sic supra II. 38. ἐν τὰ μὲν Μιλησίων διὰ μνήμης ἔθέμην, τὰ δὲ τῆς ἐμαυτοῦ πατρίδος ἐάσω. Syntaxeos autem ratio haec est, vt accusatiuus αὐτὸν accipiatur eo sensu, ac si dictum esset, ὁπόσος δὲ ἦν αὐτὸς, ἐᾷν δεῖ. Sic enim passim Graeci et Latini, noster supra VIII. 13. λέγουσι Ἡράκλειτον, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαεν. Lucas actor. apost. XVI. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν, pro ᾔδεισαν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἕλλην ὑπῆρχεν. Terentius *adelphis: illum, vt viuat, optant*. Plautus *nescio me, qui sim*. Vide me ad Sanctii Mineruam pag. 130. Denique parenthesis ista minime abhorret a genio auctoris, immo vsitata est illi prorsus. Sic supra V. 11. Θρακῶν βασιλεὺς, (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλος) ὅτε ὁ Ξέρξης, et hist. anim. IV. 7. ἀκούω τῶν Σκυθῶν βασιλέα (τὸ δ' ὄνομα εἰδὼς ἐῶ) ἵππον ἔχειν, *audio regem Scytharum (nomen autem eius sciens praetermitto) equum habere*. Ptolemaeum autem hunc, Euergeten, seu tertium, fuisse crediderim, vt cuius tempori, regno, otio, et indoli magis conueniat historia, quam primi seu Soteris, qui vterque, primus ac tertius, vxorem habuerunt *Berenicen*. Forte autem leui mutatione rectius legas, ὁπόσος δὲ ἦν αὐτὸς, ἐᾷν δεῖ. Certe ita, itidem de vno ex Ptolemaeis, hist. anim. VIII. 4. ὁπόσος δὲ ἦν, ἐκείνους ἔρεσθε, *quotus autem ille fuerit, ipsos* (Aegyptios) *interrogate*. Perizon. — Imo vero Ptolemaeum hunc fuisse Lagi filium suspicabatur Rutgers. var. lect. I. cap. 6. Abr. Gronou.

2. Καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν) Hoc est, *sententias iudicum in reos*, quae continebant crimina et eorum probationes. Dicebantur a Romanis *elogia*. Sueton. Calig. 27. *custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, duci* omnes *imperauit*. Vbi vide Casaubon. Amm. Marcell. XIV. 5. *ideoque fertur, neminem aliquando ob haec vel similia poenae addictum* a iudicibus, *oblato* DE MORE *elogio, reuocari iussisse* imp. Constantium, *quod inexorabiles quoque principes factitarunt*. Liquet ex eo, *morem* fuisse, vt principibus *offerrentur elogia* eorum, qui iam

ἵνα ἐκεῖνος παρασημηνῆται τοὺς ἀξίους θανάτου. Βερενίκη δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ, λαβοῦσα τὸ βιβλίον παρὰ τοῦ παιδὸς, εἶτα [3] οὐκ εἴασε διαγνωσθῆναι τὸ πᾶν οὐκ ἔτι φήσασα,

poenae addicti erant a iudicibus, et principes tunc solitos vel *reuocare* eos a poena, vel poenae permittere, quod declarabant *subscriptione*, de qua egimus in disquisit. de praetorio, et eius diss. II. §. 24. Totam damnationis talis rationem, huic etiam historiae congruentem, habemus apud Sulpicium Seu. hist. sacr. lib. II. extr. imperator *caussam praefecto Euodio permisit. Qui Priscillianum gemino iudicio auditum, conuictumque maleficii, etc. nocentem pronunciauit, redegitque ad custodiam, donec ad principem referret. Gestis ad palatium delatis, censuit imperator, Priscillianum sociosque eius capitis damnari oportere.* Sic ergo et rex Aegypti, *custodiarum*, seu *nocentium*, et iam a iudicibus *damnatorum*, κατεγνωσμένων, *seriem recognoscens*, dum *adstans* ille *legebat* singulorum *nomina et elogia*, *adnotauit*, vel *adnotari* iussit, quasi *subscribens* damnationi, quos *capitis supplicio affici oporteret*. In crimina ipsa inquirebatur a iudicibus, qui reos *pronunciabant nocentes*, poenae autem ipsae, quae in liberis populis in crimina communiter legibus erant statutae, decernebantur in singulos reos a principibus et regibus pro ea potestate, quam sibi supra leges vindicabant. Παρασημήνασθαι verti *adnotare*, quia hoc apud Latinos proprium est huic rei vocabulum. Vide ampliss. Cuperum obseru. I, 15. extr. Periz.

3. Οὐκ εἴασε διαγνωσθῆναι τὸ πᾶν οὐκ ἔτι) Locus hic haud dubie multis modis corruptus est in vulgatis edd. Primum enim censui iam olim legendum διαναγνωσθῆναι, quod et Fabrum velle postea vidi, quum Gesneri illud ἀναγνωσθῆναι non expleret sensum, qui requiritur. Miror Kuhnium, qui *nihil* vult *mutari*, quia διαγινώσκειν *proprium sit iudiciis verbum*, *et latino* cognoscere *respondeat*. Verissime hoc posterius. Nam certe διαγινώσκειν notat *cognoscere*, *iudicare*, *decernere* quid, etiam in rebus suis. Sed hoc ipsum argumento est, legi hic debere διαναγνωσθῆναι, quum sequatur τὸ πᾶν, scil. βιβλίον, quum si auctor scripsisset διαγνωσθῆναι, additurus fuisset haud dubie πάντας, scil. κατεγνωσμένους. Deinde vero exputare nequeo, vtrum consulto an culpa librarii editum sit in Kuhnianae simul contextu et notis, οὐκ ἔτι, quum omnes aliae ex mstis legant οὐκ ἔτι, et ipse in notis nullam omnino faciat mutationis istius mentionem. Consulto tamen factum videtur, quia in vulgato, οὐκ ἔτι φήσασα, nullus inest sensus, qui in illo, οὐκ ἔτι, φήσασα, etc. reperitur vtcunque, licet parum commodus. Sed et alii vulgatam lectionem variis modis tentarunt. Gesnerus pro οὐκ ἔτι legi voluit ἔοικε: at Rutgers. var. lect. I. 6. οὐκ ἔδει, per interrogationem, *annon oportebat etc.* Sed minime haec sollicitanda. In errorem induxit doctissimos editores peruersa distinctio, et linguae hac in parte ignorantia. Legendum enim ex mstis, Sluisk. reg. A. et Med. I. et 2. τὸ πᾶν οὐκ ἔτι· φήσασα πάνυ σφόδρα προσέχοντα, (sic quoque pariter illi codices, et recte omnino: adde sequi vtique etiam γινόμενον, non γινομένου) τὴν διάνοιαν etc. Iungunt isti codd. οὐκ ἔτι superioribus, optimo sensu, sed parum ab editoribus intellecto. Nempe οὐκ εἴασε οὐκ ἔτι, est, *prorsus non permisit*. Constat negationem apud Graecos intendi iteratione, sed vel maxime hanc vim habet vox ἔτι. Sic supra VI. 6. γαμεῖν δὲ ἀπροίκους ἔτι, hoc est, *indotatas prorsus*, vbi vide omnino, quae annotaui exempla,

πάνυ σφόδρα προσέχοντα τὴν διάνοιαν, ὑπὲρ ἀνθρώπȣ ψυχῆς διαλογίζεσθαι, καὶ μὴ [4] πρὸς παιδιὰν γινόμενον. Ὀυ γὰρ ὁμοίαν εἶναι πτῶσιν τὴν τῶν κύβων, καὶ τὴν τῶν σωμάτων. Πρὸς ταῦτα ὁ Πτολεμαῖος ἥσθη, καὶ ȣδέποτε κυβέυων μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπȣ κρίσεως ἤκȣσεν.

et in negando quidem disertissima. Deinde vero φήσαντα διαλογίζεσθαι προσέχοντα τὴν διάνοιαν significat, *monens*, *iubens* ita facere. Verba enim *dicendi* cum infinito constructa, occurrunt saepe istum in sensum adhibita. Aristoph. Pluto A. I. 46. ὦ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τȣ̃ θεȣ̃, φράζȣσάν σοι σαφέστατα, ἀσκεῖν τὸν ὑιὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον, *non intelligis mentem dei, quae iubet te clarissime exercere et imbuere filium moribus patriae*. Lucas act. apost. XXII. 24. εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, *mandans vt flagellis examinaretur*. Sic λέγειν, ἀποκρίνασθαι, isto sensu cum infinito vsurpata, vide supra ad cap. 38. Similiter ἀκȣ́ειν, *audire*, eadem syntaxi, et sensu, supra c. 15. de pictore, ἀκȣ́σας παρά τινος, γράψαι ἵππον, *quum a quodam accepisset mandatum pingendi equum*: quam locutionem itidem sollicitabant Faber et Schefferus, sed infeliciter. Ita vero plana iam sunt omnia et liquida, atque ideo, et quia mssorum ea est lectio, vnde editiones adornari debent, admisi eam in locum vulgatae, quae nullum habebat sensum. Perizon.

4. Πρὸς παιδιὰν γινόμενον) B. et in margine C. Paris. teste Scheffero et Boivinio πρὸς παιδιᾷ. Atque ita et Lugd. πρὸς παιδιᾷ γιγνόμενον. Sed tamen vulgatum, quod et Sluisk. facit, praefero. Nam ita et supra X. 21. οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερȣργίαν ἦσαν. II. 6. τῇ συνȣσίᾳ τῇ πρὸς Κρίτωνα. Perizon.

ΚΕΦ. μδ.

Λακωνικὸς νόμος περὶ φιλαργυρίας.

Λακωνικὸν μειράκιον [1] ἐπρίατο χωρίον ὑπερέυωνον, εἶτα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἤχθη, καὶ ἐζημιώθη. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς καταδίκης ἐκεῖνο ἦν, ἐπεὶ νέος ὢν [2] τȣ̃ κερδαίνειν ὀξύτατα

1. Ἐπρίατο χωρίον) Faber, sed ex coniectura, χοιρίον, *porcellum*, vult emisse. Schefferus ea re excitatus, χωρίον interpretatur *auiculam*, quia auiculae *pueris* sunt in deliciis. Sed recte et iure Kuhnius tuetur receptam lectionem et interpretationem, in qua nihil est iustae haesitationis. Neque de *puero* agitur, sed de *adolescente*. Periz.

2. Τȣ̃ κερδαίνειν ὀξύτατα ἑώρα) Recte ita, sed Lugd. et reg. Paris. B. et C. non minus eleganter τὸ κερδαίνειν ὀξύτατα ἑώρα, *lucrum acutissime spectabat*, *lucro vehementissime intentus erat*. Sic Lucian. Timone, pag. 95. ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ τὸν φιλοσοφίας πλȣ̃τον ὁρᾶν δυναμένῳ, *viro forti, et qui philosophiae opes desiderare valeat*. Et Epict. cap. 58. μέμνησο, ȣ̓ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα, *memento, spectare, seu considerare, pretium rei non tantum quod ad corpus, sed et respectu conuiuatoris*. Max. Tyr. diss. 3.

ηρα. Ἦν δὲ Λακεδαιμονίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο, μὴ πρὸς μόνους πολεμίους παρατετάχθαι, [3] ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον.

extr. ἀλλὰ κἀν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὁρῶ, *sed in his etiam propositam sibi habet temperantiam*. Additur etiam πρὸς in ea significatione. Cleanthes stoicus apud Clement. Alex. lib. V. pag. 554.

μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι,

ne specta, ne quaere gloriam, studens repente sapiens esse. Et sic apud nostrum l. 28. Sluisk. hic legit τὸ οὐκ ἐρδαίνειν ὀξύτατα ἤρα, quae vitii sunt manifesta, orti forsan ex eo, quod variam lectionem, τὸ, et τοῦ, voluit exhibere vtramque. Perizon.

3. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον) Sluisk. ἀ. κ. π. ἀργυροῦς. Sed quod ab hoc loco et capite est alienum. Periz.

ΚΕΦ. μς.

Περί τινων γυναικῶν ἐπαίνου ἀξίων.

Γυναῖκας τῶν Ἑλλήνων ἐπαινοῦμεν, [1] Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου· Ῥωμαίων, [2] Κορνηλίαν, καὶ Πορκίαν, [3] καὶ Κεστιλίαν. Ἐδυνάμην δὲ εἰπεῖν καὶ

1. Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου) Celeberrima est *Penelope* propter pudicitiam inter tot procos, absente marito, sancte servatam, ex Homero, quem alii, vt solent, poetae sequuntur. At Lycophron *meretricem* appellat, et Duris Samius cum *omnibus* procis concubuisse tradidit, atque inde ortum et dictum *Pana*. Vide Lycophron. Cassandra v. 772. et ibi Schol. Alcestis Admeti fuit vxor, pro quo voluntaria morte obiit, atque ideo ab Hercule ad vitam est reducta, vel remissa a Proserpina. Vide Apollodor. I. 9. 15. et Hygin. fab. 51. et 243. vt et 251. vbi ab inferis rediisse dicuntur *Alcestis* haec, et *Protesilaus propter Laodamiam Acasti f.* Nempe Laodamia fuit haec *Protesilai vxor*, quae rogauit deos inferos, vt ad se vel semel remitteretur Protesilaus. Hinc Plutarchus in ἐρωτικῷ ait, *soli deorum amori obsequi Plutonem*, et ideo *remisisse Alcestin, Protesilaum, et Eurydicen Orphei*. Protesilao autem mox iterum decedente, desiderium eius non sustinens, periisse etiam dicitur Laodamia. Vide Hygin. fab. 103. et 104. *Alcestin* vna cum *Euadne* celebrat noster etiam in hist. anim. I. 15. Perizon.

2. Κορνηλίαν, καὶ Πορκίαν) Satis notae et hae sunt ex historiis Romanorum. Prior fuit *Cornelia*, Scipionis Africani maioris filia, mater Gracchorum, laudata multum a Val. Max. IV. 4. 1. et Seneca ad Heluiam cap. 16. etiam eloquentiae nomine a Cicerone in Bruto cap. 58. *Porcia* Catonis fuit Vticensis filia, vxor M. Bruti, quae, audita mariti clade et nece, sibi quoque mortem consciuit. Vide de ea Plutarch. in Bruto, et Val. Max. III. 2. 15. et IV. 6. 5. Per.

3. Καὶ Κεστιλίαν) Illa vero ignota est plane, et ideo forsan, vel quia mendose scriptum reperiebat eius nomen, prorsus eam omisit Lugd. cod. et reg. B. Sed et eruditi omnes variis modis nomen hoc emendare student. Reines. ad Rupert. epist. 35. pag. 237. et Schefferus

ἄλλας, ἀλλ' ȣ̓ βȣ́λομαι τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰπεῖν ὀλίγας, ἐπικλύσαι δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων ὀνόμασιν, [4] ὡς ἂν μή μέ

legunt Ὀυεϛιλίαν ex Plin. nat. hist. VII. 5. At istic nulla *Vestiliae* istius laus, sed quod varios partus, modo septimo, modo octauo, aut vndecimo mense ediderit. Hanc ob rem ineptum est eam inter tres omnium Romanarum mulierum laudatissimas velle referri. Faber Σεξτιλίαν, sed ex coniectura nullis rationibus fulta. Voss. ad Vellei. Pat. II. 88. et ex illo, legit Σερβιλίαν. Sed ipse dubitat de hac *Seruilia*, a nemine, praeterquam a Velleio, commemorata, atque ideo erroris a Velleio commissi suspecta, (vide et Rupert. ad Reines. ep. 34. pag. 196.) certe minime celebri. Certioris historiae foret *Sexitia*, quam laudat Tacit. ann. VI. 29. vt quae maritum, Mamercum Scaurum, sub Tiberio *hortata* fuerit, *vt damnationem* voluntaria nece *anteiret*, atque ipsa *mortis* eius *particeps* exstiterit. Kuhnius tandem in addendis legi vult, assentiente clar. Boivinio, Καικιλίαν, et intelligit Tanaquilem, Tarquinii Prisci vxorem, quae et *C. Caecilia* fuit dicta. Ea vero celebrata est *Tanaquilis* nomine in historiis, vt magni animi et spiritus mulier, vnde nomen eius pro imperiosa in maritum matrona ab Ausonio in epistolis vsurpatum, in hisce, *Tanaquil tua nesciat illud*. Porro nomen eius, *C. Caecilia*, non occurrit in historiis, sed ex reconditis et incertissimis traditionibus haustum est. Nempe in nubendo sponsa dicebat, *vbi tu Gaius, ego Gaia*: id vero dici aiunt, quia Tarquinii Prisci vxor, vel, vt alii, nurus, dicta *Gaia Caecilia*, proba fuerit lanifica, vide Festum in Gaia, Plin. nat histor. VIII. 48. et Plutarch. in quaest. rom. 30. Neutiquam ergo celebre adeo est illud eius nomen, neque laudata valde ipsa haec femina, in historiis. Quid plura? Vix dubitem scripsisse auctorem, mutatis tantum duabus literis, Κλαιλίαν, *Cloeliam*, quae ex historiis est notissima, et laudatissima, statua equestri, quod, quum obses esset data Porsennae, equo conscenso Tybrim traiecerit, et ita *viris tamen virtutis praetulerit*, vt ait Val. Max. III. 2. 2. ab ipso populo honorata, atque ideo inter feminas Romanorum maxime celebres, et fortitudinis ac virtutis nomine laudatas, minime praetereunda. Laudant eam omnes, Liuius, Florus, Valerius Max. Seneca consol. ad Marciam cap. 16. Dionys. Hal. Plut. in Publicola, et alii. Perizon.

4. Μή μέ τις δοκοίη χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα) Faber putat scripsisse auctorem, μή τινι δοκοίην, idque elegantius multo affirmat. Reluctatur Kuhnius, et in notis nos ablegat ad Budaei comment. I. 9. nec male; sed in indice miror eum reiecisse itidem Fabri coniecturam, sed hac ratione, quia et noster hist. anim. VI. 51. ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀμαθῶς ἔχειν αὐτȣ̃, *ne eius videar ignarus*. Atqui haec ipsa vtique est locutio, quam Faber praefert. Et sane ita solet noster supra IX. 32. ὡς ἂν μὴ δοκοίην δι' ἀιτίας ἔχειν πάντας. I. 25. ὡς δὲ μὴ δοκοίη πάντῃ ὑπερφρονεῖν τȣ̃ Ἀλεξάνδρȣ. Quapropter et ego pene putem scripsisse nostrum, sed paulo aliter, quam volebat Faber, ὡς ἂν μή τι δοκοίην χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα, με videtur ortum ex repetita vocula μή. Ceteroqui non negauerim δοκῶ etiam actiue sumi pro, *puto, existimo*. Theocr. idyll. XV. 93. δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) ταῖς Δωριέεσσι, hoc est, *Doribus* (*puto*) *licet dorice loqui*. Dionys. Halic. lib. VII. pag. 418. extr. ȣ̓κ ἄκαιρον εἶναι δοκῶ, *non intempestiuum fore arbitror*. Anton. Lib. fab. 5. μίγνυται τῇ μητρὶ, Τιμάνδρην εἶναι δοκῶν, *rem habet cum matre, putans eam esse Timandram*. Matthaeus euang. III. 9. μὴ δόξητε λέγειν, *ne in animum inducatis dicere*. Sed

τις δοκοίη χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα.

huiusmodi in locis saepe additur pronomen reciprocum, μοι, σοι, οἱ vel ἑαυτῷ. Lucian. de m. peregr. ταῦτα ἐᾶσειν μοι δοκῶ, *illa omissurum me puto, illa omissurus mihi videor, omittere decreui*. Perizon.

ΚΕΦ. μϛ.

Περὶ Μαγνήτων παρατάξεως κατὰ τῶν Ἐφεσίων.

[1] Οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες Μάγνητες, Ἐφεσίοις πολεμοῦντες, ἕκαστος τῶν ἱππέων ἦγεν αὐτῷ συστρατιώτην θηρατὴν κύνα, καὶ ἀκοντιστὴν οἰκέτην. Ἡνίκα δὲ ἔδει συμμίξαι, ἐνταῦθα οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον [2] τὴν παρεμβολὴν, φοβεροί τε, καὶ ἄγριοι, καὶ ἐντυχεῖν ἀμείλικτοι ὄντες· οἱ δὲ οἰκέται προπηδῶντες τῶν δεσποτῶν, ἠκόντιζον. Ἦν δὲ ἄρα, ἐπὶ τῇ φθανούσῃ διὰ τοὺς κύνας ἀταξίᾳ, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκετῶν δρώμενα ἐνεργῆ. Εἶτα ἐκ τρίτου ἐπῄεσαν αὐτοί.

1. Οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες Μάγνητες) Duae fuerunt in Asia *Magnesiae*, altera ad fl. *Maeandrum*, altera sub Sipylo monte. Bellum hoc *contra Ephesios* feliciter fuit gestum, et simul antiquissimo tempore, quippe iam ante Archilochum, qui vixit tempore Gygis Lydorum regis, vel Romae conditae. Vide supra X. 13. De vrbe hac, et *bello contra Ephesios*, vide Strabon. lib. XIV. pag. 647. ex quo etiam patet, vrbem paulo post fuisse euersam a Cimmeriis illis, qui *Treres* dicebantur. Sed postea restituta fuit. De *canibus venaticis* ad bellum adhibitis vide hic Schefferum et Kuhnium: οἱ Μάγνητες ἕκαστος ἦγεν, explicui III. 1. 6. et X. 16. 1. Perizon.

2. Τὴν παρεμβολὴν) Significat hic *aciem*, alibi etiam *castra*. Sic in ipsis act. apost. XXI. 34. ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολὴν, *iussit eum duci in castra*, in quibus agebat praesidium vrbis. Sed res est notissima. Perizon.

ΚΕΦ. μζ.

Περὶ Ζεύξιδος Ἑλένης εἰκόνος, καὶ Νικοστράτου ζωγράφου.

[1] Ὅτι Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ἔγραψε τὴν Ἑλένην.

1. Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης) Msti mei pariter, vt et reg. B. C. ac Med. veterque, ὅτι Ζεῦξις, quod ideo admisi. De eius *Helena* vide supra IV. 12. Per.

[2] Νικόςρατος οὖν ὁ ζωγράφος ἐξεπλήττετο τὴν εἰκόνα, καὶ τεθηπὼς τὸ γράμμα δῆλος ἦν. Ἤρετο οὖν τις αὐτὸν προσελθὼν, [3] τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην, ὁ δὲ, οὐκ ἄν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέκτησο. Ἐγὼ δ' ἂν φαίην τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλ' [4] εἴ τις ἔχοι πεπαιδευμένα ὦτα, ὥσπερ οὖν οἱ χειρουργοὶ τεχνικὰ ὄμματα.

2. Νικόςρατος) Legendum putem Νικόμαχος, qui celebris plane pictor fuit, et quem Zeuxidi iungit etiam Plutarch. in lib. de virtut. mul. in init. Vide et Iunii *pictores*, qui multam facit *Nicomachi* mentionem, at *Nicostrati* nullam, nisi ex hoc Aeliani loco. Reg. B. legit Νικόστρατος. Perizon.

3. Τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην) Schefferus mallet θαυμάζεις, sed male. Kuhnius θαυμάζῃ, id quod confirmatur a Sluisk. et reg. C. ac Mod. 2. At Lugd. et reg. B. legunt θαυμάζοι, quod videtur omnium optimum, quum et mox sequatur ἔχοι. Alterum certe verum est, et recipiendum. Perizon.

4. Εἴ τις ἔχει) Legendum ἔχοι, iubentibus id pariter mstis, tum meis, tum regiis omnibus. Perizon.

ΚΕΦ. μη.

Τίνας ὁ Ἀλέξανδρος ὑπώπτευεν.

[1] Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος Πτολεμαίου τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο.

1. Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος Πτολεμαίου τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο) Miris modis turbata sunt postrema huius libri et auctoris. Nam desideratur caput hoc in Sluisk. qui ceteroqui nullum aliud praetermisit, vt et in reg. Parif. At in Lugd. qui saepe hic illic defecit, complura occurrunt ex lib. XII. reperita proxime ante cap. 47. huius libri. Nempe cap. 12—14. vsque ad, ὁ δὲ Ὅμηρος, ex lib. XII. verbo tantum vno aut alterno mutato vel transposito, istic denuo reperiuntur. Accedit etiam pars media cap. 15. sed multum mutata et contracta, hoc modo, ὅτι κάλαμον παραβὰς Ἀγεσίλαος ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ. Καὶ πρὸς τὸν γελάσαντα, νῦν μὲν σιώπα, εἶπεν, ὅταν δὲ γένῃ πατὴρ, τότε ἐξαγορεύσεις. Καὶ τὸ Εὐριπίδους δὲ οὕτως ἔχει, (forte ἔχον, vel in parenthesi, οὕτως δ' ἔχει, nam τὸ Εὐριπίδους ad sequens ἠνίγματο videtur referendum) παίζω. μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ· φιλεταιρίας δόξαν ἠνίγματο, *et illud Euripidis*, (*quod sic se habet, ludo: vicissitudines enim laborum semper amo*) *speciem habet studii ludendi cum sodalibus.* Sequitur dein cap. superius, seu 47. huius libri, de Zeuxide et Nicostrato, ac tum demum hoc cap. 48. sed ita, vt praemittatur ei cap. 16. lib. XII. idque ipsum cum prooemio, quali auctor saepe vtitur, sed quod istic tamen non occurrit, quodque ideo hic describam. Λέγεται Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ζηλοτυπώτατα πρὸς τοὺς ἑταίρους διατεθῆναι, καὶ βασκαίνειν μὲν πᾶσι, οὐ μὴν διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἀπήχθετο γὰρ Περδίκκα μὲν, ὅτι ἦν πολεμικὸς, Λυσιμάχῳ δὲ, ἐπεὶ ςρατηγεῖν ἀγαθὸς ἐδόκει, Σελεύκῳ δὲ, ἐπεὶ ἀνδρεῖος ἦν. Ἀντιγένους δὲ αὐτὸν ἐλύπει τὸ φιλότιμον, Ἀττάλου δὲ ἤχθετο τῷ ἡγεμονικῷ,

[2] Ἀῤῥίυ δὲ ἐδεδίει τὸ ἄτακτον, τό γε μὴν [3] νεωτεροποιὸν Πύθωνος.

Πτολεμαίυ δὲ τὸ δεξιὸν ὑφεωρᾶτο· Ἀῤῥίυ δὲ et cetera huius cap. hoc est, *Alexander Philippi f. dicitur in maximam aemulationem aduersus amicos animo fuisse compositus, et inuidisse omnibus, neque tamen ob easdem caussas. Nam Perdiccam quidem auersabatur etc.* Reliqua enim vide iam versa supra d. l. XII. 16. Porro vt hic absoluam, quae Lugd. cod. ingerit nobis vltra ea, quae edita sunt, et quae in Sluisk. comparent: interponit ergo inter hoc, et sequens, seu vltimum caput, historiam Titormi memoratam iam, XII. 22. sed aliis ferme verbis, quam istic fit: atque ideo et illa exhibebo, ὃ (lege ὅτι) μέγαν τὸ σῶμα, καὶ ἰδεῖν τοιῦτον, οἷον ἐκπλῆξαι, γενέσθαι λέγεται Τίτορμον, γενναῖον δὲ ὕτως, ὡς ἐλθόντα εἰς ἀγέλην ἀνιμαχγέλην ταῦρον καὶ ὑβριστὴν λαβῶν (lege λαβεῖν) τῦ ποδὸς, ὡς μὴ ἀποδρᾶναι δύνασθαι βυλόμενον, καὶ παριόντα ἕτερον τῇ ἑταίρᾳ (lege ἑτέρᾳ) χειρὶ συναρπάσαι. Ἅπερ ἐν θεασάμενος Μίλων ὁ Κροτωνιάτης, ἀνατείνας εἰς τὸν ὠρανὸν τὰς χεῖρας, ὦ Ζεῦ, ἔφατο, μὴ καὶ τῦτον Ἡρακλέα ἡμῖν ἔσπειρας; Ἐντεῦθεν τὸ τῆς παροιμίας, ἄλλος ὗτος Ἡρακλῆς, *magnum corpore, et aspectu talem, vt percelleret* alios, *Titormum fuisse, traditur; validum vero adeo, vt adiens gregem, taurum, qui ab armento se segregauerat, et ferox erat, pede apprehenderit, ita vt ille volens aufugere non posset; et accedentem alterum altera manu quoque arripuerit. Quae cum vidisset Milo Croteniates, sublatis in coelum manibus, dixit, o Iupiter, an etiam hunc nobis genuisti Herculem? inde adagium illud, alter hic est Hercules.* Vtrum vero haec tot capita hoc in loco a librariis quibusdam tali modo sint interpolata et repetita, an vero ab ipso auctore, seque ac ex eodem lib. XII. c. 2—6. repetiit ipse paululum immutata et aucta hoc ipso libro c. 34—37. illud incertum et difficile est dictu, et in medio a me relinquitur. Perizon.

2. Ἀῤῥίυ δὲ τὸ ἄτακτον) Sic mst. At apud alios auctores aliis modis nomen hoc exaratum reperitur. Plutarch. orat. II. de fort. Alex. nominat *Tarriam.* Curtii codd. modo *Adarchiam*, modo *Atbariam*, modo *Apbariam.* Nam vnus idemque est homo, praefectus satellitibus Alexandri, et ideo ad Philotam capiendum seu in custodiam redigendum adhibitus. Pessime autem τὸ ἄτακτον vertitur hic *turbulentiam.* Notat enimuero illud *intemperantiam.* Sic εὐτακτεῖν e contrario significat *temperanter viuere.* Vnde Epict. cap. 35. eum, qui se praeparat Olympiis, ait debere εὐτακτεῖν. Similiter apud Sueton. Domit. c. 10. Aelius Lamia, cui vxorem suam abduxerat Domitianus, quum is laudaret illius vocem, respondit, εὐτακτῶ, q. d. non mirum est, meam cantantis vocem esse minime fuscam aut obscuram, quum venere abstineam, et temperanter vivam, abducta vxore, et sic cum ea ademto mihi veneris vsu, qua vox corrumpi solet. Sed et hic ipse *Arrias* vel *Tarrias*, licet iam senex, luxuriosus tamen fuit et intemperans vere homo, et ideo pecuniae semper indigus. Vide Plutarch. d. l. Periz.

3. Νεωτεροποιὸν Πύθωνος) Vt *Arrias* ita viuebat ἀτάκτως, vt semper indigeret pecuniae, sic *Python*, vel *Pithon*, reuera fuit homo μεγαλεπίβολος, vt ait Diod. Sic. lib. XVIII. pag. 591. hoc est, *qui facile res magnas aggrediebatur*, et post mortem Alexandri miscuit rebus constituendis se quam maxime, vt videre est apud Curt. X. 10. Sed et Mediae dein praefectus, contra Antigonum mox διενοεῖτο νεωτερίζειν, *agitabat res nouas*, apud Diod. Sic. lib. XIX. p. 690. Fuerat inter praecipuos Alexandri armigeros, quos septem numero, et omnes potissimos Alexandri amicos, enumerat Arrian. lib. VI. p. 433. Perizon.

ΚΕΦ. μθ.

Διὰ τί ὁ Φίλιππος τοὺς τῶν δοκιμωτάτων υἱοὺς περὶ τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν εἶχεν.

[1] Ὅτι Φίλιππος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ δοκιμωτάτων τοὺς υἱεῖς παραλαμβάνων, περὶ τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν εἶχεν, οὔτι που, φασὶν, ἐνυβρίζων αὐτοῖς, οὐδὲ διευτελίζων· ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἐναντίων, καρτερικοὺς αὐτοὺς ἐκπονῶν, καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ τὰ δέοντα πράττειν ἀποφαίνων. Πρὸς δὲ τοὺς τρυφῶντας αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ ἐπιταττόμενα ῥαθύμως ἔχοντας, διέκειτό, φασι, πολεμίως. Ἀφθόνητον γοῦν [2] ἐμαστίγωσεν, ὅτι [3] τὴν τάξιν ἐκλιπὼν ἐξετράπετο

1. Ὅτι Φίλιππος) Vt noster, ita Arrianus, etiam disertius, ad Philippum refert lib. IV. pag. 268. istius instituti originem. Neque multum eis aduersatur, quod Val. Max. III. 3. extr. 1. exemplum rei sub Alexandro factae narrans, *vetusto* iam *Macedoniae more nobilissimos pueros regi Alexandro praesto fuisse* tradit, quum vetustum iam tunc haberi potuerit, quod sub initiis Philippi coeperat. Sed et oratorie dictum puto, quando apud Curt. VII. 8. 3. ipse Alexander se quasi excusans, et causae seruiens, *more patrio*, ait, *et ab antiquissimis Macedoniae regibus vsurpato, iussisse se castigari* Hermolaum, qui erat inter illos adolescentes. Quamvis etiam ille locus de sola castigatione qualiumcunque armigerorum et satellitum regis accipi possit, ad Philippum autem referri id proprie, quod *nobilissimorum Macedonum liberos* ad id ministerii munus adhibuerit. Credibile enim est, satellites et apparitores fuisse iam olim regibus ex ipsa Macedonum gente, sed Philippum, qui primus non tantum potentiam et maiestatem regum illorum maiorem in modum extulit, sed et ipsam gentem ex paupertima et incultissima opulentam fecit, (vide Arrian. lib. VII. pag. 456.) atque adeo sub quo demum variis Macedonum familiis addita est opulentia, dignitas, et nobilitas, illum ergo coepisse etiam primum liberos potissimum praecipuorum ciuium in id ministerium pristinis conditionibus recipere. Moris autem istius meminit etiam Curt. V. 1. 42. et Liu. XLV. 6. Perizon.

2. Ἐμαστίγωσεν) Non ipse sua manu, vt errabat Schefferus, sed per alium suo tamen iussu: nemo enim alius id iuris habebat, vt adolescentes illos verberibus et flagellis subiici iuberet. Sic Lucas act. ap. XVI. 22. dicit de στρατηγοῖς, seu *magistratibus* Philippensium, *iusserunt* Paulum et Silam *virgis caedi*, ἐκέλευον ῥαβδίζειν, at V. 23. de iisdem magistratibus, πολλάς ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, cum *multas inflixissent illis plagas, dederunt in custodiam*. Et ideo Paulus V. 37. de iis, δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, *quum virgis nos cecidissent publice, etc.* Res manifesta est, qui prius dicuntur κελεῦσαι ῥαβδίζειν αὐτοὺς, mox de illis ipsis etiam dici, ἐπιθέντες πληγὰς, et δείραντες. Sed et in bello nihil frequentius, quam vt ipse dux facere dicatur, quod iubet fieri. Sueton. Aug. 94. *Caesar castris locum capiens quum sylvam caederet.* Sallust. Catil. 60.

τῆς ὁδοῦ διψήσας, καὶ παρῆλθεν εἰς πανδοκέως. Καὶ Ἀρχέδαμον ἀπέκτεινεν, ὅτι προςάξαντος αὐτοῦ ἐν τοῖς ὅπλοις συνέχειν ἑαυτὸν, ὅδε ὑπελύσατο, (ἤλπισε γὰρ διὰ τῆς κολακείας καὶ ὑποδρομῆς χειρώσασθαι τὸν βασιλέα) [4] ἅτε ἀνὴρ ἥττων τοῦ κερδαίνειν ὤν.

Petreius tuba signum dedit. Periz.

3. Τὴν τάξιν ἐκλιπὼν) Male vertitur, *acie deserta*. Melius erat, *agmine relicto*, vel *ordine*. Sic Metellus apud Sallust. Iug. 46. cauit *in agmine, ne quisquam ordine egrederetur*. Corbulo etiam apud Tacit. ann. XI. 18. edixit, *ne quis agmine decederet*. Mox Lugd. ὡς διψήσας. Perizon.

4. Ἅτε ἀνὴρ ἥττων τοῦ κερδαίνειν ὤν) Superiora satis cohaerent, nec abiudicanda auctori, contra quam sentiunt Schefferus, Faber, et Kuhnius. Redditur enim iis ratio, qua ausus fuerit ille contra disertum regis imperium ὑπολύεσθαι. At haec ferme et mihi suspecta sint, siquidem vulgatae edd. recte distinxerint superiora. Sed putem, delendam esse maiorem distinctionem post ὑπελύσατο, et sequentia vsque ad ἅτε parenthesi includenda, atque ita vltima superioribus iungenda, vt a me in contextu factum. Ita enim sensus, qui ceteroqui nullus est, constabit. Scilicet vetuerat rex, ne *armis solutis*, missisque hostibus, inuolarent in praedam, quia sic saepe parta iam victoria rursus amittitur. Ille vero quum *resistere non posset lucri et praedae rapiendae studio*, fecit contra regis edictum. *Sperabat enim se assentatione sua ita cepisse regis animum*, vt facile ei veniam esset daturus. Ceterum Lugd. legit κερδαίνειν, at Sluisk. et reg. C. κέρδους. Porro subiicit etiam huic capiti Lugd. iterum ex lib. XII. cap. 29. seu eius potissimam partem, quae dictum Platonis de Agrigentinis continet, idque sine vlla notatu digna mutatione. Neque aliter reg. B. teste clar. Boivinio. Periz.

FRAGMENTA

QVAE VEL APPOSITO AELIANI NOMINE LAVDAT SVIDAS, VEL STYLO INDICE AVCTORI NOSTRO ASSERENDA SVNT VISA

IOACHIMO KVHNIO.

PRAEFATIO

IAC. PERIZONII.

Nolui eiicere prorsus haecce fragmenta, quae ex Suida collegit cl. Kuhnius, ne quid hic praetermissum esset, quod ad Aeliani *variam historiam* pertinere videretur. Quamuis, vt vere dicam, ne vnicum quidem ad eam pertinere crediderim, et incertissima sint certe ea, quae *stylo indice* dicuntur *auctori asserenda*. Reliqua apud Suidam praeferunt quidem *Aeliani* nomen, sed incertum, huius, an alterius cuiusdam, nam plures fuisse Aelianos, quis negare prorsus ausit. Deinde pleraque, si non omnia, manifeste sunt sumta ex *Aeliani libris* περὶ προνοίας, seu περὶ θείων ἐναργειῶν, *de prouidentia*, seu *diuinae prouidentia manifestis documentis*, partim diserte id testante Suida, partim probante ipso excerptorum argumento. Quatuor tantum in hisce omnibus reperies fragmentis, quae Suidas nominatim adscripsit Aeliani ποικίλῃ ὑφηγήσει, vel ποικίλῃ ἱςορίᾳ, *variae narrationi*, vel *variae historiae*, (vide ἀσέλγεια, δῶς, κάκη, et φιλιωθέντες) sed quae non dubito vel ipsius Suidae ἁμαρτήματι μνημονικῷ tribuenda, vel librariorum errori et audaciae, non tantum, quia in hac nostra Aeliani *historia* nusquam occurrunt, sed et quia aliud nihil, quod ex ea constet vere sumtum, habet Suidas. Sed de his vide praefationem nostram, in qua ex professo de auctore et hoc eius opere agimus. Ceterum etiam fragmentis his notulas quasdam aspersimus, et Kuhnianis adiecimus, vtrasque autem literis K. et P. distinximus.

FRAGMENTA E SVIDA COLLECTA

SECVNDVMQVE LITERARVM ORDINEM DIGESTA.

A.

ΑΒΑΣΑΝΙΣΤΟΣ.

Ἐχρήσατο Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ προνοίας τῷ ἀβασάνιστος ἀντὶ τῦ, ἄνευ ὀδύνης.

Quae in hac voce protulit Suidas, eadem, emendatiora tamen, leguntur, monente A. Gronouio, in lexic. mst. cuius excerpta quaedam edidit, Bern. Montefalcon. bibl. Seguer. part. II. pag. 469. vbi pro ἐν τῷ plenius legitur ἐν τῷ τρίτῳ, et pro ἀβασάνιστος rectius ἀβασανίστως. Id enim expositio poscere sibi videtur, ἄνευ ὀδύνης. Occurrit, laudante Gron. in hist. an. X. 14. ῥᾳδίως καὶ ἀβασανίστως βλέποντες.

ΑΒΛΗΧΡΟΝ.

Κατέστρεψεν ὖν τὸν βίον πρᾴως καὶ σὺν γαλήνῃ καὶ ἀβληχρῷ θανάτῳ, ὅνπερ ὖν καὶ ἐπαινεῖν καὶ Ὅμηρος δοκεῖ μοι.

Locum Homeri, ad quem respexit Aelianus, indicauit et Valckenar. ad Theocr. adoniaz. l. in ind. s. v. laudato. Est vero odyss. λ. v. 134. — θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται. Iliad. θ. v. 178. de muro infirmo legitur. Plane simili modo in hist. anim. IX. 11. hanc vocem de morte adhibet, Homero etiam laudato, καὶ ἵνα Ὁμήρῳ ἰδίως εἴπω, ἀβληχρόν pro ἰδίως, quod vnice ab Aeliani manu profectum esse puto, Thom. Oudendorp. ad Thom. Mag. e cod. August. cuius libri accurata collatio vt mihi aliquando obtigerit, valde opto, profert ὁμοίως, quod tamen librarii glossam sapere videtur.

ΑΒΡΑΙΣ.

Fragmentum hoc compositum est e multis laciniis, quae ab eodem glossatore proferuntur s. vocc. δᾷς, ὑπερήφανος, et ὕφει.

Τὰ ἡμίτομα ἐπὶ κλίναις βεβλημένα μάλα ἁβραῖς καὶ στρωμναῖς ὕφει τινὶ ὑπερηφάνῳ κεκοσμέναις ἐπιθέντας, ὑπὸ δᾳσὶν ἐπακμαζόσαις τῷ πυρὶ, καὶ ὑμέναιον ᾀδόντων

γυναικῶν κομισθῆναι μετὰ χορείας γαμηλίου καὶ κερτόμου.

Quo pertineat hoc fragmentum, quid diligentius rimari iuuat? Mitto Io. Kuhnii coniecturam, qua putat, h. l. sermonem esse de muliere quadam ad stuprum a tyranno rapta, quae, cum ciues mulieris pudicitiam vlturi concurrerent, a tyranno, de felici consilii sui euentu desperante, in partes dissecta sit, quas ciues, tyranno sublato, nuptiali pompa extulerint. Nec adsentior Perizonio, cui haec verba post illa, quae infr. s. v. ἄδωρα leguntur, collocanda, atque inde sensus huius fragmenti petendus esse videbatur. — Dedi vero ἐπιθέντας, quod diserte legitur in Suid. mst. s. vocc. ἀβραῖς et ὕφει; sub voc. autem δᾷς editt. exhibent ἐπιτιθέντες pro ἐπιθέντας, quod tamen et ibi praefert cod. mst. Suidae, a Gronouio saepe laudatus.

ΑΓΑΜΑΙ.

Ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ Μενέλεω πρὸς τὸν τοῦ Πριάμου Πάριν οὔτε ἐπαινῶ οὔτε ἄγαμαι.

ΑΓΕΤΑΙ.

Τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος ἄγεται.

Goniicit Perizonius, auctorem intellexisse *Iubam*, regem Africae, qui duxerit Cleopatram s. Selenen, M. Antonii et Cleopatrae Aegyptiae filiam, cui frater isque gemellus erat Alexander. Laudat in hanc rem Dion. Cass. XLIX. pag. 411. et LI. pag. 454. et Torrentium ad Sueton. Caligul. cap. 26. Nec repugnem. Nam nisi de coniectura pugnem. Conf. si tanti, de *Iuba*, histor. anim. Aelian. VII. 23. vbi vocatur pater eius, qui Romanis obses datus est.

ΑΓΟΝΙΑ.

Huc omnia retuli, quae sub vocc. νεολαία, et προμοίροις, ex eodem nostri loco desumta leguntur.

Λοιμὸς γὰρ τῇ Ἐφέσῳ ἐνηκμάζετο, οἷος βαρύτατος, προμοίροις δὲ θανάτοις διεφθείρετο ἡ νεολαία, καὶ ἦν ἀγονία, καὶ μέν τοι καὶ γυναικῶν καὶ τῆς ἀγέλης τῆς τετράποδος.

Sub voc. νεολαία legitur διεφθείροντο, quod haud multum abest, quin praeferam vulgatae. Ita enim attici. Moeris ἀνέστησάν τοῦ ὁ δῆμος, ἀττικῶς· ἀνέστη τοῦ ὁ δῆμος, ἑλληνικῶς. Heliod. aethiop. VIII. c. 16. p. m. 434. πλήθει νεολαίας ἐνοπλίοις, οἱ προαπεστάλησαν — περιπίπτει. Herodian. VI. 8. Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκήσει αὐτούς. Xenoph. Hellen. εἰσιόντας δὲ αὐτοὺς ὄχλος περιεχεῖτο — φοβούμενοι, μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν. Conf. D'Orvill. ad Charit. III. 4. et Periz. ad 14. 19. 4. — Alia in eadem voce varietas lectionis occurrit s. v. προμοίροις, vbi Suidas pro διεφθείρετο adhibuit ἐφθείρετο. Neque haud ita longe ab initio pro ἐνηκμάζετο s. v. νεολαία legitur ἐνήκμαζεν.

ΑΓΡΙΟΣ.

Ἀποστείλας τοὺς ἀγριωτάτους τῶν δορυφόρων, ἐξήρπασε τὴν γυναῖκα, καὶ πρὸς βίαν ᾔσχυνε ποτνιωμένην καὶ θρηνοῦσαν.

ΑΔΡΟΝ.

Τινὰς παραλαβὼν ἁδροῦ μισθοῦ ἐς Βυζάντιον ἐλθεῖν πείθει.

ΑΔΩΡΑ.

Λαβόντες ἑκάτερος τῆς κόρης τὴν ἄδωρον μοῖραν, ἐν τῷ ἑαυτῶν λέχει, τραγικὸς ἂν εἴποι ποιητής, ἑαυτοὺς κατέσφαξαν.

Videtur Aelianus Ioa. Kuhnio loqui de puella inter procorum manus discerpta: Kustero vero ad Suidae l. c. ob interruptam orationis seriem neque coniecturae Kuhnianae adsentiri, neque nouam proferre placuit. — Kuster. dedit ἐν τῷ ἑαυτῶν λέχει, an e mstis, non indicatum est. Si ex ingenio additum est τὸ ἐν, potest sine periculo iterum tolli. Saepe enim deest illa praepositio, vbi necessario requiri videtur. Herodi. I. 13. 3. ἐσχάτῳ καθέστηκας κινδύνῳ. H. Steph. emendatum voluit ἐν ἐσχάτῳ κ. κ. Plura exempla dedit omissae praepositionis huius vir doctus in misc. obseru. tom. III. pag. 419.

ΑΕΤΙΔΕΙΣ.

Ἀιλιανός.

ΑΘΛΗΤΑΣ.

